Lb [illegible]

Questiones [illegible] lane [illegible]
Liber [illegible] filius Allexandri [illegible]
Questiones de vsuris
De contractibus & redditibus
[illegible]

N°. Inv. 521.

521

DDI.
2I.

...potestate nec op
...antus cum an
...m excelsis
...xiit edictū a cesa
...to ut describeretur
...orbis. Hec descrip
...a ē. a preside sirie
...bāt omēs ut pfite
...i unusquisq3 in su
...te. Ascendit ꝫ io
...lea de ciuitate na
...dea3 ciuitatē da
...catur bethlee3 eo
...mo ꝫ familia da
...cū maria despōsa
...te pgnāte. Factū
...cessit ibi. impleti
...pareret. ꝫ pepit fil
...genitū. Et pannis
...it ꝫ reclinauit in
...ia nō erat ei locus
...rio. Et pastores e
...one eadem. uigilā
...odiētes uigilias no
...ge3 suū. Et ecce
...stetit iux illos et
...circumfulsit illos
...timore magno. Et di
...gelus. Nolite time
...uāgelizo uob' gau
...ū qd erit omni plo
...s ē nob' hodie sal
...t xp̄s dn̄s in ciui
...d. Et hoc uobis sig
...es infantē pānis

Et subito facta ē cum angelo
multitudo celestis exercitus lau
dantiū deū et dicentiū. Glā
in altissimis deo. Et in terra
pax hominibus bone uolun
tatis Credo dicitur Off Letētur
celi et exultet terra an faciē dn̄i
Accepta sit t' ‸ qm̄ uenit Secr
q. d. hodierne festiuitatis ob
latio. ut tua grā largiente.
per hec sacrosc̄a cōmercia in
illius inueniamur forma
in q̄ tecū ē nr̄a substā tecus
xp̄us Qui te. Pfacio Quia per
incarnati Communicantes Et
noctē sacratissimā celebrā
tes hodie Com In splendorib3
scōr ex utero an luciferū genui
te Statim dicitur Laudes
Quem uidistis pastores dici
te annūciate nob' in terris quis
apparuit. natū uidimus in chō
angelorū saluatorē dn̄m ps Con
uen Genuit puerpera regē
cui nomē eternū ꝫ gaudium
matris hn̄s cū uirginitatis ho
nore. nec primā similē uisa
es nec hr̄e sequentem alla
Angelus ad pastores ait. annū
cio uobis gaudiū magnū quia
natus ē nob' hodie saluator
mūdi alla. Facta ē cū angelo
multitudo celestis exercitus lau
dantiū et dicentiū glā in ex
celsis deo ꝫ in terra pax homi
...

paruulus filius datus est
nobis et filius uocabitur ds for
tis alla· Statuit sin° ca° et sine
ym· ū incipiatur Gloria in excel
sis deo· et in terra pax hominibus
bone uoluntatis Benedictus
ps hec celebrans missam dicat
Da nobis domine ds Complen
nr· ut qui natiuitatem filij tui
domini nostri iesu christi sacris miste
rijs nos frequentare gaudemus
dignis conuersacionibus ad
eius mereamur peruenire con
sorcium· per eundem· Benedicamus
dno· benediccio datur· Nota quod ho
die licitum est cuilibet sacerdoti
tres missas celebrare· sed in
prima et secunda non sumat ablu
ciones· sed det eas ministris· aut
fundat ad calicem uacuum· et postea
ea det communicantibus· Si autem sumat
tunc ultimus non valet illo die
ei celebrare In aurora in
Lux fulgebit hodie super nos
quia natus est nobis dns et
uocabitur admirabilis deus prin
ceps pacis pater futuri seculi cu
ius regni non erit finis Dns
regnauit decorem indutus est in
dutus est dns fortitudinem et pre
cinxit se Kyrie Magne ds oro
Da qs o ds ut qui noua incar
nati uerbi tui luce perfundi
mur· hoc in nostro resplendeat
in opere· quod per fidem fulget

Eius qui nos
ligimus tu
tate letificas
ut eius ad
cius castitat
exemplis p
Et dixit dns
sup me co
dns· ad annu
suetis misit
contritos corde
captiuis indu
clausis aper
carcerem annum p
· et diem ulcionis
consolaret omnes
Et ponerem forti
bus lugentibu
daret eis corona
gaudij pro luctu
dis p spiritu mero
uit in ea forte
tatis dni ad gl
Ecce auditum fec
terre· dicite filie
uator tuus ue
ces eius cum eo
coram illo· Et u
pplus scs redem
Assume·
Apparuit beni
manitas salu
stri· non ex operi
que fecimus nos
magnam suam mi

724

Marci tulij Ciceronis oratoris facundissimi Tusculanarum questionum ad Brutum liber primus incipit Lege feliciter :–

Cum defensionum laboribus senatorijsque muneribus aut omnino aut aliqua ex parte essem aliquando liberatus Retuli me Brute te hortante maxime ad ea studia que retenta animo remissa temporibus longo intervallo intermissa revocavi Et cum omnium artium que ad rectam vivendi viam pertinerent ratio et disciplina studio sapientie que philosophia dicitur contineretur: hoc michi latinis litteris illustrandum putavi non quia philosophia grecis et litteris et doctoribus percipi non posset Sed meum semper iudicium fuit omnia nostros: aut invenisse per se sapientius: quam grecos: aut accepta ab illis fecisse meliora: que quidem digna statuissent in quibus elaborarent Nam mores et instituta vite resque domesticas ac familiares nos profecto: et melius tuemur et lautius Rem vero publicam nostri maiores certe melioribus temperaverunt et institutis et legibus: quid loquar de re familiari: in qua cum virtute nostri multum valuerunt: tum plus etiam disciplina Nam illa que natura non litteris assecuti sunt: neque cum grecia: neque ulla cum gente sunt conferenda: que enim tanta gravitas que tanta constantia magnitudo animi probitas fides que tam excellens in omni genere virtus in ullis fuit: ut cum maioribus nostris sint comparanda Doctrina grecia nos et in omni genere litterarum superabat: in quo erat facile vincere non repugnantes. Nam cum apud grecos antiquissimum e doctis genus sit poetarum Siquidem Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam Archilocus regnante Romulo Serius poeticam nos accepimus annis fere cccc x. post romam conditam. Ennius fabulam dedit Gaio et Claudio ceci filio M. Tuditano

Tusculan Q. 2s
Curty Lib 3
Qs de uin
de continentibus
et Redictibus

cons anno ante natum Ennium que fuit ma-
ior natu quam Plautus et Nevius Sero igitur
a nris poete uel cogniti uel recepti. quamquam
est in originibz solitos esse in epulis canere con-
uiuas ad tibicinem de clarorum homin virtutibz
Honorem tamen huic generi non fuisse declarat
oratio Catonis. in qua obiecit ut obprobrium
Marco nobiliori quod is in provincias poetas du-
xisset Duxerat autem consul ille in Etholiam ut sci-
mus Ennium. quo minus igitur honoris erat poe-
tis. eo minora studia fuerunt: nec tamen magnis
sic qui ingenijs in eo genere extiterunt non satis
grecorum glorie responderunt. An censemus si Fabio
nobilissimo homini laudi datum esset quod pingeret
non multos etiam apud nros futuros polidicos
et pharasios fuisse Honos alit artes: omnesque
incenduntur ad studia gloria Iacentque ea semper
que apud quosque improbantur Summam eruditorum
greci sitam censebant in nervorum vocumque can-
tibus Igitur et Epaminundas princeps meo
iudicio grecis fidibz preclare cecinisse dicitur:
Themistocles quod aliquot ante annos cum in epu-
lis liram recusaret est habitus indoctior Ergo
in grecia musici floruere. discebantque id om-
nes quod nesciebat satis excultus doctrina putabatur
In summo apud illos honore geometria fuit Nihil
itaque mathematicis illustrius At nos metiendi
ratiocinandique utilitate huius artis terminauimus
modum At contra oratorem celeriter complexi sumus
nec eum primo eruditum aptum tamen ad dicendum
post autem eruditum Nam Galbam Affricanum
Lelium doctos fuisse traditum est Studiosum at-
cum quem his etate anteibat Catonem: post vero Lepidum
Catonem Gracchos ita magnos inde nostram ad
etatem. ut non multum aut nihil omnino gre-
cis cederet. philosophia iacuit usque ad hanc
etatem. nec ullum habuit litterarum que illustra-
da et excitanda nobis est. ut si occupati profu-
imus aliquid civibz nris. prosimus etiam si pos-
sumus ociosi In quo eo magis nobis est elaboran-
dum. quod multi iam esse libri latini dicuntur.

scripti inconsiderate ab optimis illis quidem viris
sed non satis eruditis: fieri autem potest ut recte quis
sentiat et id quod sentit polite eloqui non possit
Sed mandare quenquam litteris cogitationes suas que
eas nec disponere nec illustrare possit nec delecta-
tione aliqua allicere lectorem hominis est intem-
peranter abutentis et ocio et litteris Itaque suos li-
bros ipsi legunt cum suis nec quisquam attingit preter
eos Qui eandem licentiam scribendi sibi permitti vo-
lunt quare si quid oratorie laudis nostra attulimus
industria multo studiosius philosophie fontes aperiemus
e quibus etiam illa manabat Sed ut aristotiles
vir summo ingenio scientie copia cum motus esset
Isocratis rethoris gloria dicere etiam cepit adolescen-
tes docere et prudentiam cum eloquentia iungere sic
nobis placet nec pristinum dicendi studium deponere et
in hac maiore et uberiore arte versari Hanc enim
perfectam philozophiam semper iudicavi que de
maximis questionibus copiose posset ornateque
dicere: in quam exercitationem ita nos studiose operam
dedimus: ut iam etiam scolas grecorum more habere
auderemus: ut nuper tuum post discessum in tusculano
cum essent complures mecum familiares: temp-
tavi quid in eo genere possem Ut enim antea decla-
mitabam causas quod nemo diutius me fecit sic hec
mihi nunc senilis est declamatio ponere iubebam
de quo quis audire vellet ad id aut sedens aut am-
bulans disputabam Itaque dierum quinque scolas ut
greci appellant in totidem libros contuli fiebat
autem ita ut cum is qui audire vellet dixisset quid
esse videretur tum ego contradicerem Hec est enim ut
scis vetus et socratica ratio contra alterius opi-
nionem disserendi Nam ita facillime quod verisimi-
lime esset inveniri posse socrates arbitrabatur
Sed quo commodius disputationes nostre explicentur
sic eas exponam: quasi agatur res: non quasi narre-
tur ergo ita nascetur exordium

Malum mihi videtur esse mors Magister Hisne qui mortui sunt: an his quibus moriendum est
discipulus Utrisque Magister Est miserum igitur quoniam malum discipulus Certe magister Ergo

et hi quibus euenit iam ut morerentur et hi qui-
bus euenturu est miseri Discipu Ita mihi videt mgr
Nemo ergo non miseri disci prorsus nemo Magr
Et quidem si tibi constare vis omes quicumqz na-
ti sunt erunt ve non solum miseri sed etia semper
miseri Nam si solos eos dices miseros quibus mo-
riendum esset neminem tu quide eorum qui viueret
exciperes moriendu est em omnibus esset tn mise-
rie finis in morte quoniam aut etiam mortui sunt
miseri in miseriam nascuntur sempiternam necesse
est em miseros esse eos q centu milibz annorum
ante occiderunt vel potius omes quicuqz nati sut
Discipulus Ita prorsus existimo mgr Dic queso
num te illa terret triceps apud inferos cerberus
cociti fremitus transuectio acherontis mento summa
aquam attingens enectus siti Tantalus tum illud
quod sisiphus versat saxum sudans nitendo neqz
proficit illud fortasse etiam inexorabiles iudices mi-
nos et Rhodomantus apud quos nec te L crassus
defendet nec M antonius nec qm apud grecos
iudices res agetur poteris adhibere demosthenem
tibi ipi pro te erit maxima corona causa dicendi
Hec fortasse metuis et ideo mortem esse censes
sempiternum esse malum Discipu Adeo ne me delirare cen-
ses ut ista esse credam mgr An tu hec non credis
discipu Minime vero mgr Male hercule narras
Discipu Cur queso magister quia disertus esse pos-
sem contra ista si dicerem quis em non in huiusmodi
causa aut quid negocy est hec poetarum et pictoru
portenta vincere atqz libri pleni sunt contra ista
ipa disserentium phylozophorum Discipu Inepte
sane quis em est tam excors quem ista moueant
mgr Si ergo apud inferos miseri non sunt ne
sunt quidem apud inferos nulli Discipu Ita pror-
sus existimo mgr Ubi sunt ergo hy quos miseros
dicis aut quem locum incolunt Si em sunt nusqz
esse non pnt Discipu Ego vero nusqm esse illos
puto Magister Igitur ne esse quidem Discipulus
prorsus isto modo et tamen miseros ob id ipsum
quidem quia nulli sint mgr Iam mallem cerberu
metueres quam ista tam inconsiderate diceres
Discipu quid tandem mgr quem esse negas eunde

esse dicis: tum eum quod non sit dicis esse Discipulus
Non sunt ita ebes ut ista dicam mgr Quid dicis
igitur discipu Miserum esse verbi causa M. Crassum
qui illas fortunas morte dimiserit Miserum Cneum
pompeium qui tanta gloria sit orbatus: omnes de-
nique miseros qui hac luce careant mgr Revol-
veris eodem Sint enim oportet si miseri sunt tu at
modo negabas eos quod mortui essent Si igitur non
sunt nil possunt esse ita ne miseri quidem sunt
Discipu Non dico fortasse etiam quod sentio Nam
istuc ipsum non esse cum fueris miserrimum puto quid
miserius quam omnino numquam fuisse mgr Ita qui
nondum nati sunt miseri iam sunt quia non sunt et
nos si post mortem miseri futuri sumus antequam
nati Ego autem non commemini antequam sum natus
me miserum: tu si meliore memoria es velim
scire et quid de te recordere discipu Ita iocaris
quasi dicam eos ego miseros quod nati non sint: et
non eos miseros quod mortui sunt mgr Esse ergo eos
dicis discipu Immo quia non sint cum fuerint eos
miseros esse mgr pugnantia te loqui non vides
quid enim tam pugnat quam non modo miserum sed
omnino quicquam esse quod non sit An tu egressus por-
ta Capena cum Calatinorum Scipionum Serviliorum
metellorum sepulcra vides miseros putas illos
discipu Quoniam me verbo premis post hac non ita dicam
miseros esse: sed tantum miseros ob id ipsum quia non sunt
mgr Non dicis igitur miser est M. Crassus: sed tantum
miser M. Crassus discipu Ita plane mgr quasi non
necesse sit quicquid isto modo pronunties id aut esse
aut non esse An tu dialecticis ne imbutus quidem
es In primis enim hoc traditur omne pronuntiatum
Sic enim michi in presentia occurrit ut appellarem axioma
utar post hac alio si et invenero melius Id ergo est
pronuntiatum quod est verum aut falsum Cum igitur
dicis miser marcus Crassus aut hoc dicis miser est
crassus non posse dici iudicari: id falsum ne sit:
aut nichil dicis omnino discipu Age iam concedo
non esse miseros qui mortui sint quoniam extorsisti ut
faterer qui omnino non essent: eos ne miseros qui-
dem esse posse quid quod vivimus cum moriendum
sit: nonne miseri sumus que enim in vita potest esse

iocunditas · cum dies et noctes cogitandum sit iam
iamque esse moriendum mgr Et qui ergo intelligis
quantum mali de humana condicione deieceris
discipu quonam modo mgr quia si mori et iam mor
tuus miserum esset · infinitum quoddam et sempi
ternu malum haberemus in vita Nunc video calce
: ad quam cum sit decursum nil sit pretea extimescen
dum Sed tu m' videris Epicurum acuti nec insulsi
homis ut Siculi sententiam sequi discipu qui non
em novi mgr Dicam si potero latine Scis em me
grece loqui in latino sermone non plus solere
quam in greco latine discipu Et recte quide Sed
que tandem est Epicuri ista sententia mgr Emori
nolo : sed me esse mortuu nil existimo discipu Agno
sco grecum Et qm coegisti ut concedem qui mortui
essent : eos miseros non esse : perfice si potes ut ne
moriendum quidem esse miserum putem mgr
Jam istud quidem nichil negocii est discipu Quo
modo hoc nil negocii est aut que sunt ista tande
maiora mgr quia post morte mali nichil esse
concedis esse · ne morte quide est malu cui proximu
tempus est primo mortem in quo mali nil esse co
cedis · ita ne moriendum quidem esse malu qd est
em perueniendum esse ad id quod non esse malu
confitemur discipu Uberius ista queso · hec em
spinosiora prius ut confitear me cogunt qm ut asse
ciar Sed que sunt ea que dicis te maiora moliri
mgr Ut doceam si possim non mo malu non esse
: sed bonu etiam esse morte discipu Non postulo
id quide habeo tantum audire Ut em no effici
as quod vis tu mors ut malum non sit efficias
Sed nil te intpellabo · continetem oratom audire
malo mgr quid si te rogauero aliquid : nonne respo
debis discipu Superbum id quidem est : sed nisi qd
necesse sit malo non roges mgr Geram tibi more
: eacque quem'is ut potero explicabo : nec tu quasi phitius
appollo certa ut sint et fixa que dixero : sed ut ho
mitulus unus e multis probabilia coniectura
sequens ultra em quo progrediar qz ut verisimi
lia uideam non habeo Certa dicent hi qui et papi
ca posse dicunt et se sapientes se profitentur disci
Tu ut videtur nos ad audiendum parati sum' ma
Mors igitur ipa que videtur notissima res esse
quid sit pmo est uidendum Sunt em qui discessu
animi a corpore putant esse mortem Sunt qui

nullum discessum fieri censent: sed una animum et
corpus occidere animumque et corpus extingui: qui
animum discedere censent, alij statim dissipari, alij
diu permanere, alij semper quid sit porro ipse ani-
mus: aut ubi, aut unde magna dissensio est. Alijs
cor ipsum animus videtur esse: ex quo excordes vecor-
des concordes que dicuntur Et nasica illa prudens
bis consul corculum et egregie cordatus homo
Catho helisius sextus Empedocles animum esse cen-
set cordi suffusum sanguinem: alijs pars quedam
cerebri visa est animi principatum tenere: alijs ne-
cor ipsum placet: nec cerebri quandam partem esse ani-
mum Sed alij in corde: alij in cerebro dixerunt animi
esse sedem et locum Animum autem alij animam
ut fere nostri declarant nomine Nam et agere animam
et efflare dicimus et animosos et bene animatos
et ex animi sententia Ipse autem animus ab anima
dictus est. Zenoni stoico animus ignis videtur Sed
hec quidem que dixi, cor, cerebrum animam ignem vulgo
reliqua fere singuli, ut multi ante veteres pro-
xime autem aristoxenus musicus idemque philoso-
phus ipsius corporis intentionem quandam velut in cantu
et fidibus que armonia dicitur sic ex corporis totius
natura et figura varios motus cieri tanquam in can-
tu sonos Hic ab artificio suo non recessit et tamen
dixit aliquid quod ipsum quale esset erat multo
ante et dictum et explanatum a platone. Xenocrates
animi figuram et quasi corpus negavit esse verum
numerum dixit esse cuius vis et iam ante pitagore
visum erat in natura maxima esset. eius doctor
plato triplicem finxit animam: cuius principatum
idest rationem in capite sicut in arce posuit et duas
partes seperare voluit Iram in pectore cupiditatem
subtus precordia locavit Dicearchus autem in eo ser-
mone: quem Corinthi habitum tribus libris expo-
nit doctorum hominum disputantium, primo libro mul-
tos loquentes facit: duobus ferecratem quendam
phtiotam senem: quem ait a deucalione ortum dis-
serentem inducit nil esse omnino animum et hoc esse
nomen totum inane: frustraque animalia et animan-
tes appellari: neque in homine animam esse vel animum
nec in bestia vimque omnem eam qua vel agamus
quid vel sentiamus in omnibus corporibus vivis equa-
biliter esse fusam: nec seperabilem a corpore esse
quippe que nulla sit, nec sit quicquam nisi corpus

virum et simplex ita figuratum ut temperatione
nature vigeat et sentiat Aristoteles longe omnibus
platonem semper excipio prestans et ingenio et di-
ligentia cum quatuor nota illa genera principiorum
esset complexus: e quibus omnia oriren̄t quintam
quandam natura͞ censet esse: e qua sit mens Cogi-
tare em̄ et prouidere et discere et docere et inueni-
re aliquid et tam multa alia / meminisse amare
odisse cupere timere angi letari Hec et similia
eorum in horum quatuor generū inesse nullo pu-
tat. quītum genus adhibet vacans noīe et sic ipm
animū endelechiam appellat nouo noīe qsi quidā
continuatā motom et pennē: nisi que me forte fu-
giunt he sunt fere de animo sententie Democritum
em̄ magnū illum quidem virum: sed leuibꝫ et rotū-
dis corpusculis efficientem animū concursu quodā
fortuito omittamus Nil est em̄ apud istos. qd non
atomorum turba conficiat harum sententiarum que
vera sit deus aliquis viderit: que verisimillima ma-
gna questio est Utrum igitur inter has sententias
diiudicare malumus an ad propositum redire Cu-
perem equidem utrumqꝫ sit posset: sed est difficile
confundere. quare si ut ista non disserantur liberare
mortis metu possumus id agamus Sin id non potest
nisi hac questione animorum explicata nūc si videtur
hoc illud alias: quod male te intelligo id puto eē
comodius / efficiet em̄ ratio ut quecunqꝫ vera sit
earum sententiarum quas exposui mors aut ma-
lum non sit: aut sit bonū potius Nam si cor aut
sanguis aut cerebrum est animus certe qm̄ e corpus
interibit cum reliquo tempoē Si aīa est fortasse
dissipabitur / si ignis extinguetur. Si est aristoxeni
armonia dissoluetur. quid de dicearcho dicamus
qꝫ omnino nil animū dicit esse His sententiis oībꝫ
nil post morte pertinere ad quenqm̄ pt. pariter
em̄ cum vita sensus amittitur / non sentientis aut
nil est ullam in ptem quod intersit Reliquorum
sententie spem adferunt Si te hec forte delectat
posse animos cum e corporibus excesserint in ce-
lum quasi in domiciliū suū peruenire Me vero
delectat idqꝫ primū ita esse uelim Deinde etiam
si non sit mi persuaderi tamen velim quid tibi ergo opa
nra opus est num eloquentia platone superare pos-
sumus: euolue diligenter eius eū librū qꝫ est de ani-
mo amplius quod desideres nil erit feci mehercu-
le et quidem sepius Sed nescio quomodo dum lego

92
2

adſentior Cum poſui librum et mecum ipe de im-
mortalitate animoru cepi cogitare aſſenſio oīs illa
elabitur mgr quid hoc vis ne aut manere animos
poſt mortem aut morte ipa interire diſcipu deneo
mgr quid ſi maneant diſcipu Beatos eſſe concedo
mgr Sint intereant diſcipu Non eſſe miſeros qui
ne ſint quidem Jam iſtuc coacti a te paulo ante
conceſſimus mgr Quo igitur aut cur morte malu
tibi videri dicis que aut beatos nos efficiet ani-
mis manētibz aut non miſeros ſenſu carentes
Expone igitur ni moleſtu eſt primu ſi potes animos
remanere poſt morte: tu ſi minus id obtinebis
Eſt eni arduu Docebis carere omi malo mortem
Ego eni iſtuc ipm vereor ne maluz ſit no dico ca-
rere ſenſu: ſed carendum eſſe diſcipu Auctoribus
quidem ad iſtam ſententiam quibus obtinere ut opti-
mis poſſumus qd in omnibz cauſis et debet et ſolz
valere plurimu Et primu quidem omi antiquitate
:que quo prius aberat ab ortu et diuina progenie
:hoc ea melius fortaſſe que erant vera cernebat
Itaque vnu illud erat inſitu priſcis illis quos caſcos
appellat Ennius eſſe in morte ſenſum: neque exceſ-
ſu vite ſit deleri hominez: ut funditus interiret: id
que cum multis alys rebus tum e pontificio iure et
cerimonys ſepulcrorum intelligi licet quos maxis
ingenys prediti nec tanta cura coluiſſent nec vio-
latas tam inexpiabili religione ſanxiſſet ni hereret
in eorum mentibus morte non interitum eſſe omnia
tollente atque delente ſed quanda quaſi migracionez
commutacionemque vite que in claris viris et feminis dux
in celum ſoleret eſſe in ceteris humi retinentur et per-
maneret: tum ex hoc et nrorum opinione Romulus
in celo cum dys agit euu: ut fame adſenties dixit
Ennius et apud grecos Indeque perlapſus ad nos
et uſque ad occeanu hercules tantus et tam preſens
habetur deus hinc liber Semele natus eademque
fame celebritate Tindaride fratres: qui no modo ad-
iutores in prelys victorie ppli romani: ſed etiā nuncy
fuiſſe perhibentur quid mecadini filia: none a Circea
nominata a grecis natura habetur a nris quid
totum prope celum ne pluris perſequar none hu-
mano genere completu eſt Si vero ſcrutari vetera
:et ex his ea que ſcriptores grecie prodiderunt eruere
coner: ipi illi maiorum gentium dy qui habentur

hinc nobis profecti in celum reperientur · quere quo-
rum demonstrantur sepulcra in grecia reminiscere quoniam
es initiatus que tradantur misteriis · tum denique quam
hoc late pateat intelliges · Sed qui nondum ea que mul-
tis post annis tractare cepissent fisica didicisset tantum
sibi persuaserant · quantum natura admonente cogno-
uerunt · rationes que et causas rerum non tenebant
visis quibusdam sepe mouebantur · hisque maxime noctur-
nis ut viderentur hi qui vita excesserant vivere · ut por-
porro firmissimum hoc adferri videtur cur deos esse
inbuerit deorum opinio Multi de dys praua sentiunt
id enim vitioso modo effici solet · omnes tamen esse vim et
naturam diuinam arbitrantur · nec vero id collocutio ho-
minum aut consensus efficit non institutis opinio est
confirmata non legibus · omni autem in re consensio
omnium gentium lex nature putanda est quis est igitur
qui suorum morte primum non eo lugeat quod eos orbatos
vite commodis arbitretur · tolle hanc opinionem luctum sustu-
leris · Nemo enim meret suo incommodo · dolent fortasse
et anguntur · sed illa lugubris lamentatio fletusque
merens ex eo est quod eum quem dileximus natura duce
vite commodis priuatum arbitramur Idque sentire · atque
hec ita sentimus natura duce nulla ratione · nullaque
doctrina Maximum vero argumentum est natura ipsa
de immortalitate animorum tacita iudicare quod omnibus
cure sunt et maxime quidem que post mortem quidem
futura sint Serit arbores que alteri seculo prosint
ut ait Cecilius in Sinephebis quid spectans nisi etiam
postera secula ad se pertinere · ergo arbores seret di-
ligens agricola · quarum aspiciet baccam ipse nunquam
Vir magnus leges instituta rem publicam conseret Quid
procreatio liberorum · quid propagatio nominis quid adop-
tationes filiorum · quid testamentorum diligentia · quid
ipsa sepulcrorum monumenta elogia significant nisi nos fu-
tura etiam cogitare · quid illud Num dubitas quando
specimen nature capi deceat ex optima quaque natura
quin eorum quod se natos ad homines iuuandos tutan-
dos conseruandos arbitrandos Abiit ad deos hercules
nunquam abisset nisi cum inter homines esset eam sibi
viam muniuisset Cetera iam ista et religione omnium
conseruata quid in hac re publica tot tantosque viros ob re
publica interfectos cogitasse arbitramur iisdem ne ut finibus
nomen suum quibus vita terminaretur Nemo unquam sine magna
spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem
Licuit esse ocioso Themistocli licuit Epaminunde

licuit ne et vetera et externa queram in̄ Sed neſcio
quō inheret in mentibꝫ quaſi ſeculoꝝ quoddā augu-
riū futurorū Idq; in maximis ingenijs altiſſimiſq;
animis et exiſtit maxime et apparet facilime · quo
quidem dempto quis tam eſſet amens : qui ſemꝑ in labo-
ribꝫ et periculis viueret Loquor de pricipibꝫ · quid
poete · none poſt morte nobilitari volunt Unde igitur
illud aſpicite o ciues ſenis Ennij imaginis formam
hic vrm pinxit maxima facta pcm Mercede glorie
flagitat ab his quorum pres affecerat glia Idemq;
nemo me latimis decoret : aut funera fxit Cur vo-
lito viuus docta per ora virum Sed quid putas opifi-
ces poſt mortem nobilitari volunt Quid phidias ſui
ſimilem ſpēm inclusit in clipeo minerue cum inſcri-
bere non liceret · quid nri phi : nonne in his libris
ipſis quos ſcribunt de contemneda gloria ſua noīa
inſcribunt · qꝫ ſi omnī conſenſus nature vox ē : omſq;
qui vbiq; ſunt conſentiūt eſſe aliquid quod ad eos
ptineat qui vita ceſſerint : nobis quoq; idem exiſtima-
dum eſt Et ſi quorum aut ingenio aut ꝟtute animus
excellit : eos arbitimur quia natura optima ſūt cnere
nature vim Maxime in ſimile eſt cum optimꝰ quiſq;
maxime poſteritati ſeruiat eſſe aliqd cuiꝰ is poſt
morte ſenſum ſit habiturus Sed ut deos eſſe natura
opinamur quales q; ſint ratione agnoſcimꝰ Sic pmanē
animos arbitramur conſenſu nacōnū omn̄ qua in
ſede maneant quales q; ſint ratione dicendum eſt
Cuius ignoratio finxit inferos : eaſq; formidines quas
tu contempne non ſine cauſa videbare In terram
eī cadentibꝫ corporibꝫ hiſq; humo tectis ex quo dcm
eſt humari ſub tram cenſebant Reliquam vitam
agi mortuoꝝ : quā eorum opinione magni errores
conſecuti ſunt : quos auxerunt poete : frequēs eī
conſenſus theathri in quo ſunt mulierule et pueri
mouetur audiens tam grande carmē Adſum atq; venio
acherunte vix via alta atq; ardua per ſpeluncas ſa-
xis ſtructas aſperis pendentibꝫ maximis vbi rigida
conſtat craſſa caligo inferum tantumq; valuit er-
ror qui michi quidem iam ſublatus videtur : ut cor-
pora cremata cum ſciret : tamen ea fieri apud inferos
fingerent : que ſine corporibꝫ nec fieri poſſent nec intel-
ligi Animos eī per ſeipos viuentes non poterant me-
te complecti forma aliquā figuraq; querebant Inde
homeri tota que mens animq; appius Nepcio matia
faciebat Inde inicia nra auernum lacus vnde anime

anime excitant obscura umbra aperto ostio alto ache-
runtis salso sanguine imagines mortuorum. has tamen
imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingwa nec
sine pallato: nec sine faucium laterum pulmonum vi
et figura potest Nichil enim animo videre poterant ad oculos
omnia referebant Magni autem est ingenij revocare men-
tem a sensibus et cogitacionem a consvetudine abducere
Itaque credo equidem etiam alios tot seculis sed quod
litteris existet pherecides sirus primum dixit animos esse
hominum sempiternos antiquus sane meo regnante gentili
hanc opinionem discipulus eius pithagoras maxime
confirmavit qui cum superbo regnante in Italiam
venisset tenuit illam magnam greciam cum honore di-
scipline tum etiam auctoritate: multaque secula postea
sic viguit pitagoreum nomen: ut nulli alij docti viderentur
Sed redeo ad antiquos racionem illi sententie sue non fere
reddebant: nisi quid erat numeris aut descripcionibus ex-
plicatum. platonem ferunt ut pithagoreos cognosceret
in Italiam venisse et in ea cum alios multos tum
architam timeumque cognovit et didicisse pithagorea
omnia. primumque de animorum eternitate non solum sen-
sisse idem quod pitagora: sed racionem etiam attulisse
quam nisi quid dicis pretermittamus et hanc totam spem
immortalitatis relinquamus discipulus. An tu cum me
in summam expectacionem adduxeris deseris Errare me her-
cule mallo cum platone quem tu quanti facias scio
et quem ex tuo ore admiror quam cum istis vera sentire
magister hanc te virtute: ego enim ipse cum eodem ipso non
invitus erraverim Cum igitur dubitamus an sicut
pleraque sub dubitacione accipimus: sic et hoc quamquam
id quidem minime persuadet mathematici terram
in medio mundo sitam ad universi celi complexum quasi
puncti instar obtinere quod centrum illi vocant: ea por-
ro naturam esse quatuor omnia gignencium corporum
ut quasi partita habeant inter se ac divisa momen-
ta terrena et humida suapte nutu et suo pondere
ad pares angulos in terram et in mare ferantur Relique
due partes una ignea altera animalis ut ille supe-
riores in medium locum mundi gravitate ferantur et pon-
dere sic hee rursum rectis lineis in celestem locum
subvolent. sive ipsa natura superiora appetere sive
quod a gravioribus leviora natura repellantur: que cum
constent perspicuum debet esse animos cum e corpore
excesserint sive illi sint animales id est spirabiles sive
ignei sublime ferri Si vero numerus quidam sit ani-
mus quod subtiliter magis quam dilucide dicitur aut quinta
illa non nominata magis quam non intellecta natura

multo etiam integriora ac puriora ſunt: ut a terra
longiſſime ſe efferant Horum igitur aliquid e animus
ne negata mens aut in corde cerebro ve: aut in empe-
docleo ſanguine demerſa lateat Dicearchum vero cum Ari-
ſtoxeno equali et condiſcipulo ſuo doctos ſane homines
omittamus: quorum alter ne condoluiſſe quidem umquam
videtur: qui animum ſe habere non ſentiat: alter ita de-
lectatur ſuis cantibus: ut eos etiam ad hec transferre conetur
harmoniam autem ex intervallis ſonorum noſſe poſſumus quo-
rum varia compoſitio etiam harmonias efficit pluris
Membrorum vero ſitus et figura corporis vacans animo quam
poſſit harmoniam efficere non video Sed hic quidem quamvis
eruditus ſit ſicut eſt hec magiſtro concedat Ariſtoteli canere
ipſe doceat: bene enim illo grecorum proverbio precipitur
quam quiſque norit artem in hac ſe exerceat Illam
vero funditus eiciamus individuorum corporum levium
et rotundorum concurſione fortuita: quam tamen democritus
cum calefactam et ſpirabilem id eſt animalem eſſe vult Is
autem animus qui ſi eſt horum quatuor generum ex quibus
omnia conſtare dicuntur ex inflammata anima conſtat ut
potiſſimum video videri panecio ſuperiora capeſſat neceſſe
eſt nichil enim habent hec duo genera proni et ſupera ſemper
petunt Ita ſive diſſipantur procul a terris id evenit ſi-
ve permaneat et conſervat habitum ſuum hoc etiam ma-
gis neceſſe eſt ferantur ad celum et ab his perrumpatur
et dividatur craſſus hic et concretus aer qui eſt terre proximus
Calidior eſt enim vel potius ardentior animus quam hic aer
eſt quem modo dixi craſſus atque concretum quod ex eo
ſciri poteſt quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta
ardore animi concaleſcunt Accedit ut eo facilius animus
evadat et ex hoc aere quem ſepe iam appello eumque
perrumpat quod nichil animo eſt velocius nulla eſt celeritas
que poſſit cum animi celeritate contendere qui ſi permanet
incorruptus ſuique ſimilis neceſſe eſt ita feratur: ut
penetret et dividat omne celum hoc in quo nubes
imbres ventique coguntur quod et humidum et caligino-
ſum eſt propter exalaciones terre: quam regionem cum ſupe-
ravit animus naturamque ſui ſimilem contingit et
agnovit iunctus ex anima tenui et ardore ſolis tem-
perato ignibus exiſtit et finem altius ſe efferendi facit
Cum enim ſui ſimilem et levitatem et calorem adeptus
tanquam paribus examinatus ponderibus nullam in partem
movetur: eaque ei demum naturalis eſt ſedes cum ad ſui
ſimilem penetravit: in quo nulla re egens aletur
et ſuſtentabitur hiſdem rebus quibus aſtra ſuſtentantur
et aluntur: cumque corporis facibus inflammari ſoleamus

ad omnes fere cupiditates eoque magis incendimur quod
his emolemur quod ea habeant que nos habere cupi-
amus · profecto beati erimus cum corporibus relictis
: et cupiditatum et emulationum erimus expertes quodque
nunc facimus cum laxati curis sumus ut spectare
aliquid velimus et visere : id multo tum faciemus
liberius : totosque nos in contemplandis rebus per-
spiciendis quod ponemus : propteraque et natura inest
in mentibus nostris insatiabilis quedam cupiditas
veri videndi · et ore ipse locorum illorum quo pervene-
rimus quo faciliore nobis cognitionem rerum celesti-
um : eo maiore cognoscendi cupiditatem dabunt hec
enim pulcritudo etiam in terris patriam illam et avitam
ut ait theophrastus philosophiam cognitionis cu-
piditate incensam excitavit : precipue vero utentur
ea : qui tum etiam cum has terras incolentes circumfusi
erant caligine · tamen acie mentis dispicere cupie-
bant Et enim nunc aliquid assequi se putant : qui
ostium ponti viderunt : et eas angustias per quas
penetravit ea que est nominata argo : quia ar-
givi in ea delecti viri vecti petebant pellem in-
auratam arietis : aut hi qui occeani freta illa vide-
runt Europam libiamque rapax ubi dividit un-
da · quod tandem spectaculum fore putamus cum
totam terram contueri licebit eius que cum situm for-
mam circumscriptionem : cum et habitabiles regiones
et rursum omni cultu propter vim frigoris inhabita-
biles aut caloris vacantes Nos enim ne nunc qui-
dem oculis cernimus ea que videmus Neque est enim
ullus sensus in corpore sed ut non phisici solum
docent : verum etiam medici : qui ista aperta et patefacta
viderunt vie quasi quedam sunt ad oculos ad au-
res ad nares a sede animi perforate Itaque sepe
aut cogitatione aut aliqua vi morbi impediti apertis
atque integris et oculis et auribus nec videmus nec
audimus : ut facile intelligi possit animum et vi-
dere et audire non eas partes que quasi fenestre
sint animi quibus tamen sentire nil queat animus
nisi id agat et adsit · quid quod eadem mente res
dissimillimas comprehendamus : ut colorem sapo-
rem · calorem · odorem · sonum · que numquam quinque
nuntiis animus cognosceret : nisi ad eum omnia
referentur · et is omnium iudex solus esset atque pro-
fecto ea tum multo puriora et dilucidiora cernen-
tur cum quo natura fert liber animus pervenit

Nam nunc quidem quamquam foramina illa que patent
ad animum a corpore callidissimo artificio natura
fabricata est: tamen terrenis concretisque corporibus
sunt intersepta quodammodo Cum autem nil erit preter
animum: nulla res obiecta impediet quominus percipiat quale quicquid sit: quamvis copiose hec diceremus
si res postularet quam multa, quam varia, quanta specta-
cula animus in locis celestibus esset habiturus: que
quidem cogitans soleo semper mirari non nullorum
insolentiam philosophorum: qui nature cognitionem ad-
mirantur eiusque inventori et principi gratias exulta-
tes agunt eumque venerantur ut deum: liberatos enim
se per eum dicunt duris terrore sempiterno et diurno
ac nocturno metu: quo terrore quo metu: que est
anus tam delira que timeat ista: que vos videlicet
si physica non didicissetis timeretis: acherusia tem-
pla alta orci pallida leti nubila tenebris loca.
Non pudet philosophum in eo gloriari quod hec non
timeat: et quod falsa esse cognoverit: e quo intelligi potest
quam acuti natura sint qui hec sine doctrina credituri
fuerunt. preclarum autem nescio quid adepti sunt quod didi-
cerunt se cum tempus mortis venisset totos esse pe-
rituros: quod ut ita sit nihil enim pugno quid habet
ista res aut letabile aut gloriosum Nec tamen mihi sane
quicquam occurrit cur non pitagore sit et platonis vera
sententia Et enim rationem plato nullam afferret vide quid
homini tribuam ipsa auctoritate me frangeret Tot autem
rationes attulit: ut velle ceteris sibi certe persuasisse
videatur Sed plurimi contra nituntur animosque quasi
capite damnatos morte multant: neque aliud est
quicquam cur incredibilis his animorum videatur eternitas
nisi quod nequeunt qualis animus sit vacans corpore intelligere
et cogitatione comprehendere quasi vero intelligant
qualis sit in ipso corpore que conformatio que magni-
tudo: qui locus: ut si iam possent in homine vero cerni
omnia: que nunc tecta sunt: casurus ne in conspectum
videatur animus: an tanta sit eius tenuitas ut
fugiat aciem hec reputent isti qui negant animum
sine corpore intelligere Mihi autem natura animi intuenti
multo difficilior occurrit cogitatio multo obscurior qua-
lis animus in corpore sit tamquam aliene domui quam qualis
cum exierit: et in liberum celum quasi domum suam
venerit Nos enim quod numquam vidimus: id quale sit intelligere
non possumus Certe et deum ipsum et divinum animum

corpore liberatum cogitatione complecti non possum
Dicearchus quidem et aristoxenus quia difficilis erat
animi quid aut qualis esset intelligentia nullum omnino
animum esse dixerunt Est illud quidem vel maximum
animo ipso animum videre et nimirum hanc habet vim
preceptum apolinis: quo monet ut se quisque noscat
Non enim credo id precipit: ut membra nostra aut statu-
ram figuramque noscamus: neque nos corpora sumus: nec
ego tibi hec dicens corpori tuo dico Cum igitur nosce te
dicit: hoc dicit: nosce animum tuum Nam corpus quidem
quasi vas est aut aliquod animi receptaculum ab animo
tuo quicquid agitur id agitur a te Hunc igitur nosse nisi
divinum esset non esset hoc acrioris cuiusdam animi
preceptum, sic ut tributum a deo sit hoc se ipsum posse
cognoscere Sed si qualis sit animus ipse animus nesciat
Dic queso ne esse quidem se sciat: et ne moveri quidem
se ex quo illa ratio nata sit est platonis que a socrate
est in phedro explicata: a me autem posita est in sexto
libro de re p. quod semper movetur eternum est: quod autem
motum affert alicui: quodque ipsum agitatur aliunde
quando finem habet motus: vivendi finem habeat ne-
cesse est Solum igitur quod seipsum movet quia numquam
deseritur a se: numquam ne moveri quidem desinit: quando
etiam ceteris que moventur hic fons hoc principium
est movendi principii autem nulla est origo: nam
e principio oriuntur omnia: ipsum autem nulla ex re alia
nasci potest: nec enim esset id principium: quod aliunde gigne-
retur: quod si numquam oritur nec occidit umquam quidem
Nam principium extinctum nec ipsum ab alio renascetur
nec a se aliud creabit Si quidem necesse est a prin-
cipio oriri omnia: ita fit: ut motus principium ex eo sit
quod ipsum a se movetur: id autem nec nasci potest: nec move-
ri: vel concidat omne celum omnisque natura consistat
necesse est: nec vim ullam nanciscatur: qua primo
impulsa moveatur Cum pateat igitur eternum id esse
quod seipsum moveat quis est qui hanc naturam ani-
mis esse tributam neget Inanimum est enim omne quod
pulsu agitatur externo: quod autem est animal id motu ci-
tatur interiore et suo Nam hec est propria natura
animi atque vis: que si est una ex omnibus que seipsam
semper moveat: neque nata certe est et eterna est Licet
concurrant omnes plebei philosophi si enim hi qui a platone
et socrate et ab ea familia dissident appellandi
videntur non modo nihil umquam tam eleganter explicabit

ſed ne hoc quidem ipm quam ſubtiliter concluſum
ſit intelligent Sentit igitur animus ſe moueri quod cum
ſentit illud una ſentit ſe in ſua non aliena moueri
nec accidere poſſe ut ipe unquam a ſe deſeratur : ex quo
efficitur eternitas : niſi quid habes ad hec discipulus · Ego uero
facile ſim paſſus : ne in mentem quidem michi aliquid contra
uenire ita isti faueo ſententie magister · Quid illa tan
dem non leuiora cenſes · que declarant ineſſe in
animis hominum diuina quedam : que ſi cernerem quem
admodum naſci poſſent etiam quemadmodum interirent
uiderem Nam ſanguinem bilem coleram fleumam
pituitam oſſa · neruos · uenas : omnem denique membro
rum et totius corporis figuram uideor poſſe dicere unde
concreta et quo facta ſint animum ipm ſi michil eſſet
in eo niſi id ut per eum uiueremus tam natura pu
tarem hominis uitam ſuſtentari quam uitis quam arboris hec
enim etiam dicimus uiuere Item ſi michil habet animus
hominis niſi ut appeteret aut fugeret · id quoque eſſe ei co
mmune cum beſtijs habet primo memoriam et eam infini
tam rerum innumerabilium : quam quidem plato recor
dacionem eſſe uult uite ſuperioris Nam in illo libro qui
inſcribitur menon puſione quendam Socrates interro
gat quedam geometrica de dimenſione quadrati ad
ea ſic ille reſpondit ut puer : et tamen ita faciles in
terrogaciones ſunt : ut gradatim reſpondens eodem perue
niat quo ſi geometrica didiciſſet : ex quo effici uult Socrates
ut diſcere michil aliud ſit niſi recordari : quem locum
multo etiam accuracius explicat in eo ſermone quem
habuit eo ipo die quo exceſſit e uita Docet enim quemuis
qui omnium rerum rudis eſſe uideatur bene interroganti re
ſpondentem declarare ſe · non tum illa diſcere : ſed
reminiſcendo recognoſcere : nec vero fieri ullo modo
poſſe ut a pueris tot rerum atque tantarum inſitas et
quaſi conſignatas in animis naciones Enolat uocant
haberemus niſi animus antequam in corpus intraiſſet
in rerum cognicione viguiſſet · cumque michil eſſet in omnibus
locis a platone diſſeritur Nichil enim ille putat eſſe
quod oriatur et intereat : idque ſolum eſſe quod ſemper
tale ſit quale Eiacan appellat ille : nos ſpeciem · non
potuit animus hec in corpore incluſus agnoſcere cognita
attulit ex quo tam multarum rerum cognicionis admira
cio tollitur neque ea plane uidet animus cum repente
in tam inſolitum tamque perturbatum domicilium
immigrauit Sed cum ſe collegit atque recreauit tum

agnoſcit illa reminiſcendo ita nichil eſt aliud diſce-
re niſi recordari Ego autē maiore etiam quodam
modo memoriā admiror quid eſt em̄ illud quod memi-
nimus aut quam habet vim: aut vnde natura: non
quero quanta memoria CIALCONIAC fuiſſe dicatur
quanta theodectes quanta his q̄ a pirrho legatus ad ſe-
natum eſt miſſus Cyneas quanta nup̄ Carneades
quanta q̄ modo fuit pſenſippus metrodorus quāta noſter
hortenſius De com̄uni omniū memoria loquor et eorū
maxime q̄ in aliquo maiorum ſtudio et arte verſantur
quorum quanta mens ſit difficile eſt extimare ita
multa meminere quorſus igitur hec exſpectat oratio q̄
ſit illa vis et vnde ſit intelligendū puto non eſt cer-
nec cordis nec ſanguinis: nec cerebri nec atomorum
Anima ſit ignis ne: neſcio: nec me pudet ut iſtos fateri
neſcire qd̄ neſciam illud ſi ulla alia de re obſcura affir-
mare poſſem: ſiue aīa ſiue ignis ſit animus eum iura-
rem eſſe diuinū quid em̄ obſecro te terra ne tibi hoc
nebuloſo et caliginoſo celo aut ſata aut concreta vi-
detur tanta vis memorie Si quid ſit hoc non vides
aut q̄le ſit vides Si ne id quidem aut quantū ſit pro-
fecto vides quid agitur vtrum capacitatē aliquā in
animo putamus eſſe: quo tanq̄ in aliquod vas ea que
meminimus infundantur Abſurdum id quidē eſt: q̄ em̄
fundus: aut que talis animi figura intelligi pt̄: aut
que tanta omnino capacitas: an imprimi quaſi ceram
animū putamus et eſſe memoriā ſignatarū rerum
in mente veſtigia: que porro tam immenſa magnitu-
do que illa tam multa poſſit effingere quid illa vis
que tandem eſt que inveſtigat occulta que inuencio atq̄
excogitacio dicitur Ex hac ne tibi terrena mortaliq̄ na-
tura et caduca concreta ea uidetur Aut quis primus
quod ſūme ſapientie pithagore viſum eſt omnib; reb;
impoſuit nomina: aut qui diſſipatos homines congre-
gauit et ad ſocietatē vite congregauit conuocauit
aut qui ſonos vocis qui infiniti videbant̄ paucis
litterarum notis terminauit: aut qui errantiū ſtellarū
curſus progreſſiones inſtitutos q̄ notauit. os ma-
gni etiam ſuperiores qui fruges q̄ veſtitum: q̄ tecta
q̄ cultum vite qui preſidia contra feras invenerūt
a quibus manſuefacti et exculti a neceſſariis artifi-
ciis ad elegantiora defluximus Nam et auribus oblec-
tatio magna parata eſt inventa et temperata varietate
et natura ſonorū et aſtra deſpeximus cum ea que
ſunt infixa certis locis: tum illa non re ſed vocabulo
errantia: quorū conuerſatores omnes q̄ motus q̄ animus

vidit is docuit ſimilem animũ ſuũ eius eſſe q̃ ea fa-
bricatus eſſet in celo Nam cum archimedes lune ſolis
quinqꝫ errantiũ motus in ſperam alligauit : effecit idem
quod ille q̃ in timeo mũdum edificauit platonis deus
ut tarditate et celeritate diſſimillimos motꝰ vna rege-
ret conuerſio quod ſi in hoc mũdo ſine deo fieri nõ pt
: ne in ſpera quidẽ eoſdem motus archimedes ſine diuino
ingenio potuiſſet imitari Michi vero ne hec quidẽ no-
tiora et illuſtriora carere vi diuina videntur : ut ego aut
poetam graue plerumqꝫ carmen ſine celeſti aliquo mẽ-
tis inſtinctu putem fundere aut eloquentiã ſine ma-
iore quadam vi fluere habundante ſonantibus u̾bis
uberibuſqꝫ ſententiis phĩa vero omniũ mater artiũ quid
eſt aliud niſi ut plato donũ : ut ego inuentũ deorũ
hec nos primũ ad illorum cultum : deinde ad ius homi-
nũ quod ſitum eſt in generis huãni ſocietate : tũ ad
modeſtiam magñitudine qꝫ animi erudiuit : eademqꝫ ab
animo tanqũ ab oculis caliginẽ diſpulit : ut omnia
ſupera · infera · prima · ultima · media videremꝰ · pror-
ſus hec diuina m̃ videtur vis que tot res efficiat et
tantas Quid eſt enim memoria rerũ et u̾borũ quid
porro inuentio · profecto id quo ne in deo quidqꝫ maius
intelligi pt Non enim ambroſia deos aut nectare aut
iuuentute pocula miniſtrante letari arbitror : nec ho-
merũ audio : qui ganimedem ab dys raptum ait
propt̃ formã : ut Ioui bibere miniſtraret non iuſta ca-
uſa cur laumedonti tanta fieret iniuria · fingebat h̃
homerus et humana ad deos transferabat diuina
uellem ad nos : que aut diuina vigere ſapere inuenire
meminiſſe : ergo animꝰ eſt ꝗ ipſe Sin aut · ꝗ ut ego
dico diuinus : ut Euripides dic̃e audet deus Et quidẽ
ſi deus aut aĩa aut ignis eſt idem eſt animꝰ hoĩs
Nam ut illa a natura celeſtis et t̃ra uacat et humo-
re ſic u̾iuſqꝫ harum rerum huãnus animꝰ ẽ ꝗ ipſe
Sin aut̃ eſt quĩta quedam natura ab ariſtotele in-
ducta primũ hec et deorum eſt et aĩorũ hanc nos
ſententiã ſecuti his ipis u̾bis in conſolatõe hoc ex-
preſſimꝰ Animorũ nulla in t̃ris origo inueniri
pt Nichil eſt aliud in animis mixtum atqꝫ concre-
tum aut quod ex t̃ra natum atqꝫ fictũ eſſe videat
: nichil ne aut humidũ quidem aut ſtabile aut
igneum His enĩ in natiuis nichil ineſt : qđ vim
memorie mentis cogitatõis habeat : quod et p̃teri-
ta teneat et futura prouideat et complecti poſſit
pñtia que ſola diuina ſt̃ nec inueniet̃ vnqꝫ vnde

ad hominem venire poſſit : niſi a deo Singularis eſt
igitur quedam natura atq vis animi seiuncta ab
his uſitatis notis q naturis Ita quicq eſt illud qd
ſentit quod viuit quod viget celeſte et diuinu : ob ea
q rem eternu ſit neceſſe e : nec vero ds ipe q intelligi
a nobis alio mo intelligi pt : niſi mens ſoluta que
dam et libera ſegregata ab omi concretione mortali
omnia ſentiens et mouens ipaq predita motu ſem-
piterno hoc e genere : atq eadem e natura eſt huana
mens vbi tua aut qualis potes ne doce : an ſi omnia
ad intelligendum non habeo que habere velle : ne
his quidem que habeo michi per te uti licebit Non
valet tm animus : ut ſeipm ipe videat : aut ut oculus
ſic animus ſe non videns alia cernit : non videt autem
quod minimu eſt formam ſuam fortaſſe : quamq id
quoq Sed relinquimus vim cte ſagacitate memoria
motu celeritate videt Hec magna hec diuina hec ſe
pitna ſunt que facie quide ſit : aut ubi habitet ne
querendum quide eſt : ut cum videmus ſpem primu
candoremq celi deinde conuerſionis celeritate tantam
quantam cogitare non poſſumus : tum viciſſitudines
dierum ac noctium commutacōes q temporum quadrip
titas ad maturitate frugum : et ad temperacioz corpo
rum aptas eorumq omi moderatore et duce : ſole
lunaq a accretione deminutione luminis quaſi fa
ſtorum notante et ſignificante dies : tum in eode
orbe in duodecim partes diſtributo quinq ſtellas fer
ri eoſdem curſus conſtantiſſime ſeruantes diſparibz
inter ſe motibz nocturnamq celi forma vndiq ſideribz
ornatam : tum globum tre eminetem e mari fixu
in medio mundi vniuerſi loco duabz hois diſtantibz
habitabilem et cultam quarum altera quam nos in
colimus ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem vnde ori
fer aquilonis ſtridor gelidas molit niues Altera
auſtralis ignota nob quam vocant greci antixona
ceteras ptes inculcas q aut frigore rigeant aut
vrantur calore Hic aut ubi habitamus no inter
mittit ſuo tempore celum vireſcere arbores fronde
ſcere vites letifice pampinis tubeſce rami baccaru
vbertate incurueſce ſegetes largiri fruges flore oia
fontes ſtare herbis pta conueſtire tum multitudine
pecudum ptim ad veſcendum ptim ad cultus agrorum
ptim ad vehendum ptim ad corpa veſtienda hoiemq
ipm qſi contemplatore celi ad deorum : eorumq cultore
atq hominis vtilitati agros omis et maria parentia
Hec igitur et alia innumerabilia cum cernimus poſ
ſumus ne dubitare qn his preſit aliquis vel effector

si hec nata sunt ut platoni videtur vel si semper
fuerunt: ut aristoteli placet moderator tanti operis
et muneris sic mentem hominis quamvis eam non videas
ut non vides deum tamen ut deum agnoscis ex operibus eius
sic ex memoria rerum et inventione et celeritate motus
omnique pulcritudine virtutis vis divina mentis agnoscitur.
In quo igitur loco est: credo equidem in capite et cur
credam afferre possum sed alias ubi sit animus certe
quidem in te est que est et natura propria puto et sua
sed fac igneam fac spirabilem nichil ad id de quo
agimus Illud modo videto: ut deum noris et si eius
ignores et locum et formam In animi autem cogitatione
dubitare non possumus nisi plane in phisicis plumbei
sumus quin nichil sit animis admixtum nichil concretum
nichil copulatum nichil coagmentatum: nichil duplex
quod cum ita sit certe nec secerni nec dividi nec discer-
pi nec distrahi potest: nec interire igitur Est enim interi-
tus quasi discessus et secretio ac direptus earum partium
que ante interitum iunctione aliqua tenebantur. his et ta-
libus rationibus adductus socrates nec patronum quesivit
ad iudicium capitis nec iudicibus supplex fuit: adhibuitque
liberam contumaciam a magnitudine animi ductam
non a superbia et supremo vite die de hoc ipso multa
disseruit et paucis ante diebus cum facile posset educi
e custodia noluit Et pene in manu iam mortiferum
illud tenens poculum locutus ita est ut non ad mortem
trudi: verum in celum videretur ascendere Ita enim
censebat Itaque disseruit duas esse vias duplicesque cur-
sus animorum e corpore excedentium Nam qui se humanis
vitiis contaminavissent et se totos libidinibus dedissent
: quibus cecati veluti domesticis vitiis atque flagitiis
se inquinavissent: vel re publica violanda fraudes inexpia-
biles concepissent: his devium quoddam iter esse seclusum
a concilio deorum qui autem se integros castosque servas-
sent quibusque fuisset minima cum corporibus contagio
seseque ab his semper sevocassent essentque in corporibus
humanis vitam imitati deorum his ad illos a quibus
essent profecti reditum facilem patere Itaque comemo-
rat ut cigni qui non sine causa apollini dicati sint: sed
quod ab eo divinationem habere videantur qua providentes
quid in morte boni sit cum cantu et voluptate mori-
antur: sic omnibus et bonis et doctis esse faciendum
Nec vero de hoc quisquam dubitare posset: nisi idem nobis
accideret diligenter de animo cogitantibus: quod his se-
pe usu venit: qui cum acriter oculis deficientem solem
intuerentur ut aspectum omnino amitterent sic mentis
acies seipsam intuens non numquam ebesat: obeamque causam

contemplandi diligentiam amittimus. Itaque dubitans
circumspectans hesitans multa adversa reuertens tan-
quam in rate in mari immenso nostra vehitur oratio
Sed hec et vetera et a grecis. Cato autem sic abiit e vita
ut causam moriendi nactum se esse gauderet. Vetat
enim dominans ille in nobis deus iniussu hinc nos suo
demigrare. Cum vero causam iustam deus ipse dede-
rit: ut tunc Socrati: nunc Catoni sepe multis: ne ille
medius fidius vir sapiens letus ex his tenebris in
lucem illam excesserit: nec tamen illa vincla carceris ruperit
leges enim vetant: sed tamquam a magistratu aut ab ali-
qua potestate legitima, sic a deo evocatus atque emis-
sus exierit: tota enim philozophorum vita ut ait
idem meditatio mortis est. Nam quid aliud agimus
cum a voluptate idest e corpore cum a re familiari
que est ministra et famula corporis cum a re publica
negocio omni seuocamus animum: quid inquam tunc
agimus nisi animum ad se avocamus secum esse co-
gimus maximeque a corpore abducimus. Secernere
autem a corpore animum: nec quicquam aliud est: quam
mori discere. quare hoc commentemur mihi crede di-
stinguamusque nos a corporibus idest consuescamus
mori. hoc et dum erimus in terris erit illi celesti vite
simile: et cum illuc ex his vinculis emissi feremur minus
tardabitur cursus animorum. Nam qui in compedibus
corporis semper fuerunt etiam animi soluti sunt tar-
dius ingrediuntur: ut hi qui ferro vincti multos
annos fuerunt: quo cum venerimus tum denique
vivemus. Nam hec quidem vita mors est quam la-
mentari possem si liberet. Discipu. Satis tu quidem
in consolatione es lamentatus: quam cum lego
nihil malo quam has res relinquere. Mgr. His vero
modo auditis multo magis veniet tempus et quidem
celeriter: et sive retractabis sive properabis volat
enim etas: tantum autem abest ab eo ut malum mors
sit: quod tibi dudum videbatur ut verear ne homini
nihil sit non malum aliud certe sed nihil bonum
aliud potius Si quidem dii ipsi vel cum diis futuri
sumus. Discipu. Quid refert: adsunt enim qui hoc non
probent. Mgr. Ego autem numquam te ita in hoc sermone
dimittam ulla uti ratione ut mors tibi videri malum
possit. Discipu. Qui potest cum ista cognoverim. Mgr.
Qui possit rogas Caterve veniunt contradicentium: nec
solum epicureorum quos equidem non despicio: sed nescio
quo doctissimus quisque contemnit. Acerrime autem
delicie mee dicearchus contra hanc immortalitatem

disserit. is enim tres libros scripsit qui lesbiaci vo-
cantur quod mitilenis sermo habetur: in quibus vult
efficere animos esse mortales. Stoici autem usuram
nobis largiuntur tamquam cornicibus diu. diu mansuros
aiunt animos semper negant. Non vis igitur audire
cur ita si etiam sit mors: tamen non sit in malis. ut in
animis oportet considere. Movemur enim sepe aliquo
acute concluso labamus mutamusque sententiam clari-
oribus etiam in rebus. In his est enim aliqua obscuri-
tas. Id igitur si acciderit simus armati. discipulus
Sane ita est quidem: sed ne accidat providebo. magister
Numquid igitur est cause quando amicos nostros stoicos di-
mittamus: eos dico qui aiunt manere animos cum
e corpore excesserunt sed non semper. Istos vero qui quod
tota in hac causa difficillimum est suscipiant posse ani-
mum manere corpore vacante. Illud autem quod non modo
facile ad credendum est: sed eo concesso quod volunt
consequens. Id certe non dant: ut cum diu permanserit
ne intereat. discipulus Bene reprehendis: et se isto modo
res habet. magister Credamus igitur panecio a pla-
tone suo dissentienti: quem enim omnibus locis divinum
quem sapientissimum quem sanctissimum: quem home-
rum philosophorum appellat: huius hanc sententiam de
immortalitate animorum non probat. vult enim quod ne-
mo negat quicquid natum sit interire. Nasci autem animos
quod declaret eorum similitudo qui procreentur. que se
etiam in ingeniis non solum in corporibus appareat
Alteram autem affert rationem nihil esse quod doleat
quin id egrum esse quoque possit. quod autem in morbum
cadat id etiam interiturum. Dolere autem animos: ergo etiam
interire. hec refelli possunt. Sunt enim ignorantis cum
de eternitate animorum dicitur de mente dici: que omni
turbido motu semper vacet non de partibus his in quibus
egritudines ire libidinesque versantur. quas is contra
quem hec dicuntur semotas a mente et disclusas
putat. Iam similitudo magis appareat in bestiis quarum
animi sunt rationis expertes. Hominum autem similitu-
do in corporum figura magis extat et ipsi animi
magni refert quali in corpore locati sint. multa
enim e corpore existunt que acuant mentem multa que
obtundant. Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos me-
lancolicos esse: ut ego me tardiorem esse non moleste
feram. Enumerat multos idque quasi constet rationem
cur ita fiat affert. quod si tanta vis est ad habitum men-
tis in his que gignuntur in corpore: ea sunt autem
quecumque sunt que similitudinem faciant. Nichil necessitas

afferet cur naſcatur animi ſimilitudo: omitto ſimi-
litudines uellem adeſſe · poſſet paucaius uir cum affri-
cano: querentem et eo cuius ſuorum ſimilis adeſſet
Affricani fiers nepos facile vel patre vita omnium perditorum
ita ſimilis ut eſſet deterior cuius etiam ſimilis p. craſ-
ſi et ſapientis et eloquentis et primi hominis nepos
multorumque aliorum clarorum virorum: quos nichil attinet
nominare nepotes et filii Sed quid agimus: obliti ne
ſumus hoc nunc nobis eſt propoſitum dum ſatis de eter-
nitate dixiſſemus: ne ſi interiret quidem animi quicquam
mali eſt in morte Diſcipulus Ego vero memineram
ſed te de eternitate dicentem aberrare a propoſito fa-
cile patiebar mgr Video te alte ſperare et velle in
celum migrare Diſcipulus Spero fore ut contingat
hoc nobis Sed fac ut iſti uolunt animos non remanere
poſt mortem Video nos ſi iſta ita ſit privari ſpe beatio-
ris vite mgr Mali vero quid affert iſta ſententia
fac enim ſic animum interire ut corpus Num igitur
aliquis dolor aut omnino poſt mortem ſenſus in cor-
pore eſt: nemo id quidem dicit Et ſi democritum
inſimulat Epicurus: democritici negant: ne in ani-
mo quidem igitur ſenſus remanet Ipſe enim nuſquam
eſt Ubi igitur malum eſt quoniam nichil tercium eſt: an quoniam
ipſe animi diſceſſus a corpore non fit ſine dolore
ut credam ita eſſe quod ipſe id exiguum et falſum eſſe
arbitror: et fit plerumque ſine dolore: nonnumquam etiam
ſine uoluptate: totumque hoc leve eſt qualecumque eſt
fit enim ad punctum temporis Illud angit vel potius
excruciat diſceſſus ab omnibus his que ſunt bona in
vita Vide ne a malis dici verius poſſit: quid ergo
nunc lugeam vitam hominum vere et iure poſſum
Sed quid neceſſe eſt cum id agam ne poſt mortem
miſeros nos putemus fore Etiam vitam efficere
deplorando miſeriorem: fecimus hoc in eo libro in
quo nosmetipſos quantum potuimus conſolati ſumus
A malis igitur mors abducit non a bonis: verum
ſi querimus hoc quidem a Cirenaico hegeſia ſic copioſe
diſputatur: ut is a rege ptolomeo prohibitus eſſe
dicitur Illa in ſcolis dicere: quo multi his auditis
mortem ſibi ipſi conſciſcerent Calimachi quidem epi-
grama in ambrathiotam theobrothum eſt quem
ait nichil cum ei accidiſſet adverſi e muro ſe in
mare abieciſſe lecto platonis libro Eius autem que
dixi Eleſie liber eſt arthoraiteron quod a vita quidem
per inediam diſcedens revocatur ab amicis quibus rendes

vite humane enumerat incommoda possem id facere
Et si minus quam ille qui omnino vivere expedire
nemini putat Mitto alios etiam ne nobis expedit: qui
et domesticis et forensibus solatiis ornamentisque privati
certe si ante occidissemus mors nos a malis non
a bonis abstraxisset Sit igitur aliquis qui nihil
mali habeat nullum a fortuna vulnus acceperit Me-
tellus ille honoratus quatuor filiis et quinquaginta
Priamus e quibus septemdecem iusta uxore nati in utro-
que eandem habuit fortuna potestatem Sed usa in alteros
est Metellum enim multi filii filie nepotes in rogum
imposuerunt Priamum tanta orbatum progenie cum in
aram confugisset hostis manus interemit: hic si vi-
vis filiis incolumi regno occidisset astante ope bar-
barica tectis celatis laqueatis Utrum tandem a
bonis an a malis discessisset: tum profecto videtur
a bonis At certe ei melius evenisset: nec tam flebiliter
illa canerent? Hec omnia vidi inflammari Priamo vita
evitari Iovis aram sanguine turpari Quasi vero
ista vel quicquam tum potuerit ei melius accidere quod
si ante accidisset: tum eventum omnino amisisset hoc autem
tempore sensum amisit malorum. pompeio nostro
familiari cum graviter egrotaret Neapoli melius
est factum Coronati neapolitani fuerunt: nimirum etiam
puteolani vulgo ex oppidis publice gratulabantur
Ineptum sane negotium et grecullum: sed tamen fortunatum
Utrum igitur si tum esset extinctus a bonis rebus
an a malis discessisset certe a miseris Non enim cum
socero bellum gessisset: non imparatus arma sump-
sisset non domum reliquisset non ex italia fugisset non
exercitu amisso nudus in servorum ferrum et manus
incidisset non liberi defleti: non fortune omnes a vic-
toribus possiderentur, qui si morte tum obisset in am-
plissimis fortunis occidisset: is propagatione vite quot
quantas quam incredibiles hausit calamitates Hec
morte effugiuntur etiam si non evenerunt: tamen quia
possunt evenire Sed homines ea sibi accidere posse
non cogitant Metelli sperat sibi quisque fortunam
proinde quasi ut plures fortunati sint quam infelices
aut certi quicquam sit in rebus humanis aut sperare sit
prudentius quam timere Sed hoc ipsum concedatur
bonis rebus homines morte privari: ergo etiam carere
mortuos vite commodis: id esse miserum certe ita dicant
necesse est: an potest is qui non est re ulla carere: triste
est enim nomen ipsum carendi quid subicitur hec vis habuit

non habet desiderat inquit indiget hec opinor in
comoda sunt carentis Caret oculis odiosa cecitas libe
ris orbitas : valet hoc in vivis Mortuorum autem non
modo vite comodis : sed ne vita quidem ipsa quisquam
careret De mortuis loquor qui nulli sunt : nos qui sumus
num aut si cornibus caremus aut pennis sit qui dixit
: certe nemo quid ita quia cum id non habeas : quod
tibi nec usu nec natura sit aptum : non careas etiam
si sencias te non habere Hoc premendum est etiam atque
etiam est arguendum confirmato illo de quo si mor
tales animi sunt dubitare non possumus quando tan
tus interitus in morte sit ut ne minima quidem
suspicio sensus relinquatur Hoc igitur probe stabilito
et fixo illud excuciendum est : ut sciatur quid sit care
ne relinquatur aliquid erroris in verbo Carere igitur
hoc significat egere eo quod habere velis Inest enim
velle in carendo nisi cum sit tamquam in febre dicitur
alia quadam notione verbi Dicitur enim alio modo etiam ca
rere cum aliquid non habeas et non habere te sentias
etiam si id facile paciare Carere in morte non dicitur
: nec enim esset dolendum Dicitur illud bono carere quod
est malum : sed ne vivus quidem bono caret si eo non
indiget Sed in vivo intelligi tantum potest regno carere
dici autem hoc in te satis subtiliter non potest posset in tar
quinio cum regno esset expulsus : at in mortuo ne
intelligi quidem carere regno : carere enim sencientis
est nisi sensus in mortuo Nec carere quidem igitur
in mortuo est : quamquam enim quid opus est in hoc philozo
phari cum rem non magno opere philosophia egere videamus
quociens non modo ductores nostri : sed universi etiam exercitus
ad non dubiam mortem concurrerent que quidem si timeretur
non lucius brutus arcens eum reditu tirannum quem
ipse expulerat in prelio concidisset : nam cum latinis
dectans pater decius cum etruschis filius cum pirrho
nepos se hostium telis obiecissent non uno bello pro patria
cadentes Scipiones hispania vidisset paulum et gemi
num Canne venusia marcellum latini albinum Lucani
Gracchum : num quis horum miser hodie ne tum quidem
post spiritum extremum Nec enim potest quisquam miser esse sensu
perempto At idipsum odiosum est sine sensu esse odiosum
si id esset carere Cum vero perspicuum sit nichil posse in
eo esse quod ipse non sit quid potest esse in eo odiosum
quod nec careat nec sentiat : quamquam hoc quidem nimis
sapere Sed hoc quod in eo inest omnis animi contrac
tio ex metu mortis . qui enim satis videlt id quod est luce

clarius animo et corpore consumpto totoque animante
deleto et facto interitu universo Illud aial quod
fuerit fitum esse nihil · Is sane perspiciet inter ipocen-
taurum qui numquam fuerit et regem agamenonem
nihil interesse : nec pluris nunc facere M · Camillum
hoc civile bellum quam ego illo vivo fecerim roma
captam : cur igitur et camillus doleret si hec post
ccc · et quinquaginta fere annos eventura putaret ·
: et ego doleam; si ad decem milia annorum gentem aliquam
urbem nram potitura putem : quia tanta caritas patrie
est : ut eam non sensu nro sed salute ipsius metiamur
Itaque non deterret sapientem mors : que propter incertos casus
quottidie imminet et propter brevitatem vite numquam
potest longe abesse quo minus in omne tempus rei p. suis
consulat : ut posteritatem ipam cuius sensum habitu-
rus non sit ad se putet pertinere quare licet etiam mor-
talem esse aiam iudicantem eterna moliri : non glorie
cupiditate quam sensurus non sit : sed virtutis quam
necessario gloria etiam si tu id non agas consequatur
Natura vero si se habet : ut quo modo initium nobis rerum
omnium ortus nr afferat : sic exitum mors : ut nihil per-
tinuit ad nos ante ortum : sic nihil post mortem pertine-
bit In quo quid potest esse mali cum mors nec ad vi-
vos pertineat : nec ad mortuos Alteri nulli sunt : alteros
non attinget quam qui leviorem faciunt somnum simi-
lima volunt esse quasi vero quisquam ita xc · annos
velit vivere : ut cum hec confecerit : reliquos dormiat
: ne sues quidem id velint nam non modo ipe Endimi-
on vero si fabulas audire volumus : ut nescio quando
in lachmo obdormivit qui est mons carie nondum
opinor est experrectus Num igitur eum curare censes
cum luna laboret aqua consopitus putatur ut eum dor-
mientem osculaIetur quid curet autem qui ne sentit
quidem habes somnum imaginem mortis : eamque
quottidie induis et dubitas quando sensus in mor-
te nullus sit cum eius simulacro videas esse nullum
sensum pellantur ergo iste ineptie pene animales an-
te tempus mori miserum esse quod tandem tempus
: nature ne · at ea quidem dedit usuram vite tamquam pecu-
nie nulla prestituta die Quid est igitur quod querare
si repetit cum vult : ea enim condicione acceperas idem si
puer parvus occidit equo animo ferendum putant si
vero incunis ne querendum quidem atque ab hoc acerbius
exegit natura quod dederat · nondum gustaverat in-
quiunt vite suavitatem : hic autem iam sperabat magna
: quibus frui ceperat : at id quidem in ceteris rebus melius

putat aliquam ptem qui nullam attinge. Cur in
vita ſecus: quamq; non male ait Calimachus multo
ſepius lacrimaſſe priamum quam troillum: eorum aute q
exacta etate moriunt fortunā laudat. Cur. nā reor
non illis ſi vita longior daret poſſet eſſe iocundior. Ni-
chil em̄ eſt profecto hoīs prudentia dultius: quam
vt cetera auferat affert cte ſenectus. Que vero etas
longa eſt: aut quid omnino hoīm longum: nonne modo
pueros: modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequētes
nec oppinantes cum aſſecuta ē ſenectus. Sed quia ult
nichil habemus hoc longum dicim9. Omīa iſta per-
inde ut cuiq; data ſunt pro rata pte a uita longa aut
breuia dicuntur. apud hipanim fluuiuz qui ab europe
pte in pontum influit Ariſtoteles ait beſtiolas quaſ-
dam naſci que vnū diem viuant. Ex his igitur hora
octaua que mortua eſt prouecta etate mortua eſt.
: que vero occidente ſole decrepita: eo magis ſi etiā ſol-
ſticiali die conferte nrām longiſſimā etatem cum eter-
nitate. In eadem propemodum breuitate qua ille
beſtiole reperient. Contempnamus igitur om̄es ineptias:
quod em̄ leuius huic leuitati nom̄e imponam
totam vim bene viuendi in animi robore ac magni-
tudine ac in omniu; rerum humanarum contēpcōe ac de-
ſpicientia et in om̄i v̄tute ponamus. Nam nunc quidē
cogitacōnibz moleſtiſſimis effeminamur: ut ſi ante
mors aduenerit: quam caldeorum promiſſa conſecuti
ſim9 ſpoliati mag9 quibuſdam bonis illuſi deſtituti
q; videamur. quod ſi expectando et deſiderando pende-
mus animis cruciamur angim. proh dy immortales quā
illud iter iocundum eſſe debet: quo confecto nulla reliqua
cura nulla ſolicitudo futura ſit. quā me delectat Thera-
menes quamq; elato animo ē. Et ſi em̄ flemus cum
legimus tum nō miſerabiliter vir clarus emoritur: qui
cum coniectus in carcerem triginta iuſſu tirannorum
venenū ut ſitiens obduriſſet reliquū ſic e poculo eiecit
ut id reſonaret: quo ſonitu reddito arridens ppino in-
quit hoc pulcrocritie qui in eum fuerat teterrim9. gre-
ci em̄ in conuiuys ſolent nomare cui poculū traditu-
ſint. Luſit vir egregius in extremo ſpū cum iam
precordys conceptam morte contineret: vereq; ei q̄ vene-
nū prebuerat mortem eam eſſe auguratus: que bre-
ui conſecuta eſt. quis hanc maximi animi equitatem
in ipa morte laudaret ſi morte malū iudicaret. vadit
em̄ in eundem carcerem atq; in eunde paucis poſt annis

ſiphum Socrates eodem ſcelere iudicum quo tirannorum
Theramenes Opamene Que eſt igitur eius oro qua
facit plato eum vſum apud iudices iam morte multa-
tum Magna me inquit ſpes tenet Iudices bene michi
euenire quod mittar ad mortem Neceſſe eſt enim ſit alterum
de duobus ut aut ſenſus omnino omnes mors auferat aut
in alium quendam locum et his locis morte migret.
quamobrem ſiue ſenſus extinguitur mors que ei ſomnio
ſimilis eſt qui non numquam etiam ſine viſis ſompniorum
placatiſſimam quietem affert Dy boni quid lucri eſt emori
aut quam multi dies reperiri poſſunt qui tali morti antepo-
nantur cui ſimilis futura eſt perpetuitas omnis conſequentis
temporis quis me beatior Sin vera ſunt que dicuntur
migrationem eſſe mortem in eas horas quas qui e uita ex-
ceſſerunt incolunt Id multo beatius eſt te cum ab
his qui ſe iudicum numero haberi uolunt euaſeris ad
eos venire qui vere iudices appellantur Mynone Roda-
mantum Eacum aiacem triptolemum conuenireque eos
qui iuſte cum fide vixerint Hec peregrinatio mediocris
vobis videri poteſt Ut vero colloqui cum orpheo museo ho-
mero heſiodo liceat quanti tandem eſtimatis Equidem
ſepe emori ſi fieri poſſet uellem ut ea que dico michi
liceret invenire quanta delectacione autem afficerer cum
palamedem cum aiacem cum alys iudicio iniquorum
circumuentos conuenirem temptare etiam ſummi re-
gis qui maximas copias duxit ad troiam et ulixis
Siſiphique prudentiam nec ob eam rem cum hoc exquire-
rem ſicut faciebam capite dampnarer Ne vos quidem
Iudices hi qui me abſoluiſtis mortem timueritis nec
enim cuiquam bono mali quicquam euenire poteſt nec viuo nec
mortuo nec umquam eius aut dys immortalibus negli-
genter ne in ipſi hoc accidit fortuito nec vero ego his
a quibus accuſatus aut a quibus condemnatus ſum ha-
beo quod ſuccenſeam niſi quod mi nocere ſe crediderit
et hec quidem hoc modo nichil autem melius extremo
Sed tempus eſt inquit iam hinc abire me ut moriar
vos ut vitam agatis Utrum autem ſit melius dy im-
mortales ſciunt hominem quidem ſcire arbitror neminem
ne ego aut paulo hunc animum malle quam eorum
omnium fortunas qui de hoc iudicauerint Et ſi quod preter
deos negat ſcire quemquam id ſcit ipſe vtrum ſit melius
nam dixit ante ſed ſuum illud nichil ut affirmet tenet
ad extremum nos autem teneamus ut nichil cenſeamus
eſſe malum quod ſit a natura datum omnibus intelligamus

ꝙ ſi mors malum ſit eſſe ſempiternum malum : nam
vite miſere mors finis eſſe videtur · mors ſi eſt miſe-
ra : finis eſſe nullus pt Sed quid ego Socrate aut
atharamene pſtantes viros v̄tutis et ſapientie glīa
commemoro : cum lacedemonius quidam cuius ne nomē
quidem proditum eſt mortem tantoope contempſerit
: ut cum ad eam duceretur damnatus ab ephoris et
eſſe voltu hilari atq3 leto : dixiſſ3 ꝙ ei quidam inimicus
Contemnis ne leges ligurgi · Reſpondit Ego vero illi
maximā gratiam habeo qui me ea pena multauit quam
ſine mutatione et ſine uſura poſſem diſſoluere o virum
Sparta dignum : ut quidem michi ꝗ tam magno animo
fuerit innocens damnatus eſſe videatur : tales innume-
rabiles nr̄a ciuitas ptulit Sed quid duces et principes
nominem : cum legiones ſcribat Cato ſepe alacres in eum
locum profectas vnde redituras ſe non arbitrarentur
Pari animo lacedemonij in termopolis occiderit in quo
Symonides · dic hoſpes Sparte nos te hic vidiſſe iace-
tes Dum ſanctis patrie legibus obſequimur · quid ille
dux leonidas dicit pgite animo forti lacedemonij
hodie apud inferos fortaſſe cenabimus · fuit hec gens
fortis dum ligurgi leges vigebant · e quibus vnus
cum pſes hoſtis in colloquio dixiſſet glorians ſolem
pre iaculorum multitudine et ſagittarum non videbitis
In vmbra igitur inquit pugnabimus Viros commemo-
ro · qualis tandem lacena · que cum filium ſuum in pre-
lium miſiſſet et interfectum audiſſet : idcirco inquit genueram
: ut eſſet qui pro patria mortem non dubitaret occumbere
Eſtote fortes et duri Spartiate · magnā hēt vim rei p̄
diſciplina · quid Cyreneum theodorum philozophum nō
ignobilem : nominē miramur : cui cum Liſimachus rex
crucem minaretur Iſtis queſo inquit iſta horribilia
minitare purpuratis tuis · theodori quidē nichil int-
eſt humi ne · an ſublime putreſcat : cuius hoc dicto
amoneor : ut aliquid etiam de humatione et ſepultura
dicendum exiſtimemus · Rem vero difficilem his preſ-
tim cognitis · que de nichil ſentiendo paulo ante dicta
ſunt : de qua Socrates quidem quid ſenſerit apparet in
eo libro in quo moritur : de quo iam tam multa dixi
Cum enim de immortalitate animorum diſputauiſſet et iā
moriendi tempus vrgeret · rogatus a Critone · quead-
modum ſepeliri vellet Multam vero operam amici fru-
ſtra conſumpſi Critoni enim nr̄o nō pſuaſi me hinc avo-
laturum : neq3 mei quicq3 relicturū · veruntamē Crito ſi
me aſſequi potueris : aut ſicubi nactus eris ut tibi vide-
bitur ſepelito : Sed mihi crede nemo me vr̄m cum hinc

excessero consequetur. preclare id quidem qui et amico
permiserit et se offenderit de hoc toto genere nichil la-
borare Durior diogenes et id quidem sentiens sed ut
Cinicus asperius se proici iussit inhumatum. tum ami-
ci volucribusne et feris. Minime vero inquit: sed baallum
propter me quo abigam ponetote. quid potis illi: non
enim senties: quid igitur michi ferarum laniatus oberit
nichil sentienti. preclare anaxagoras qui cum lasanti
moreretur: querentibus amicis vellet ne clasomenas in pa-
triam si quid accidisset auferri. nichil necesse est inquit
undique enim ad inferos tantundem vie est: totaque de ratione
humationis unum tenendum est ad corpus illam pertinere
sive occiderit animus sive vigeat. In corpore autem
perspicuum est vel extincto animo vel lapso nullum residere
sensum sed plena errorum sunt omnia. trahit hectorem
ad currum ligatum achilles lacerari eum et sentire
credo putat. ergo hic ulciscitur ut quidem sibi videtur
at illa sicut acerbissimam rem meret. vidi videre quod me
passam egerrime hectorem curru quadriiugo rapta-
rier quem hectorem: aut quamdiu ille erit hector Melius
accius et aliquando sapiens achilles. Immo enim vero
corpus priamo reddidi hectorem abstuli. Non igitur hec-
tora traxisti: sed corpus quod fuerat hectoris. Ecce alius
exoritur e terra qui matrem dormire non sinat. mater
te appello: tu que curam somno suspenso levas: neque te
mei miseret surge et sepelli natum hec cum pressisset
flebilibus modis qui totis theatris mestitiam inferant.
concinuntur. Difficile est non eos qui inhumati sint mi-
seros iudicare. prius quam fere volucres que metuit ne lace-
ratis membris minus bene utatur: ne combustis non
extimescit: neu reliquias semiasi reis denudatis ossi-
bus per terram sanie delibutas fede deneraxier: non in-
telligo quid metuat cum tam bonos septenalos fundat
ad tibiam. Tenendum est igitur nichil curandum esse post
morte cum multi inimicos etiam mortuos puniunt. Execra-
tur luculentis sane versibus apud ennium tyestes. primum
ut naufragio pereat atreus. durum hoc sane: talis enim
interitus non est sine gravi sensu. Illa inania ipse su-
mis saxis fixus asperis euisceratus. latere pendens.
cui se hic cruciatum censet optare que essent dura si
sentiret nulla sine sensu. Illud vero perquam inane: neque
sepulcrum quo recipiat habeat portum corporis. ubi amis-
sa humana vita corpus requiescat a malis. vides quanto
hec in errore versentur portum esse corporis et quiescere
in sepulcro putat mortuum. magna culpa pelopis qui
non erudierit filium: nec docuerit. quatenus esset cuique

curandum Sed quid ſingulorum opiniones animadu-
tam nationum varios errores perſpicere cum liceat Condi-
unt egiptii mortuos et eos ſeruant domi perſe etiam
cera circumlitos condiunt et quam maxime permaneant
diuturna corpora Medorum mos eſt non humare cor-
pora ſuorum niſi a feris ſint ante laniati In hirca-
nia plebs publicos alit canes optimates domeſticos
nobile autem genus canum ſcimus eſſe ſed pro ſua quiſque
facultate parat a quibus lanietur eamque optimam
illi eſſe cenſent ſepulturam Permulta alia colligit criſ-
ſippus ut eſt in omni hyſtoria curioſus ſed ita tetra
ſunt quedam ut ea fugiat et reformidet oratio to-
tus igitur hic locus contemnendus eſt in nobis non
negligendus in nostris ita tamen ut mortuorum corpora nichil
ſentire viui ſentiamus Quantum autem conſuetudini fa-
meque dandum ſit id curent viui ſed ita ut intelligant
nichil id ad mortuos pertinere Sed profecto mors tum equiſ-
ſimo animo oppetitur cum ſuis ſe laudibus vita occidens
conſolari poteſt Nemo parum diu vixit qui virtutis per-
fecte perfecto functus eſt munere multa michi ipſi
ad mortem tempeſtiua fuerunt que utinam potuiſſe
obire nichil enim iam adquirebatur cumulata erat
officia vite cum fortune bella reſtabant quare ſi ipſa
ratio minus perficiet ut mortem negligere poſſimus
at vita acta perficiat ut ſatis ſuperque vixiſſe videamur
quamquam enim ſenſus abierit tamen ſuis et propriis
bonis glandis et glorie quamuis non ſentiant autem mortui
non carent Et ſi enim nichil habet in ſe gloria cur
expetatur cum virtutem tamquam umbra ſequitur verum
multitudinis iudicium de bonis ſi quando eſt magis lau-
dandum eſt quam illi ob eam rem beati Non poſſum autem
dicere quoquo modo hoc accipietur ligurgum ſolonem
legum et publice diſciplme carere gloria Themiſtoclez
Epaminondam bellice virtutis ante enim Salaminam
ipſam neptunus obruet quam Salaminii trophei me-
moriam priuſque boetia leuctra tollentur quam pugne
leuctrice gloria multo autem tardius fama deſeret cu-
rium fabricium calatinum duos Scipiones duas affrica-
nos maximum marcellum paulum Catonem lelium
innumerabiles alios quorum ſimilitudinem aliquam
qui arripuerit non eam fama populari ſed vera bono-
rum laude metiens fidenti animo ſi ita res feret gra-
dietur ad mortem in qua aut ſummum bonum aut nullum
malum eſſe cognouimus Secundis vero ſuis rebus
volet etiam mori Non enim tam cumulus honorum

iocundus esse potest quam molesta decessio Hanc sententi-
am significare videtur laconis illa vox: qui cum Rhodius
dyagoras olympionices uno die duos suos filios victo-
res olimpie vidisset accessisset ad senem Et gratulatus
morere dyagora inquit Non enim in celum ascensu-
rus es Magna hec et nimium fortasse greci putant
vel tum potius putabant: isque hoc qui dyagore dixit
per magnum existimans tres olimpicas una e domo
prodire Cunctari illum diutius in vita fortune ob-
iectum inutile putabat ipsi Ego autem tibi quidem
quod satis esset paucis verbis ut michi videar respo-
deram Concesseras enim in nullo malo mortuos esse
sed ob eam causam contendi ut plura dicerem: quod
in desiderio et luctu hec est consolacio maxima: no-
strum enim et nostra causa susceptum dolorem modice ferre
debemus ne nosmetipsos amare videamur Illa su-
spicio intollerabili dolore cruciat si opinamur eos
quibus orbati sumus esse cum aliquo sensu in hys
malis quibus vulgo opinantur Hanc excutere opinio-
nem mihimet volui radicitus: eoque fui fortasse longi-
or Discipulus Tu longior? non michi quidem: prior
enim pars orationis tue faciebat ut mori cuperem: poste-
rior: ut modo nollem: modo non laborarem: omni autem
oratione illud certe perfectum est ut mortem non ducerem in
malis Magister Num igitur etiam rethorum epilo-
gum desideramus: an hanc ipam artem plane relin-
quimus Discipulus Tu vero istam ne relinqueris
quam semper ornasti: et quidem iure Illa enim te
verum si loqui volumus ornaverat Sed quisnam est iste
epilogus habeo enim audire quicumque est Magister deorum
immortalium iudicia solent in scolis proferre de morte
nec vero ea fingere ipsi sed herodoto auctore alysque
pluribus primum argie sacerdotis Cleobis et Byton
fily predicantur nota fabula est Cum enim illa ad
sollemne et statutum sacrificium curru vehi iussisset
satis longe ab opido ad fanum morarenturque iumenta
tum iuvenes hi quos modo nominavi veste posita
corpora oleo perunxerunt ad iugum accesserunt Itaque
sacerdos advecta in phanum cum currus esset ductus
a filys precata sententia a dea dicitur ut illis premium
daret pro pietate quod maximum homini dari posset
a deo post epulatos cum matre adolescentes somno
se dedisse mane inventos esse mortuos Simili predi-
catione trophonius et agamedes usi dicuntur: qui
cum apollini delphis templum exedificavissent:

venerantes deum petiuerunt mercedem non paruā
quidem operis et laboris sui nihil cti: sed quid eet
optimū homini: quibus apollo se id daturū osten
dit post eius diei diem tciū qui ut illuxit mortui
sunt repti Iudicauisse dm̄ dicunt et eum quidē dm̄
cui reliqui dy concessissent ut preter cetōs diuinaret
Affertur etiam de syleno fabella quedam q̄ cum
a mida captus esset hoc ei muneris pro sua missione
dedisse scribitur docuisse regem non nasci homī lon
ge optimū esse: proximū aūt qm̄ p̄mū mori qua
est sententia in chresphonte usus Euripides: nam nos
decebat cetus celebrantis domū lugere ubi esset
aliquis in lucem editus humane vite varia reputan
tis mala At qui labores morte finiss̄ graues hunc
omīs amicos laude et leticia exequi Simile qddam
est in consolacōe cratoris ait eīm termaneū quedā
elysium cum gūit fily mortem mereret venisse in si
cophantiū querentem que fuisset tante calamitatis
causa huic in tabellis teis hui9 modi vsiculos datos
Ignaris homies in vita mentibꝫ errat Euthinous po
titur fatorū numine leto sic fuit utilius finiri
ipsiqꝫ tibiqꝫ His et talibus auctoribꝫ usi confirmant
causam rebus a dys immortalibꝫ iudicataꝫ Archi
machus quidem rethor antiquus in p̄mis nobilis
scripsit etiam laudacōem mortis que constet ex enume
racione humanoꝝ maloꝝ cui racōes hee q̄ exqui
sitius a phīs colligunt̄ defuerit ubtas oronis nō de
fuit Clare vero mortes pro pātia oppetite nō solum
gloriose rethoribꝫ sed etiam beate videri solent Repe
tunt ab erecteo cuius etiam filie cupide morte ex
petiuerunt pro uita ciuiū Codrumq̄ se in medios
immisit hostes ueste familiari: ne poss̄ agnosci si
esset ornatu regio, quod oraculū erat datum si rex
interfectus ess̄ victrices atenas fore Meneceus nō pre
mittit̄ qui demqꝫ oraculo edito largitus ē p̄tie suū
sanguinem Iphigenia aulide duci se imolandā iubꝫ
ut elicitatur suo Veniunt inde ad ppiora armodius
more et aristogiton lacedemonius leonidas theban9
epaminondas viget nros non norunt quos enume
rare magnū ē Ita sunt isti multi quibꝫ videmus
optabiles mortes fuisse cum glīa: que cum ita sint
mag̃ tamen eloquencia est utendū: atqꝫ ita uelut ē su
periore loco concionandum ut homines morte vel
optare incipiant uel ēte time desistant: nam si su
premus ille dies non extinctionē sed commutacōꝫ affert

loci quid optabilius Sin autem perimit ac delet omnino
quod melius: quam in medijs vite laboribus obdormiscere
Et ita conniventem somno consopiri sempiterno: quod si
fiat melior Ennij quam Solonis oratio Hic enim noster
nemo me lacrimis decoret inquit nec funera fletu
faxit: at vero ille sapiens mors mea ne careat lacri-
mis Linquamus amicis merore ut celebret funera
cum gemitu Nos vero si quid tale acciderit ut a deo
denunciatum videatur ut exeamus e vita leti et agen-
tes gratias pareamus emittique nos e custodia et le-
vari vinculis arbitremur: ut aut in eternam et plane
in nostram domum remigremus ut omni sensu molestia
que careamus Sin autem nichil denunciabitur: eo tamen
simus animo ut horribilem illum diem alijs: nobis
faustum putemus: nichilque in malis ducamus quod
sit vel a dijs immortalibus vel a natura parente
omnium constitutum Non enim temere vel fortuito
sati et creati sumus sed profecto fuit quedam vis
que generi consuleret humano: nec id gigneret ut
aleret quod cum exanclavisset omnes labores tum inci-
deret in mortis malum sempiternum portum potius
paratum nobis et perfugium putemus: quo utinam velis
passis pervehi liceat sine reflantibus ventis reiciemur
tamen eodem paulo tardius referamur necesse est: quid
aut omnibus necesse est id ne miserum uni esse potest habes
epilogum: ut quid pretermissum aut relictum putes
Discipulus Ego vero et quidem fecit etiam iste me
epilogus firmiorem Magister Optime inquit sed
nunc quidem valitudini tribuamus aliquid Cras
aut et quos dies erimus in tusculano agamus
hec et ea potissimum que levationem habeant egritudinum formi-
dinum cupiditatum qui in omni philosophia fructus est uberrimus

Marci Tullij Ciceronis tusculanarum questionum
liber primus explicit Incipit liber Secundus

Neoptolemus quidem apud Ennium
philozophari sibi ait necesse esse: sed
paucis: nam omnino haud placere Ego
autem Brute necesse quidem mihi esse arbi-
tror philosophari nam quid possum
presertim nichil agens agere melius
sed non paucis ut ille Difficile est enim
in philosophia pauca esse ei nota cui non
sint aut pleraque aut omnia nam nec pauca nisi e
multis elegi possunt: nec qui pauca perceperit non
idem reliqua eodem studio persequitur: tum sepe presertim

et ferunt fructus: sed non tantos quanti ex vniuersa
philosophia percipi possunt: tamen eos: quibus aliquis ex parte
interdum aut cupiditate aut egritudine aut metu li-
beratur: uelut ex ea disputatione que mihi nuper habita
est in tusculano magna videbatur mortis contemptio
: que non minimum ualet ad animum metu liberandum
: nam qui id quod uitari non potest metuit: is viuere animo
quieto nullo modo potest Sed qui non modo quia necesse est mori
: verum etiam quia nihil habet mors quod sit horrendum
mortem non timet magnum is sibi presidium ad beatam
vitam comparat: quamquam non sumus ignari mul-
tos studiose contra esse dicturos: quos vitare nullo
modo potuimus nisi nihil omnino scriberemus Et enim si
orationes quas nos multitudinis iuditio probari vole-
bamus popularis est enim illa facultas et effectus
eloquentie sunt audientium aprobatio Sed si reperi-
ebantur nonnulli qui nihil laudarent nisi quod se
imitari posse confiderent quique sperandi sibi eundem
benedicendi finem proponerent At cum obruerentur copia
sententiarum atque verborum ieiunitatem et famem se malle
quam ubertatem et copiam dicerent unde erat exor-
tum genus atticorum is ipsis qui id sequi profitebantur
ignotum qui iam conticuerunt pene ab ipso foro irrisi
quid futurum putamus cum adiutore populo quo
vtebamur antea nunc minime nos uti posse videamur
Est enim philosophia paucis contenta iudicibus multitudinem
consulto ipsa fugiens eique ipsi et suspecta et inuisa vt
vel si quis vniuersam uelit vituperare secundo id
populo facere possit vel si in eam: quam nos maxime
sequimur conetur inuadere magna habere possit auxilia
reliquorum philosophorum disciplinis nos autem vniuerse philosophie vi-
tuperatoribus respondimus in hortensio pro achade-
mia autem que dicenda item essent satis accurate in
achademicis quatuor libris explicata arbitramur
Sed tamen tantum abest ut scribi contra nos volimus ut
idem etiam maxime optemus In ipsa enim grecia
philosophia tanto in honore numquam fuisset nisi doctissimorum
contentionibus dissensionibusque viguisset Quamobrem hortor
omnes qui facere id possunt ut huius quoque generis laudem
iam languenti grecie eripiant et preferant in hanc
vrbem sicut reliquas omnes que quidem erant expetende
de studio atque industria sua maiores nostri transtulerunt
atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit
ad summum ut iam quod natura fert in omnibus fere
senescat rebus breuique tempore ad nihilum ventura

phia naſcatur latinis quidem litteris ex his tempo-
ribus eamque nos adiuuemus nos quoque ipſos redargui
refellique patiamur quod ſi ferunt animo iniquo qui
certis quibuſdam deſtinatiſque ſententiis quaſi addic-
ti et conſecrati ſunt eaque neceſſitate conſtricti ut etiam
que non probare ſoleant ea cogantur conſtantie causa
defendere · nos qui ſequimur probabilia nec ultra quam
id quod veriſimile credimus progredi poſſumus et re-
fellere ſine pertinacia et refelli ſine iracundia parati
ſumus : quod ſi hec ſtudia traducta erunt ad noſtros ne
bibliothecis quidem grecis egebimus in quibus eſt ſimili-
tudo infinita librorum propter eorum multitudinem
qui ſcripſerunt : quod accidet etiam noſtris ſi ad hec
ſtudia plures confluxerint Eadem enim dicuntur
a multis ex quo libris omnia referſert : ſed eos ſi
poſſumus excitemus qui liberaliter eruditi · adhibita etiam
diſſerendi elegantia · ratione et via philoſophantur
Eſt enim quoddam genus eorum qui ſe philoſophos appella-
ri nolunt : quorum dicuntur eſſe latini ſane multi
libri quos non contempno equidem diſtincte neque
diſtribute neque eleganter : neque ornate ſcribere lectionem
ſine ulla delectatione negligo · quid enim dicant et quid
ſentiant hi qui abſunt ab ea diſciplina nemo me-
diocriter quidem doctus ignorat · quamobrem quoniam
quemadmodum dicant ipſi non laborant · cur legendi
ſint niſi ipſi inter ſe quidem ſentiunt non intelligo · nam
et platonem reliquoſque ſocraticos et deinceps eos
qui ab his profecti ſunt legunt omnes etiam qui illa
aut non approbant aut non ſtudioſiſſime conſectantur
Epicurum autem et metrodorum non fere preter ſuos quiſque
in manus ſumit ſic hos latinos · hi ſoli legunt qui
illa recte dici putant : nobis autem videtur quicquid litteris
mandetur · id commune dari omnium eruditorum lectioni
decere · nec ſibi ipſi minus conſequi poſſumus : idcirco
minus id ita faciendum eſſe ſentimus Itaque mihi ſemper
peripateticorum achademieque conſuetudo de omnibus rebus
in contrarias partes diſſerendi non ob eam cauſam
ſolum placuit quod aliter non poſſet quid in unaquaque
re veriſimile eſſet inveniri · ſed etiam quod eſſet ea ma-
xima dicendi exercitatio qua princeps uſus eſt ariſtoteles
deinde eum qui ſecuti ſunt noſtra autem memoria philo
quem nos frequenter audiuimus inſtituit alio tempore
rethorum precepta tradere · alio philozophorum ad quam
nos conſuetudine a familiaribus noſtris adducti in tu-
ſculano quod datum eſt temporis nobis in eo conſumpſimus

Itaque cum ante meridiem dictioni operam dedissemus
sicut pridie feceramus: post meridie in achademiam descen-
dimus: in qua disputationem habitam non quasi narrantes
exponimus: sed eisdem fere verbis ut actum disputatumque
est Est igitur ambulantibus in hunc modum sermo in
nobis institutus et a tali quodam inductus exordio **Di-
scipulus** Dici non potest quantum sim hesterna disputatione tua
delectatus vel potius adiutus Et si enim mihi sum con-
scius nunquam me nimis vite cupidum fuisse: tamen inter-
dum obiciebatur animo metus quidam et dolor cogitanti
fore aliquando finem huius lucis et amissionem omnium
vite commodorum hoc genere molestie sic mihi crede sum li-
beratus: ut nichil minus curandum putem **Magister**
Minime mirum id quidem nam efficit hoc philosophia me-
detur animis inanes sollicitudines detrahit cupi-
ditatibus liberat pellit timores Sed hec eius vis non
idem potest apud omnes tum valet multum cum est idoneam
complexa naturam Fortis enim non modo fortuna
adiuvat ut est in veteri proverbio: sed multo magis
ratio que quibusdam quasi preceptis confirmat vim
fortitudinis te natura excelsum quendam videlicet
et altum et humana despicientem genuit Itaque facile
in animo forti contra mortem habita insedit oratio
Sed hec num censes apud eos ipsos valere nisi admodum
paucos: a quibus inventa disputata conscripta sunt quotus
enim quisque philosophorum invenitur qui sit ita moratus
ita animo ac vita constitutus ut ratio postulat qui
disciplinam suam non ostentationem scientie sed legem
vite putet qui obtemperet ipsi sibi et decretis suis pareat
Videre licet alios tanta levitate et iactatione ut his
fuerit non didicisse melius alios pecunie cupidos:
glorie nonnullos: multos libidinum servos: ut cum
eorum vita mirabiliter pugnet oratio quod videtur
mihi quidem esse turpissimum Ut enim si gramaticum
se professus quispiam barbare loquatur: aut si
absurde canat is qui se haberi velit musicum hoc tur-
pior sit quod in eo ipso peccet cuius profitetur scientiam
sicut philosophus in vite ratione peccans hoc turpior est
quod in officio cuius magister esse vult labitur: artemque vite
professus delinquit in vita **Discipulus** Nonne vere-
dum est igitur si est ita ut dicis ne philosophiam falsa
gloria exornes quod enim maius est argumentum ni-
chil eam prodesse quam quosdam philosophos turpiter vivere
Magister Nullum quidem vero id argumentum est Nam
ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur falsumque
illud acci improbe et si in segetem sit deteriorem

dant fruges tamen ipse suapte natura enitent: sic ani-
mi non omnes culti fructum ferunt: atque ut eodem simili-
utar: ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus
esse non potest: sic sine doctrina animus Ita est utraque res
sine altera debilis: cultura autem animi philosophia est.
Hec extrahit vitia radicitus et preparat animos ad
satus accipiendos eaque mandat his: et ut ita dicam
serit que adulta fructus uberrimos ferant agamus
igitur ut cepimus: dic si vis de quo disputare velis
Discipulus Dolorem existimo maximum malorum om-
nium Magister Etiam ne maius quam dedecus.
Discipulus Non audeo id dicere quidem et me pudet
tam cito de sententia esse deiectum mgr Magis esset
pudendum si in sententia permaneres: quid enim minus est
dignum quam tibi peius quicquam videri dedecore flagitio
turpitudine: que ut effugias quis est qui non modo
non recusandus: sed non ultro appetendus subeun-
dus excipiendus dolor Discipulus Ita prorsus existi-
mo quare ne sit sane summum malum dolor malum
certe est magister Vides ne igitur quantum breviter
admonitus doloris terrore deieceris Discipulus Video
plane sed plus desidero mgr Experiar equidem sed
magna res est animo quod opus mihi est non repugnante
Discipulus Habebis id quidem mgr Ut enim heri feci
sic nunc rationem quo ea me cumque ducet sequar Primum
igitur de imbecillitate multorum et de variis discipli-
nis philosophorum loquar quorum princeps et auctoritate et
antiquitate socraticus aristippus non dubitavit summum
malum dolorem dicere deinde ad hanc enervatam mulie-
bremque sententiam satis docilem epicurus se prebuit
hunc post rhodius hieronimus dolorem vacare sum-
mum bonum dixit tantum in dolore duxit mali ceteri preter
zenonem aristonem pirronem idem fere quod tu malum
illud quidem sed alia peiora: ergo id quod natura ipsa
et quedam generosa virtus statim respuit non se dolo-
rem summum malum dicere opposito quod dedecore sententia
depellere in eo magistra vite philosophia tot secula permanet
sed queso quod huic officium que laus quod decus erit
tanti quod adipisci cum dolore corporis velit qui dolo-
rem summum malum sibi esse persuaserit Contraque quam
porro quis ignominiam: quam turpitudinem non pertu-
lerit ut effugiat dolorem si id summum malum esse
decreverit Quis autem non miser non modo tunc cum pre-
metur summis doloribus si in his est summum malum

: ſed etiam cum ſciet id ſibi poſſe uenire : ut quis eſt
cui non poſſit Ita fit ut omnino nemo poſſit eſſe btus
metrodorus quidem ꝑfectē eū btm putat cui corpus
bene conſtitutū eſt et exploratum ita ſemꝑ fore Qꝗs
aūt eſt iſte : cui id exploratum poſſit eſſe Epicurus
vero ea dicit : ut michi quidem riſus captare videatur
Affirmat enim quodam loco ſi uratur ſapiens ſi crucie-
tur expectas fortaſſe dum dicat patietur ꝑferret nō ſuccum-
bet Magna me hercule laus : et eo ipo per quē iurant
hercule digna Sed epicuro homini aſpero et duro non
eſt hoc ſatis In phalaridis tauro ſi erit dicet quam
ſuaue eſt hoc quam nō curo Suaue etiam cui parum
eſt ſi non amarum At id quidem illi ipi qui dolore ma-
lum eſſe negant non ſolent dicere cuiquā ſuaue eſſe
cruciari aſperum difficile odioſum contra naturam
dicunt : nec tū malum hic qui ſolum hoc malū dicit
et malorum omnium extremum ſapiente cenſet id ſuaue dic-
turum Diſcipulus Ego a te non poſtulo ut dolorem
eiſdem verbis efficias : quibus epicurus voluptate homo
ut ſcis voluptarius ille dixerit ſane idem in phalari-
dis thauro ꝗ ſi eſſet in lectulo Ego tantam vim non
tribuo ſapientie contra dolorem ſi fortis in ꝑferendo
officio ſatis eſt : ut letetur etiā non poſtulo triſtis enim
res eſt ſine dubio aſpera amara inimica nature ad
paciendum tollerandumque difficilis Aſpice philoctetam
cui concedendum gementi ipm enim herculem viderat
in ea magnitudine dolorum heiulantem Nichil igitur
hunc virum ſagitte quas ab hercule acceperat tum
conſolabantur cum e viperino morſu uene viſcerum vene-
no imbute tetros cruciatus cierent Itaque exclamat auxilium
expetens mori cupiens heu qui ſalſis fluctibus mandet
me ex ſublimi vertice ſaxi Iam iam abſumor conficit
animā vis vulneris ulceris eſtus Difficile dictu videtur
eum nō in malo eſſe et magno quidem : qui ita clamare
cogatur Sed videamus herculem ipm qui tū dolore
frangebatur cum immortalitatem ipā morte quērebat
: quas hic uoces apud ſophoclem in trachiniis edit
: cui cum deianira ſanguine centauri tinctam tunicā induiſſet
inheſiſſet ꝗ ea viſceribus ait ille o multa dictu grauia
perpeſſu aſpera : que corpore exanclata atque animo
pertuli : nec michi Iunonis terror implacabilis : nec tm
intulit triſtis Euriſtheus mali quantum vna vecors Oenei
partu edita hec me irretiuit ueſte furiali inſciū que
lateri inherens morſu lacerat viſcera vrgens ꝗ grauiter

pulmonu haurit spus Jam decolorem sangwinez
omem exorbuit : sic corpus clade horribili assuptuz
extabuit : ipe illigatus peste interior textili Hos no
hostilis dextra non terra edita moles gigantuz : non
biformato impetu centaurus ictus corpori infixit no
: non graia uis non barbara ulla immanitas non
seua terris gens relegata ultimis quas pagrans undi
que omem sic feritatem expulit : sed feminea vi feminea
interimor manu o nate vere hoc nomen usurpa patri : ne
me occidentem matris superet caritas Huc arripe ad
me manibz abstractam pyis Jam iam me ne an il
lam potiorem putes proge aude nate illacrima patris
pestibz misere gentes nostras flebunt miserias . heu vir
ginalem me ore ploratum edere hic cunti tuus celestiu
sator Jace obsecro in me vim chorruscam fulminis
nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices manus vacat
quem uidit nemo ulli ingemiscente malo : sic effemi
nata uirus afflicta occidit Accede nate adsiste mise
randum aspice euisceratuz corpus laceratum patris
uidete cuncti tuque celestiuz sator Jace obsecro in me
vim chorruscam fulminis : nunc nunc dolorum anxiferi tor
quent vertices manus . o pectora . o terga o lacertoruz
thori uestro ne pressu quondam nemeus leo frendens
efflauit grauit extremum halitum Hec dextra lernam
terram mactata ex terra placauit hec bicorporem
afflixit manum herimantham hec uastificam abiecit
beluam . hec tartarea tenebrica abstractum plaga tri
capitem eduxit idra generatum cane hec interemit tor
tu multiplicabili dracone auriferam obtutu asseruan
tem arborem Multa alia victrix nostra lustrauit manus
nec quisquam e nostris spolia cepit laudibz possumus ne nos
contemnere dolorez cum ipm herculez tam intolleranter
dolere videamus Veniat eschilus non poeta soluz
: sed etiam pitagoreus sic enim accepimus quo fert apud
eum prometheus dolorem quem excipit ob furtum len
niuz unde ignis lucet mortalibz clam diuisus : eum
doctus prometheus depsisse dolo penas quas Joui fato
expendisse supmo has igitur penas pendens affixus ad
Caucasum dicit hec Titanum soboles socia nostri sanguinis
generata celo aspicite relegatum asperis vinctuz quos sa
xis : nauem ut horrisono freto noctem pauentes timidi
annectunt naute Saturnius me sic infixit iupiter Jouis
que numen mulcebri adsciuit manus Hos ille cuneos fa
brica crudeli inserens perrupit artus qua miser soler
tia transuerberatus castrum hoc furiarum incolo Jam

tertio me quoque funesto die tristi adulatu aduectus
lacerans unguibus Jouis satelles pastu dilaniat fero-
tum iecore opimo farta et satiata affatim clangorem
fundit uastum et sublime aduolans pinnata caudā
nrm adulat sanguinem· tum vero ad esum inflatu
renouatū est iecur: tum rursum tetros auida se ad
pastus refert Sic hunc custodem mesti cruciatus alo
qui me perenni viuum fedat miseria· namque ut videtis
vinclis constrictus Jouis arcere nequeo dirā uolucrē
a pectore Sic me ipse viduus pestes excipio anxias amore
mortis terminū inquirens mali Sed longe a leto nu-
mine appellor Jouis: atque hec uetusta seclis glomera-
ta horridis luctifica clades nrō infixa est corpori·
e quo liquate solis ardore excidunt gutte que saxa
assidue instillant caucasi· Vix igitur posse videmur
ita affectum non miserum dicere Et si hunc miserum certe do-
lorem malum Discipulus Tu quidem adhuc meā cau-
sam agis: sed hoc mox videro Interea vnde isti uersus
non enim agnosco Mgr dicam hercle Etenim recte re-
quiris Vides me habundare otio q̄ tum fuisti sepe credo
cum athenis esses in scolis philozophorum vero ac liben-
quidem animaduertebas Igitur si tum nemo erat ad
modum copiosus: verumtamen uersus ab hijs admisceri
orationi ac multos quidem a dionisio stoico probe dic
:sed is quasi dictata nullo delectu nulla elegantia philo
proprium nr et lecta poemata et loco adiungebat Itaque
postquam adamaui hanc quasi senilem declamationem
studiose equidem utor nris poetis: sed sicubi illi defece-
runt verti enim multa de grecis: ne quo ornamento
in hoc genere disputationis careret latina oro Sed vides
ne poete quid mali afferant: lamentantes inducunt
fortissimos viros· molliunt animos nros Jta sunt de-
inde dulces: ut non legantur modo: sed etiam edisca̅nt
Sic ad malam domesticam disciplinā vitamque vmbra-
tilem et delicatam cum accesserunt etiam poete neruos
omnes vtutis elidunt Recte igitur a platone eiciuntur
ex ea ciuitate quam finxit ille cum optimos mores
et optimum rei p statum exquireret At vero nos docti s
a grecia hec et a pueritiā legimus et discimus hanc eru-
ditionem liberalem et doctrinam putamus Sed quid poetis
irascimur· vtutis mgri phi inuenti sunt qui summum
malum dolorem dicerent: at tu adolescens cum id tibi
paulo ante dixisses videri rogatus a me etiā ne ma-
ius quam dedecus vbo de sententia destitisti Rogo hoc
idem epicurum: maius dicet esse malum mediocrem

dolorem quam maximum dederis In ipso enim dedecore
mali nichil esse nisi sequantur dolores quis igitur Epicu-
rum sequitur dolor cum hoc ipsum dicit summum malum
esse dolorem: quo dedecus maius a philosopho nullum expecto
quare satis michi dedisti cum respondisti maius tibi vi-
deri malum dedecus quam dolorem: hoc ipsum enim si tene-
bis intelliges quam sit obsistendum dolori: nec tam quae-
rendum est dolor malum ne sit quam firmandus ani-
mus ad dolorem ferendum Concludunt ratiunculas
Stoici cur non sit malum: quasi de verbo non de re labo-
retur quid me decipis Zeno Nam cum id quod michi horri-
bile videtur tu omnino malum negas esse capior et scire
cupio quomodo id quod ego miserrimum existimem ne malum
quidem sit Nichil est inquit malum nisi quod turpe at-
que viciosum est Ad ineptias redis Illud enim quod me an-
gebat non eximis Scio dolorem non esse nequitiam de-
sine id me docere hoc doce doleam nec ne doleam nichil
interesse Nunquam quicquam inquit ad beate quidem vivendum
quod est in una virtute positum: sed est tamen reiciendum: cur
asperum est contra naturam difficile perpessu triste
durum Hec est copia verborum quod omnes uno verbo malum
appellamus: id tot modis posse dicere Definis tu michi
non tollis dolorem cum dicis asperum contra naturam
vix quod ferri tollerarique possit nec mentiris: sed re suc-
cumbere non oportebat verbis gloriantem dum nichil bo-
num nisi quod honestum nichil malum nisi quod turpe
optare hoc quidem est non docere Illud et melius et
verius omnia que natura aspernatur in malis esse que
adsciscat in bonis hoc posito et verborum concertatione sublata
tantum excellet illud quod recte amplexantur isti quod ho-
nestum quod rectum quod decorum appellamus quod idem
interdum virtutis nomine amplectimur Tot omnia preterea
que bona corporis et fortune putantur perexigua et mi-
nuta videantur ne malum quidem ullum: nec si in unum
locum collata sunt omnia cum turpitudinis malo com-
paranda quare si ut initio concessisti turpitudo peius
est quam dolor: nichil est plane dolor: nam dum tibi
turpe nec dignum viro videbitur gemere eiulare lamen-
tare frangi debilitari dolere tum honestas tum digni-
tas tum decus aderit tuque in ea intuebeis te contine-
bis cedet profecto virtuti dolor et animi inductione lan-
guescet: aut enim nulla virtus est: aut contemnendus
omnis dolor prudenciamne vis esse: sine qua ne intel-
ligi quidem ulla virtus potest: quid ergo ea patietur ne te
quicquam facere nichil proficientem et laborantem an

temperantia ſinet te immoderate facē quicqm̄ an coli
iuſtitia poterit ab homine prope vim doloris enūciantez
comiſſa prodentem conſcios multa officia relinquetez
quid fortitudini comitibz eꝫ eius magnitudini animi
grauitati paciencie rerum humanaꝝ deſpicientie quo
reſpondebis afflictus ne et adiacens et lamentabili vo
ce deplorans audiens o virum fortem te vero ita affe
ctum ne virum quidē quiſqm̄ dixerit amittanda igitur
fortitudo eſt aut ſepeliendus dolor Et quid ſcis igitur
ſi quid de Corinthijs tuis amiſeris poſſe habere te re
liquam ſupellectilem ſaluā virtutem aut ſi vnā ami
ſeris : et ſi amitti non pt̄ vtus : ſed ſi vnam confeſſus
eris te non habere nullam eſſe te habiturū Num
igitur fortem virum num magno animo num paci
entez num grauem num humana contemnentem
pt̄ dicere aut philotetā illum ? a te em̄ malo diſcere
: ſed ille cte non fortis qui iacet in lecto humido quod
eiulatu queſtu gemitu fremitibꝫ reſonando multū fle
biles voces refert : non ego dolorem : dolorem eſſe nego
: tur em̄ fortitudo deſiderare : ſed eum oppimi dico patien
cia ſi ino eſt aliqua paciencia ſi nulla eſt quid exor
namus philozophiam : aut quid eius nomine glorioſi ſu9
: pungit dolor uel fodiat ſane ſi nudus es da iugulū
ſin tectus vulcanijs armis .i. fortitudine reſiſte : nec em
te niſi ita facias cuſtos dignitatis relinquet et deſerz
Cretum quidem leges quas ſiue mynos ſanxit de ſo
uis quidem ſentencia ut poete ferunt itemqꝫ ligurgi
laboribus erudiunt iuuentutē venando currendo eſu
riendo ſiciendo algendo eſtuando Sparte vero puei
ad aram ſic verberibus accipiunt ut multus e viſce
ribus ſanguis exeat non nunqm̄ etiam vt cū ibi
eſſem audiebam ad necem : quorum non modo nemo
exclāuit vnqm̄ : ſed ne ingemuit quidem quid ergo hr
puei poſſunt viri non poterunt et mos ualet racio
non ualebit Intereſt aliquid int laborem et dolorē
ſunt finitima omnino ſed tn̄ differt aliqd labor eſt
functio quedam vel animi uel corporis grauioꝛ operis
et muneris Dolor em̄ motus aſper in corpe alienus
a ſenſibus hec duo greci illi quoꝝ copioſior lingwa
qm̄ nra vno nomine appellant Itaqꝫ induſtrios hoies
illi ſtudioſos uel pocius amates dolois appellant
nos comodius laborioſos Aliud eſt em̄ laborare ali
ud dolere o ilboꝝ mops inedum quibz habundare te
ſemꝑ putas grecia aliud inqm̄ eſt dolere aliud la
borare Cum varices ſecabant .c. mario dolebat : cū
eſtu magno ducebat agmen laborabat eſt int hec

quedam tamen ſimilitudo Conſuetudo enim laborum perpeſſionem
dolorum efficit faciliorem Itaque illi qui grecie formam
rerum publicarum dederunt corpora iuvenum firmari
labore voluerunt : quos Spartiate etiam in feminas
tranſtulerunt : que ceteris in urbibus molliſſimo cultu
parietum umbris occuluntur Illi autem voluerunt
nichil horum ſimile eſſe apud lacenas virgines : quibus
magis paleſtra eurota · ſol · pulvis · labor · milicia in
ſtudio eſt : quam fertilitas barbara : ergo his laborio-
ſis exercitacionibus et dolor intercurrit non numquam impelliun-
tur feriuntur · abiciuntur · cadunt et ipſe labor quaſi callum
quoddam obducit dolori Miliciam vero nostram dico non
ſpartiatarum : quorum procedit ad modum ad tibiam
nec adhibetur ulla ſine anapeſtis pedibus · hortacio
nostri exercitus primum unde nomen habeat iudes · deinde qui
labor quantus agminis ferre plus dimidiati menſis
cibaria ferre vallum · nam ſcutum · gladium · galeam
in onere nostri milites non plus numerant : quam humeros
· lacertos · manus · arma enim membra militis eſſe
dicunt · que quidem ita gerunt apte · ut ſi uſus foret
abiectis oneribus expeditis armis ut membris pug-
nare poſſint : quid exercitacio legionum · quid ille curſus · con-
curſus · clamor quanti laboris eſt : ex hoc ille animus
in prelys paratus ad vulnera adhuc pari animo inex-
ercitatum militem · mulier videbitur Cur tamen intereſt
inter novum et veterem exercitum · quantum experti ſumus
Etas tyronum plerumque melior : ſed ferre laborem con-
temnere vulnus conſuetudo docet quando etiam videmus
ex acie afferri ſepe ſaucios · et quidem rudem illum
et inexercitatum quamvis levi ictu ploratus turpiſſimos
edere At vero ille exercitatus et vetus ob eamque rem forti-
or medicum modo requirens a quo obligetur · o patrocle in-
quit ad vos veniens auxilium et vestras manus peto
priuſquam oppeto malam peſtem mandatam hoſtili ma-
nu · neque ſanguinis ullo potis eſt pacto profluens conſi-
ſtere : ſi qui ſapiencia magis vestra mors devitari poteſt
· namque eſculapy liberorum ſaucij opplent porticus · non
poteſt accedi certe Euripilus hic quidem eſt hominem
exercitatum ubi tantum luctum continuatur vide quam
non flebiliter reſpondit · racionem etiam affert cur equo ani-
mo ſibi ferendum ſit qui alteri exicium parat eum ſcire
oportet ſibi paratam peſtem ut participet parem Abdu-
cet patroclus credo ut collocet in cubiculis ut vulnus
obliget Si quidem homo eſſet ſed nichil vidimus querit
enim quid actum ſit eloquere res argivum prelio ut ſe

ſuſtinet: non poteſt hec fari tantū doctis quantū ſitis
ſuppetit laboris. quieſce igitur et inullus. obliga at
ſi euripilus poſſet: non poſſet eſopus: ubi fortuā
hectoris nrām acrem aciem inclinatā et cetera
explicat in dolore sic eſt enim intemperans milita
ris in forti viro gloria Ergo hec ueteranus miles
facere poterit doctus vir ſapienſque nō poterit Ille vero
melius: an non paulo quidem ſed adhuc de con
ſuetudine exercitationis loquor nondū de ratione et ſa
pientia Auicule ſepe mediam biduum aut triduum
ferunt. ſubduc cibum unū diem athlete Iouē iouē
olimpium eum ipſum cui ſe exercebit implorabit fer
re non poſſe clamabit Conſuetudinis magna vis
eſt pernoctant venatores in niue in montibz uri ſe
patiuntur Inde pugilles ceſtibz contuſi ne ingemi
ſcunt quidem ſed quid hos quibus olimpiorum victo
ria conſolatus ille antiquus videtur Gladiatores
aut perditi homines aut barbari quas plagas per
ferunt: quō illi qui bene inſtituti ſunt accipere pla
gam malunt quā turpiter vitare: quā ſepe apparet
nichil eos malle quam uel dn̄o ſatiſfacere uel po
pulo Mittunt etiā volneribz confecti ad dnōs qui
querant quid uelint ſi ſatis his factum ſit ſe velle
decumbere quis mediocris gladiator ingemuit quis
voltum mutauit unquā quis non modo ſtetit: verū
etiā decubuit turpiter quis cum decubuiſſet ferrū re
cipere iuſſus collum contraxit tantum exercitatio medi
tatio conſuetudo valet Ergo hoc poterit ſamnis
ſpurcus homo vita illa dignus locoque vir natus
ad gloriam ullam partem animi tam mollem ha
bebit quā nō meditatione et ratione corroboret crude
le gladiatorū ſpectaculū et inhumanū nō nul
lis videri ſolet. et adhuc ſcio an ita ſit ut nunc
fit Cum vero ſontes ferro depugnabant auribz for
taſſe multe oculis quidē nulla poterat eſſe for
tior contra dolorē et mortē diſciplina De exercitatione
et conſuetudine et commentatione dixi Age ſis nūc de ra
tione videamus niſi quid vis ad hec Ego ne ut
te interpellem: ne hoc quidem vellem ita me ad
credendum tua ducit oratio Sit ne igitur malum
dolere nec ne ſtoici viderint qui contortulis quibuſ
dam et minutis concluſiunculis nec ad ſenſus per
tinentibz effici volunt non eſſe malū dolorem.

Ego illud quidem tantum esse quantum videatur
non puto falsaq; eius visione et specie moveri ho-
mines dico vehementius: doloremq; eius omnem esse
tollerabilem Unde igitur ordiar an eodem breviter
attingam que modo dixi quo facilius oratio progredi
possit longius Inter omnes igitur hoc constat. nec doc-
tos homines solum. sed etiam indoctos virorum esse fortium
et magnanimorum et patientium et humana vincentium
tolleranter dolorem pati: nec vero quisquam fuit qui eum
qui ita pateretur non laudandum putaret quod ergo et po-
stulatur a fortibus et laudatur cum fit: id aut extime-
scere veniens aut non ferre presens nonne turpe est atque
vide ne cum omnes recte animi affectiones virtutes ap-
pellantur. non sit hoc proprium nomen omnium. sed ab ea
que una a ceteris excellebat omnes nominate sint appella-
ta est enim ex viro virtus viri autem propria est maxime for-
titudo: cuius munera duo sunt maxima mortis dolo-
risque contemptio utendum est igitur his si virtutis
compotes vel potius si viri volumus esse. quoniam a viris v-
tus nomen est mutuata Queres fortasse quo et recte
talem enim medicina philosophia profitetur: venit Epicurus
homo minime malus vel potius vir optimus quo tan-
tum monet quantum intelligit neglige inquit dolore
summum malum vix satis constant audiamus. si summus
dolor est inquit brevem necesse est esse Iterandum
eadem ista mihi: non enim satis intelligo quid summum di-
cas esse. quid breve summum quo nichil sit superius.
breve quo nichil brevius Contemno magnitudinem
doloris a qua me brevitas temporis vindicabit ante pe-
ne quam venit Sed si est tantus dolor. quantus philoc-
tete bene plane magnus quidem mihi videtur: sed tamen
non summus. nichil enim dolet nisi pes. possunt oculi: potest
caput latera pulmones possunt omnia: longe igitur abest
a summo dolore Vel ergo inquit dolor diutinus habet
leticie plus quam mesticie: nunc ergo non possum tan-
tum hominem nichil sapere dicere: sed nos ab eo derideri
puto Ego summum dolorem. summum autem dico etiam si de-
cem atomis est maior alijs. non continuo esse dico bre-
vem: multosque possum bonos viros nominare qui com-
plures annos doloribus podagre crucientur maximis sed
homo cautus numquam terminat nec magnitudinis nec diut-
urnitatis modum: ut sciam quid summum dicat in dolore.
quid breve in tempore. omittamus hunc igitur nichil pror-
sus dicentem. cogamusque confiteri non esse ab eo doloris

remedia petenda qui dolorem malorū omniū maxi
mū dixerit quamuis idem forticulum ſe in tormin
bus et iniſtrans gutta ſua prebeat aliunde igit̃ que
renda eſt medicina et maxime quidem ſi quid marie
conſentaneū ſit quetim9 ab his quibus quod honeſtū
ſit ſūmū bonū quod turpe ſūmū uidetur malum
his tu p̃ntibꝫ gemere et iactare te non audebis pro
fecto loquetur eñ eorum voce v̄tus ipā tecum tu
ne cum pueros lacedemonie adoleſcentis olimphie
barbaros in harena videis excipientis ḡuiſſimas
plagas et ferentes ſilencio ſi te forte dolor aliqš
peruellerit exclamabis ut mulier non conſtant̃ et
ſedate feres fieri non p̃t natura non patĩ Audio
pueri ferunt gloria docti ferunt pudore alij multi
metu et tū ueremĩ ut hoc quod a tam multis ꝛ q̄d
tot locis p̄feratur natura paciatur Illa vero non
modo patitur viri eciā poſtulat nichil eñ habet
p̄ſtancius nichil quod magis expetat q̄ȝ gm̄ hone
ſtatem quam laudem quam dignitate q̄ū decus
hiſce ego pluribꝫ nominibꝫ vnam rem declarac̃ uolo
ſed utar ut quam maxime ſignificem pluribꝫ Volo
autem dice illud honū longe optimū eſſe quod ipm̄
ſit optandum per ſe a v̄tute profectuꝫ uel in ipſa
v̄tute ſitum ſua ſponte laudabile quod quideꝫ citius
dixerim ſolum quam nō ſūmū bonū atqꝫ ut hec de
honeſto ſic de turpi contraria Nichil tam contrariuꝫ
nil tam aſpernandum nil homine indignus q̄d ſi tibi
p̄ſuaſum eſt principio eñ dixiſti plus in dedecore ma
li tibi videri q̄m in dolore Reliquum eſt ut tibi tute
imperes qm̄ q̄ū hoc neſcio quō dicã̃ quaſi duo ſum
vt alter imperet alt̃ pareat Non inſcite tū dicitur
Eſt eñ animus in p̃tes diſt̃butꝰ duas quarꝫ altera
racionis eſt p̃ticeps altera expers Cum igit̃ p̄cipitur
vt nob metipſis imperem9 hoc p̄cipitur ut racio cohe
reat temeritate ſetnatum quodam mō et languid
ſenile ſed aliud nichil eſſet homine deformius Sed
profecto eſt domina omn̄ et regina racio que conexa
et progreſſa per ſe longius fit perfcā v̄tus hec ut
imperet illi p̃ti animi que obedire debet id videnð
eſt viro quo nam mō miſes ē uelut dn̄s ſeruo uelut
imparator milici velut parens filio ſi turpiſſime ſe
illa pars animi geret quam dixi eſſe molem ſi ſe
lamentis muliebrit̃ lacrims dedet vinciat̃ et conſtri
gatur amicorꝫ et propinquorꝫ cuſtodijs Sepe eñ vi
demus fractos pudore qui ratione nulla vincerentur
Ergo hos quidem ut famulos vinclis prope ac cuſtodiá

arceamus Qui autem erunt firmiores nec tamen
robustissimi hos admonitu oportebit ut bonos milites
reuocatos dignitatem tueri Non nimis in nyptris ille
sapientissimus grecie sauciis lamentatur uel modice po-
tius pedetentim inquit ite et sedato nisu nec succussu
arripiat maior dolor Pacuuius hoc melius quam
Sophocles apud illum enim perquam flebiliter Vlixes lamen-
tatur in vulnere, tum huic leuiter gementi illi ipsi qui fe-
runt saucium personę grauitatem intuentes non dubitarunt
dicere Tu quoque vlixes quamquam grauiter cernimus ictum ni-
mis pene animo es molli qui consuetus in armis
euum agere intelligit poeta prudens ferendi doloris
consuetudinem esse non contemnendam magistram
atque ille non inmoderate magno in dolore retinete te-
nete opprimit ulcus nudate heu miserum me excrucior
incipit labi deinde illico desinit operite absedite iam
iam mittite nam attrectatu et quassu seuum amplifi-
catis dolorem vides ne ut obmutuerit non sedatus
corporis sed castigatus animi dolor Itaque in extre-
mis nyptris alios quoque obiurgat idque moriens
conqueri fortunam aduersam non lamentari decet
id viri est officium: fletus muliebri ingenio additus
huius animi pars illa mollior rationi sic pareat: ut
seuero imperatori miles pudens in quo viro erit per-
fecta sapientia quem adhuc nos quidem vidimus
neminem: sed philosophorum sententiis qualis hic futurus
sit si modo aliquando fuerit exponitur Is igitur si ea
ratio que erit in eo perfecta atque absoluta sic illi parti
imperabit inferiori ut iustus parens probis filiis nutu
quod uolet conficiet nullo dolore nulla molestia
eriget ipse se suscitabit instruet armabit ut
tamquam hosti sic obsistat dolori que sunt ista arma
contentio confirmatio sermoque intimus Cum ipse
secum caue turpe quicquam languidum non uile ob-
uersetur species Honeste vero Eleno proponatur elephan-
tes qui perpessus est omnia potius quam conscius delen-
de tirannidis iudicaret de naxarcho democrito
cogitetur qui cum cypri in manus tymocreontis
regis incidisset nullum genus supplicii deprecatus est
neque recusauit Callanus indus indoctus ac barba-
rus in radicibus caucasi natus sua voluntate viuus com-
bustus est nos si pes condoluit si dens sed fac to-
tum dolere corpus ferre non possumus opinio est que-
dam effeminata ac leuis nec in dolore magis quam
eadem in voluptate: qua cum liquescimus fluimusque
mollitia apis aculeum sine clamore ferre non possumus

At vero .C. Marius rusticanus vir: sed plane vir cum
secaretur ut supra dixi principio vetuit se alligari: nec
quisquam ante marium solutus dicitur esse sectus Cur ergo
alii postea valuit auctoritas Vides ne igitur opinionis
esse non nature malum: et tamen fuisse acrem morsum
doloris idem marius ostendit Crus enim alterum non pre-
buit ita et tulit dolorem ut vir: et ut homo maiorem
ferre sine causa necessaria noluit Totum igitur in eo est ut tibi
imperes: ostendi autem quod esset imperandi genus atque
hec cogitatio quid patientia quid fortitudine quid mag-
nitudine animi indignissimum sit non solum animum com-
primit: sed ipsum etiam dolorem nescio quo pacto mitiorem
facit Ut enim fit in prelio ut ignavus miles ac timidus
simul ac viderit hostem abiecto scuto fugiat quantum
possit ob eamque causam pereat non numquam etiam integro
corpore cum ei qui steterit nichil tale evenerit: sic qui
doloris speciem ferre non possunt abiciunt se atque ita afflicti
exanimati iacent qui autem restiterunt discedunt sepissime
superiores Sunt enim quedam animi similitudines cum cor-
pore onera contentis corporibus facilius feruntur remissis
opprimunt simillime animus intentione sua depellit pressum
omnem ponderum: remissione autem sic urgetur: ut se nequeat
at extollere Et si verum querimus in omnibus officiis persequen-
dis animi est adhibenda contentio ea est sola officii tam-
quam custodia Sed hoc idem in dolorem maximum est
providendum: ne quid abiecte: ne quid timide: ne quid
ignave ne quid serviliter muliebriter ve faciamus In
primis quod refutetur ac reiciatur philoctetens clamor In-
gemiscere nonnumquam viro concessum est: idque raro Eiulatus
ne mulieri quidem et hic nimirum est fletus quem duode-
cim tabule in funeribus adhiberi vetuerunt: nec vero
umquam nec ingemiscit quidem vir fortis ac sapiens nisi
forte ut se intendat ad firmitatem Et in stadio cursores
exclamant quam maxime possunt faciunt idem cum exercentur
athlete pugiles vero etiam cum feriunt adversarium in iac-
tandis cestibus ingemiscunt non quod doleant animo ve suc-
cumbant: sed quia profunda voce omne corpus intendi-
tur venitque plaga vehementior quicquid volunt exclamare
manus cum satis habent latera fauces linguam in-
tendere: e quibus elici vocem et fundi videmus toto cor-
pore: atque omnibus unguibus ut dicitur contentioni vocis
asserviunt Genu me hercule .M. antonium vidi cum conten-
te pro se ipse lege varia diceret terram tangere Ut enim
baliste lapidum et reliqua tormenta telorum eo graviores
emissiones habent quo sunt contenta atque adducta

vehementius · ſic uox ſic curſus · ſic plaga hoc grauior
cum eſt miſſa contencius · cuius contencionis cum tan-
ta vis ſit ſed gemitus in dolore ad confirmandum animum
ualebit utrum ſimili erit ille gemitus elamentabilis · ſi
imbecillus · ſi abiectus · ſi flebilis ei qui ſe dederit vix
eum virum dixerim · qui quidem gemitus ſi leuatio-
nis aliquid afferret · tum videremus quid eſſet fortis et
animoſi viri Cum vero nichil imminuat doloris
cur fruſtra turpe eſſe uolumus · quid eſt enim fletu mu-
liebri viro turpius : atque hoc preceptum quod de dolore
datur patet latius omnibus enim rebus non ſolum dolori
ſimili contentione animi reſiſtendum eſt Ira exardeſcit
libido concitatur in eandem arcem confugiendum eſt eadem
ſunt arma ſumenda Sed quoniam de dolore loquimur illa
omittamus ad ferendum igitur dolorem placide
atque ſedate plurimum proficit toto pectore ut dicitur cogi-
tare quam id honeſtum ſit Sumus enim natura ut ante
dixi · dicendum eſt enim ſepius ſtudioſiſſimi appetentiſſimi
que honeſtatis · cuius ſi quaſi lumen aliquod aſpexerimus
nichil eſt quod ut eo potiamur non pati ſimus et fer-
re et perpeti Ex hoc curſu atque impetu animorum ad
veram laudem atque honeſtatem illa pericula adeunt
in preliis Non ſentiunt viri fortes in acie vulnera : vel
vulnera vel ſi ſentiunt ſe mori malunt : quam tantum de di-
gnitatis gradu demoueri · fulgentes gladios hoſtium
videbant decii cum in aciem eorum irruebant · his
leuabat omnem vulnerum metum nobilitas mortis · et
gloria Num tum ingemuiſſe Epaminondam putas
cum una cum ſanguine uitam effluere ſentiret Impa-
rante enim patriam lacedemoniis relinquebat quam ac-
ceperat ſeruientem : hec autem ſolacia hec fomenta ſum-
morum dolorum dices · quid in pace : quid domi · quid in
lectulo ad philoſophos me reuocas qui in aciem non ſepe
prodeunt e quibus homo ſane leuis Eracleotes Dyoni-
ſius cum a zenone fortis eſſe didiciſſet a dolore deduc-
tus eſt Nam cum ex renibus laboraret ipſo in eiulatu
clamitabat falſa eſſe illa que antea de dolore ipſe
ſenſiſſet : quem cum Cleantes condiſcipulus rogaret
que nam racio eum de ſententia deduxiſſet · reſpondit
quia cum tantam operam philoſophie dediſſem · dolorem tamen
ferre non poſſem ſatis eſt argumenti malum eſſe dolo-
rem plurimos autem annos in philoſophia conſumpſi nec ferre
poſſum malum Eſt igitur dolor cum Cleante tum pe-
de terram percuſſiſſet verſum ex epigoneis ferunt dixiſſe
audis ne hec amphiarata ſub terram abdite zenonem

ſignificabat · a quo illum degenerare dolebat An non uir
poſſidonius · quem et ipſe ſepe uidi · et id dicam quod ſo-
lebat narrare pompeius · ſe cum rhodum veniſſet de-
cedens a ſyria audire uoluiſſe poſſidonium · ſed cum audiſſet
eum grauiter eſſe egrum quod vehementer eius artus labora-
rent uoluiſſe tum nobiliſſimum philoſophum uidere · quem ut vi-
diſſet et ſalutauiſſet honorificiſque verbis proſecutus eſſet
moleſteque ſe dixiſſe ferre quod eum non poſſet audire At ille
Tu vero inquit potes · nec committam ut dolor corporis efficiat
ut fruſtra tantus vir ad me venerit Itaque narrabat
eum grauiter et copioſe de hoc ipſo nichil eſſe bonum niſi
quod eſſet honeſtum cubantem diſputauiſſe · cumque quaſi
faces ei doloris ad mouerentur ſepe dixiſſe · nichil agis
dolor quamuis ſis moleſtus nunquam te eſſe confitebor
malum Omnino quod omnes clari et nobilitati labores con-
temptu fiunt eſſe tollerabiles Videmus ne ut apud
quos eorum ludorum qui gimnici nominantur magnus
honos ſit nullum ab his qui in id certamen deſcendant de-
uitari dolorem · apud quos autem venandi et equi-
tandi laus viget qui hunc poteſſunt nullum laborem
fugiunt · quid de noſtris ambitionibus · quid de cupiditate
honorum loquar · que flamma eſt per quam non cucur-
rerunt hi qui hec olim punctis ſingulis colligebant ·
Itaque ſemper africanus ſocraticum xenofontem in
manibus habebat · cuius inprimis laudabat illud · quod diceret
eoſdem labores non eſſe eque graues imperatori et mi-
liti quod ipſe honos laborem leuiorem faceret imperato-
rium Sed tamen hoc venit ut in wlgus inſipientium opinio
ualeat honeſtatis cum ipſam videre poſſunt Itaque fa-
ma et multitudinis iudicio mouentur cum id hone-
ſtum putent quod a pleriſque laudetur Te autem ſi in
oculis ſis multitudinis tamen eius iudicio ſtare nolim
nec quod illa putet idem putare pulcherrimum · tuo tibi
iudicio eſt utendum · tibi ſi recta probanti placebis · tum
non modo te te viceris quod paulo ante precipiebam · ſed
omnes et omnia Hoc igitur tibi propone amplitudinem
animi et quaſi quandam exaggerationem quam altiſſi-
ma animi que maxime eminet contemnendis et de-
ſpiciendis doloribus vnam omnium eſſe rem pulcherrimam
eoque pulchriorem ſi vacet populo neque plauſum captans
ſe tamen ipſa delectet · quin etiam mihi quidem laudabiliora
videntur omnia que ſine venditatione et ſine populo teſte fi-
unt non quo fugiendus ſit · omnia enim benefacta in
luce ſe collocari volunt · ſed tamen nullum theatrum

v̄tuti conſtientia maius eſt Atqꝫ inprimis meditem̄
illud ut hec patientia dolorum : quā ſepe iam animi
intencōne dixi eſſe firmandam in omī genere ſe equa
bilem prebeat Sepe enī multi qui aut propť victorie
cupiditatem aut ꝓpter glorie aut eciā ut ius ſuū et
libertatem tenerent vulnera acceperunt fortiť et tule
runt Jidem omiſſa contencione dolorem morbi ferre
non pñt neqꝫ enī illum quem facile tulerant racōe
aut ſapientiā tulerant : ſed ſtudio potius et gľiā Jta
qꝫ barbari quidam et īmanes ſ'ro decertare acerrime
pñt egrotare viriliť non queunt Greci aut̄ homies
non ſatis animoſi prudentes ut eſt captus hominū
ſatis hoſtem aſpicē non pñt Eidem morbos tollerant
atqꝫ humane ferunt At Cymbri et celtiberi in pl'ys
exultant lamentanť in morbo Nichil enī pt eſſe
equabile quod non a c̄ta racōne proficiſcatť Sed cum
videas eos qui aut ſtudio aut opinione ducantur
in eo perſequendo atqꝫ adipiſcendo dolore non frangi
debeas exiſtimare aut non eſſe malum dolorē : aut
etiam ſi quicqd aſperum alienuqꝫ nāa ſit id appellari
placeat malum tantulum tn̄ eſſe ut a v̄tute ita ob
ruatur ut nuſqm̄ appareat que meditare queſo dies
Et noctes Latius enī manabit hec racio et aliquanto
maiorem locum quam de vno dolore occupabit nam
ſi omnia fugiende turpitudinis adipiſcendeqꝫ honeſta
tis cauſa faciemus non modo ſtimulos dolois : ſed
etiam fulmina fortune contemnam9 licebit pſertim
cum paratum ſit illud ex heſterna diſputacōe pfugiu
Vt enī ſi cui naviganti predones inſequātur deus qꝫ
qui dixerit Eiice te de navi preſto eſt qui excipiat
vel delphinus atarione methimeu vel equi pelope
ille neptuni qui per vndas currus ſuſpenſos rapu
iſſe dicuntur Excipient te et quo velis perferent oēz
omittamus timorem ſic urgentibꝫ aſperis et odioſis
doloribꝫ ſi tanti non ſint ut ferendi ſint quo ſit fu
giendum vides hec fere hoc tempe putaui eſſe dicē
da : ſed tu fortaſſe in ſententia pmanes Diſcipulus
Minime vero meqꝫ biduo duarum reꝝ quas maxie
timebam ſpero liberatum metu Cras ergo ad Cleps
ſidram ſic enī diximus ſed tibi hoc video non poſſe de
beri Jtaqꝫ proſſus ut illud quidem ante meridiem
hoc eodem tempe ſit faciemus tuiſqꝫ optimis ſtudyſ
Marci Tuly Ciceronis Tuſculanarū // obſequemur
queſtionū liber ſecund9 explicit Jncipit Tercius
Feliciter

Quid nam esse Brute cause putem
cur cum constemus ex animo et cor-
pore corporis curandi tuendique cau-
sa quesita sit ars eius atque utilitas
deorum immortalium inventori consecrata
animi autem medicina nec tam desi-
derata sit antequam inventa nec tam
culta postea quam cognita est nec tam
multis grata et probata pluribus etiam
suspecta et invisa. An quod corporis gravitate et dolorem
animo iudicamus animi morbum corpore non sen-
timus. Ita fit ut animus de se ipse tum iudicet cum
id ipsum quo iudicatur egrotet. Quod si tales nos natura
genuisset ut eam ipsam intueri et perspicere eademque
optima duce cursum vite conficere possemus haud
erat sane quod quisquam rationem ac doctrinam requireret.
Nunc parvulos dedit nobis igniculos quos celeriter ma-
lis moribus opinionibusque depravatis sic restin-
guimus ut nusquam nature lumen appareat. Sunt
enim ingeniis nostris semina innata virtutum que si ado-
lescere liceret ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret.
Nunc autem simul atque editi in lucem et suscepti
sumus in omni continuo pravitate et in summa opini-
onum perversitate versamur ut pene cum lacte nutricis
errorem suxisse videamur. Cum vero parentibus
redditi demum magistris traditi sumus tum ita variis
imbuimur erroribus ut vanitati veritas et opinioni con-
firmate natura ipsa cedat. Accedunt etiam poete qui
cum magnam speciem doctrine sapientieque pre se tu-
lerunt audiuntur leguntur ediscuntur et inhere-
scunt penitus in mentibus. Cum vero accedit eodem
quasi maximus quidam magister populus atque omnis un-
dique ad vitia consentiens multitudo tum plane in-
ficimur opinionum pravitate a naturaque desciscimus
ut nobis optime natura invidisse videatur qui
nichil melius homini nichil magis expetendum nichil
prestantius honoribus imperiis populari gloria iu-
dicaverunt ad quam fertur optimus quisque veramque
illam honestatem expetens quam unam natura ma-
xime inquirit in summa inanitate versatur consecta-
turque nullam eminentem effigiem virtutis sed adumbra-
tam ymaginem glorie. Est enim gloria solida quedam res
et expressa non adumbrata est ea consentiens laus

bonorum incorrupta vox bene iudicantium de excellen-
te virtute: ea virtuti resonat tanquam imago glorie
que quia recte factorum plerumque comes est non est
bonis viris repudianda. Illa autem que se eius imi-
tatricem esse vult temeraria atque inconsiderata: et plerumque
peccatorum viciorumque laudatrix fama popularis simu-
latione honestatis formam eius pulcritudinemque corru-
pit: qua cecitate homines funditus alii evertere suas
civitates alii ipsi occiderunt: atque hi quidem optima
petentes non tam voluntate quam cursus errore
falluntur. quid qui cupiditate pecunie qui voluptatum
libidine feruntur quorumque ita perturbantur animi
ut non multum absint ab insania: quod insipientibus
contingit omnibus his nulla ne est adhibenda curatio
Utrumque minus nocent animi egrotationes quam cor-
poris: an quod corpora curari possint animorum medicina
nulla sit at et morbi perniciosiores pluresque sunt ani-
mi quam corporis hi enim ipsi odiosi sunt quod ad animum
pertineant: eumque sollicitent animusque eger ut ait
Ennius semper errat: neque pati neque perpeti potest. cupere
numquam desinit: quibus duobus morbis ut omittam
alios egritudine et cupiditate: qui tandem possunt in
corpore esse graviores Qui vero probari potest ut sibi me-
deri animus non possit: cum ipsam medicinam corporis
animus invenerit: cumque ad corporum sanationem multum
ipsa corpora et natura valeat Nec omnes qui curari
se passi sunt continuo etiam convalescant animi
aut qui se sanari voluerint preceptisque sapientum pa-
ruerint sine ulla dubitatione sanentur. Est profecto
animi medicina philosophia: cuius auxilium non ut corporis
morbis petendum est foris omnibusque opibus viribus ut
nos metipsi nobis mederi possimus elaborandum est:
quamquam de universa philosophia quanto opere et expetenda esset
et colenda satis ut arbitror dictum est in hortensio de
maximis autem rebus michil fere intermisimus: postea nec
disputare nec scribere his autem libris exposita sunt ea que
a nobis cum familiaribus nostris in tusculano erant dispu-
tata Sed quoniam duobus superioribus de morte et de dolore
dictum est tercius dies disputationis hoc tercium volu-
men efficiet ut enim athademiam nostram descendimus in-
clinato iam in post meridianum tempus die poposci eo-
rum aliquem qui aderant causa disserendi. tum res
acta sic est Videtur mihi cadere in sapientem egritudo
mihi reliquie quoque perturbationes animi formidines libi-
dines iracundie Hec enim fere sunt eiusmodi que greci

pathe appellant ego poteram morbos et id verbū eſſet
e verbo ſed in conſuetudinez nr̄am non cadet Nam
miſereri invidere geſtire letari hec omnia morbos greci
appellant motus animi racioni non obtemperates Nos
autem hos eoſdem motus concitati animi recte ut
opinor perturbacōes dixerimus morbos aūt nō ſatis
uſitate niſi quid aliud tibi videtur Michi vero iſto mō
Hectine igitur cadere in ſapientem putas Diſcipulus
prorſus exiſtimo Magiſter Ne iſta glorioſa ſapientia
non magno extimanda eſt ſed quidem non multum
differt ab inſania quid tibi omnis ne animi commotio
videtur inſania Non michi quidem ſoli ſed id quod
admirari ſepe ſoleo maioribz quoqz nr̄is hoc ita viſuz
intelligo multis ſeculis ante Socrate a quo hec oīs
que eſt de vita et de moribz phīa manauit quo nā
tandem mō quia nōīe inſanie ſignificat mentis
egrotacōem et morbum .i. inſanitatez et egrotū aīm
quam appellarunt inſaniam Oīs aūt perturbacōes
animi morbos phī appellant negantqz ſtultū quēqz
his morbis vacare Qui aūt in morbo ſunt ſani nō
ſunt et omniū inſipientiū animi in morbo ſt' oēs
inſipientes igitur inſaniunt Sanitate eīn animorū
poſitam in tranquilitate quadam conſtanciaqz cenſe-
bant his rebus mente vacuā appellarunt inſaniaz
propterea quod in pturbato animo ſicut in corpe ſani-
tas eſſe non poſſit nec minus illud acute qd animi
affectōm lumine mentis carentē nomināuert amentiā
eandemqz dementiā ex quo intelligendū eſt eos qui hec
rebus nomina poſuerunt ſenſiſſe hoc idem quod a So-
crate acceptū diligent' Stoici retinuert oīs inſipien-
tes eſſe non ſanos Quid eſt eīn animus in aliquo morbo
morbos aūt hos pturbatos motus ut mō dixi phī ap-
pellant non magis eſt ſanus quā id corpus quod in
morbo eſt Ita fit ut ſapientia ſanitas ſit animi In-
ſipientia autem quaſi inſanitas quedam que ē inſa-
nia eademqz dementia multoqz melius hec notata
ſunt vbis latinis quā grecis quod alys quoqz multis
locis reperitur Sed id alias nunc quod inſtat totū igitur
id quod querimus quid et quale ſit verbi vis ipā declarat
eos eīn ſanos quā intelligi nr̄e eſt quorū mens motu
quaſi morbo pturbata nullo ſit qui contra affecti ſint
hos inſanos appellari nr̄e ē Itaqz nichil melius quā
quod eſt in conſuetudine ſermonis latini cum exiſſe
et poteſtate dicimus eos qui effrenati feruntur a libidine

aut iracundia ulciscendi libido: qui igitur exisse ex
ptate id est dicuntur: quia non sunt in ptate mentis
cui regnu totius animi a natura tributu est. Greci
aut maniam unde appellant no facile dixerim ea tn
ipa distinguimus nos melius quam illi. Hanc em
insaniam que iuncta stultitie patet latius a furore
distinguimus. Greci volunt illi quidem: sed parum
valent vbo: quem nos furore melancolia illi vocant
:quasi vero atra bili solum mens ac non sepe vel ira-
cundia graviore vel timore vel dolore moveat: quo
genere athemantez alcmeonem aiacem horrestem furere
dicimus qui ita sit affectus eum dnm esse reru suaru
vetant duodecim tabule. Itaqz non e sptum si insa-
nus sed si furiosus esse incipit Stultitia em censuerit
in constantia idest sanitate vacantez posse tame tu-
eri mediocritatez officioru et vite comez cultu atqz us-
tatum furorem aut esse rati sunt mentis ad omnia
cecitatez quod cum maius esse videatur qm insania
tn eiusmoi est ut furor in sapiente cadere possit non
possit insania Sed hec alia questio est nos ad ppositu
revertamur Cadere opinor in sapiente egritudine tibi
dixisti videri: et vero ita existimo Humani id quide qz ita
existimas non em silice nati sumus: sed est naturale
in animis teneru quiddam atqz molle quod egritudine
quasi tempestate quatiat: nec absurde crantor ille q
in nra achademia vel in pmis fuit nobilis Minime in-
quit assentior his qui istam nescio quam indolentiaz
magnoope laudant: que nec pt ulla esse nec debet
nec egrotassem si is qui fuerat sensus adsit sive secet
quidem sive avellatur a corpe Nam istut nichil dolere
non sine mag mercede contingit immanitat in animo
stuporis in corpe Sed videamus ne hec oro sit hominu
assentantiu nre imbecillitati et indulgentiu mollitudini
Nos autem audeamus non solum ramos amputare
miseriarum: sed oms radicu fibras evellere. tn aliquid re-
linquetur fortasse ita sunt alte stirpes stultitie Sed re-
linquetur id solum quod necessarium erit Illud quidem
sic habeto nisi sanatus animus sit quod sine phia fieri
non pt finem miseriarum nullu fore. quamobrem qm cepi-
tradamus nos ei curandos Sanabimur si volemus et pro-
grediar quidem longius non em de egritudine solum
quamqm id quidem primum sed de omni animi ut ego
posui ptubatione morbo ut greci volunt explicabo
Et pmo si placet stoicorum more agamus: qui breviter

aſtringere ſolent argumenta: deinde meo inſtituto va-
gabimur. q fortis eſt idem eſt fidens quoniam confidens ma-
la conſuetudine loquendi in vicio ponitur ductum verbum
a confidendo quod laudis eſt. Qui aūt eſt fidens: is pro-
fecto non extimeſcit. diſcrepat enim a timendo confidere. Atqui
in quem cadit egritudo in eundem timor: quarum enim
rerum preſentia ſumus in egritudine: eaſdem impendentes
et venientes timemus. Ita fit ut fortitudini egritudo repu-
gnet. Veriſimile eſt igitur in quem cadat egritudo in
eundem timorē et fractionem quandam animi et demiſ-
ſionem: que in quem cadunt: in eundem cadit ut ſerviat
victum ſi quando ſe eſſe fateatur: que qui recipit: recipiat idem
neceſſe eſt timiditatem et ignaviam. Non cadunt aūt
hec in virum fortem. igitur ne egritudo quidem. At nemo
ſapiens niſi fortis: non cadit autem in ſapientem egritudo
preterea neceſſe eſt qui fortis ſit eundem eſſe magni ani-
mi. qui magni animi ſit invictum. qui invictus ſit eum
res humanas deſpicere: atque infra ſe poſitas arbitrari.
Deſpicere autem nemo poteſt eas res propter quas egritudine
affici poteſt. ex quo efficitur fortem virum egritudine nun-
quam affici. omnes aūt ſapientes fortes: non cadit igitur
in ſapientem egritudo. Et quemadmodum oculus contur-
batus non eſt probe affectus ad ſuū munus fungendum
et reliquae partes totumve corpus ſtatu cum eſt motū
deeſt officio ſuo et muneri: ſic conturbatus animus nō
eſt aptus ad exequendum munus ſuū. Munus aūt
animi eſt racione bene uti et ſapientis. animus ita ſemper
affectus eſt ut racione optime utatur. nunquam igitur eſt
perturbatus at egritudo perturbatio eſt animi: ſemper igitur ea
ſapiens vacabit. Veri etiam ſimile illud eſt quod ſit
temperans quem greci appellant eurphona eamque virtu-
tem cinchpotin vocant quam ſoleo equidem tum temperan-
tiam. tum moderationem appellare: nonnunquam etiam
modeſtiā: ſed haud ſcio an recte ea virtus frugalitas ap-
pellari poſſit: quod anguſtius apud grecos valet: qui
frugi homines yppacianos appellant. i. tantummodo utiles.
At illud eſt latius. omnis enim abſtinentia omnis innocen-
tia que apud grecos uſitatum nomē nullum habet: ſed
habere poteſt abaabeian nam eſt innocentia affectio talis
animi que noceat nemini. Reliquas etiam virtutes frugali-
tas continet: que niſi tanta eſſet et ſi hic anguſtus quibus
plerique putant teneretur: nunquam eſſet L. Piſonis co-
gnomen tanto opere laudatum: ſed quia nec qui propter
avariciā clam depoſitum [cot] nec tum preſidium reliquid

quod est ignavie: nec qui propter avaritiam clam depo-
situm non reddidit quod est iniustitie: nec qui propter
temeritatem male rem gessit quod stultitie frugi ap-
pellari solet: eo tres virtutes fortitudinem iustitiam pru-
dentiam frugalitas complexa est Et hoc quidem commune
est virtutum omnes enim inter se nexe et iugate sunt Re-
liqua igitur et quarta virtus ut sit ipsa frugalitas: eius
enim videtur esse proprium motus animi appetentis re-
gere et sedare semperque adversantem libidini modera-
tam in omni re servare constantiam: cui contrarium vitium
nequitia dicitur. frugalitas ut opinor a fruge qua ni-
chil melius e terra. nequitia ab eo et si erit hoc fortasse
durius sed me temptemus lusisse putetur si nichil sit
ab eo quod nec quicquam est in tali homine ex quo idem nichil
dicitur. qui sit frugi igitur vel si magis moderatus et
temperans: eum necesse est esse constantem: qui autem
constans quietum. qui quietus perturbatione omni vacuum
ergo etiam egritudine. et sunt illa sapientis Aberit igitur
a sapiente egritudo Itaque non inscite Eracleotes Dioni-
sius ad ea disputat que apud Homerum Achilles queritur
hoc ut opinor modo Corque meum penitus turgescit
tristi iracundia. Pectus meum ... quod minime timet: at iratus animus eiusmodi est Nunquam
igitur sapiens irascitur: nam si irascitur etiam concupi-
scit proprium est enim irasci cupere a quo lesus videatur
ei quam maximum dolorem inurere: qui autem id
concupierit. eum necesse est si id consecutus sit magno
opere letari Ex quo fit ut alieno malo gaudeat: quod

ne ut irascatur quidem cadit si aut caderet in sapientem

cum non cadit in sapientem egritudo. cadet etiam iracun-
dia: qua quoniam vacat egritudine etiam vacabit Et enim si
sapiens in egritudinem incidere possit: posset etiam in mise-
ricordiam. posset in invidentiam. non dixi in invidiam
que tum est cum invidetur. ab invidendo autem invidentia
recte dici potest ut effugiamus ambiguum nomen invidie quod
verbum ductum est a nimis intuendo fortunam alterius
ut est in Menalippo. quisnam florem liberum invidit
meum. male latine videtur: sed preclare Accius
ut enim videre sic invidere florem rectius: quo nos flori
nos consuetudine prohibemur. poeta ius suum tenuit
et dixit audacius Cadit igitur in eundem et mise-
reri et invidere Nam qui dolet rebus alicuius adversis
idem alicuius etiam secundis dolet ut Theophrastus
interitum deplorans Calisthenis sodalis sui rebus
Allexandri prosperis angitur Itaque dicit Calisthenem
incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna
sed ignarum quemadmodum rebus secundis uti.

conueniret Atq; quemadmodum miſericordia egtudo
eſt ex alterius rebus ſecundis In quem igitur cadet
miſereri in eundem etiam inuidere Non cadit autez
inuidere in ſapientez: ergo ne miſereri quidem q si egre
hec referre ſapiens ſoleret miſerei etiam ſolet abeſt
ergo a ſapiente egtudo hec ſi dicuntur a ſtoicis con-
cluduntur q3 contorcius Sed lacius aliquando diceda
ſunt: et diffuſius ſententiis tn utendum eorum potiſ-
ſimu: qui maxime forti Et ut ita dicam virili utant
racione atq; ſententia Nam pipatetici familiares nri
:quibus nichil eſt uberius nichil eruditius · nichil g-
uio mediocritates uel pturbacionu vel morbo4 animi
michi non ſane probant · omne enī malum eciā medi-
ocre magnū eſt Nos autem id agamus ut id in ſa-
piente nullum ſit omnino · nam ut corpus etiam ſi medi-
ocriter egrum eſt · ſanū non eſt: ſic in animo iſta medio-
critas caret ſanitate Itaq; preclari nri · ut alia multa
moleſtiam ſolicitudinez · angorem propt ſimilitudinem
corpm egrotum egtudinem nominauert Hoc prope
modum vbo greci omnem animi pturbacoz uocat: ap-
pellant enī naon · i · morbum quicunq; eſt motus in
animo turbidus Nos melius · Egris enī corporibus
ſit ſimillima animi ē egtudo An non ſimilis ē egro-
tacionis libido non inmoderata leticia que ē uoluptas
animi elata et geſtiens Ipe etiam metus non ē mor-
bi ad modum ſimilis quamq; egtudini eſt finitimus
Sed proprie ut egrotacio in corpore ſit egtudo in ani-
mo nomen ht non ſeiunctum a dolore Igitur doloris
huius origo nob explicanda eſt · i · cauſa efficiens egtu-
dinem in animo tanqm egrotacom in corpe Nam
vt medici cauſa morbi inuenta curacom eſſe inuenta
putant: ſic nos cauſa egtudinis repta medendi fa-
cultatem repiemus Eſt igitur cauſa omis in opinioe
nec vero egritudinis ſolum: ſed eciam reliqru omnu
pturbacionuz que ſunt genere quatuor ptibz plures
Nam cum omis pturbacio ſit animi motus uel ra-
cionis exps · uel racioni aſpernans · uel racioni non
obediens iſtq; motus aut boni aut mali opinione
citetur biffaria: quatuor pturbaciones equalit diſt-
bute ſunt · nam due ſunt ex opinione boni: quaru
altera uoluptas geſtiens · i · pter modum elata leti-
cia opinione pntis magni alicuius boni racioni non
obtemperans uel cupiditas recte uel libido dici pt ·
Ergo hec duo genera uoluptas geſtiens et libido bono-
rum opinione turbant ut duo reliqua metus et
egtudo maloruz Nam metus opinio magni mali

impendentis · et egritudo eſt opinio magni mali pñt
Et quidem recens opinio talis mali ut in eo videatur
rectum eſſe angi Id aũt eſt ut is qui doleat oportere
opinetur ſe dolere His aũt pturbationibꝫ : quas in
vita hoĩm ſtulticia quaſi quaſdam furias immittit
atqꝫ incitat omnibꝫ viribꝫ atqꝫ opibꝫ impugnãdum eſt
ſi volumus hoc quod datum eſt vite tranquille placi-
deqꝫ traducere Sed cetera alias nunc egritudines ſi poſſumus
depellamus Id enĩ ſit propoſitum quando quidem etiã
tu videri tibi in ſapientem cadere dixiſti : quod ego nullo
modo exiſtimo Tetra enĩ res eſt miſera · deteſtabilis
omni contemptione uelis ut ita dicam · remis qꝫ fugien-
da : qualis enĩ tibi ille videtur Tantalo prognatus
pelopenatus qui quondam a ſocero Oenomao rege
Ypodamiam raptis nactus nuptiis Iovis iſte quidem
pronepos · tam ne ergo abiectus tam ne fractus nolite
inquit hoſpites ad me uenire illico iſtic ne contagio mea
bonis umbra ne obſit · tanta vis ſceleris in corpore
heret Tu echieſta damnabis orbabiſqꝫ luce propter
vim ſceleris alieni : quid illum filium ſolis : nonne patris
ipſius luce indignum putas : refugẽ oculi corpus macie
extabuit · lacrime perdidere humorem · exangues genas
ſitu mitoris barba pedore horrida atqꝫ intonſa infu-
ſcat pectus illuvie ſcabrum Hec mala o ſtultiſſime
tota ipſe tibi addidiſti Non inerant in his que tibi ca-
ſus invexerant Et quidem inveterato malo cũ tumor
animi reſediſſet Eſt autem egritudo ut docebo in opi-
nione mali recentis Sed meres · videlicet regni deſi-
derio non filie Illam enĩ oderas et iure fortaſſe re-
gno non equo animo carebas Eſt autem impudens
luctus merore ſe conficientis qđ imperare non liceat liberis
Dyoniſius tyrannus Syracuſis expulſus Corinthi
pueros docebat : uſqꝫ eo imperio carere non poterat
Tarquinio vero quid impudentius qui bellum gereret
cum his qui eius non tulerant ſupbiam Is cum
reſtitui in regnũ nec vegentiũ : nec Latinoꝝ armis
potuiſſet Cumas contuliſſe ſe dicitur in qua urbe ſe-
nio et egritudine eſſe confectus Hoc tu igitur cenſes
ſapienti accidere poſſe ut egritudine opprimatur · i · mi-
ſeria Nam cum omnis perturbatio miſeria ẽ · tum
carnificina eſt egritudo · habet ardorẽ libido levita-
tem letitia geſtiens humilitatẽ metus · Sed egritudo
maiora quedam · tabem · cruciatum · afflictionẽ feditã-
tem · lacerat exeſt animũ planeqꝫ conficit hanc ni
exuimus ſic ut abiciamus miſeria carere non
poſſumus : atqꝫ hoc quidem pſpicuum eſt · tu egritudinẽ

existere cum quid ita visum sit ut magnum quoddam malum adesse et urgere videatur Epicuro autem placet opinionem mali egritudinem esse natura[l]em quicumque in tueatur in aliquod maius malum si id sibi accidisse opinetur sit in continuo in egritudine Cyrenaici non omni malo egritudinem effici censet sed insperato et nec opinato malo: est id quidem non mediocre ad egritudinem augendam: videntur enim omnia repentina graviora: et hec et illa iure laudantur
Ego cum genui: tum morituros scivi et ei rei sustuli
preterea ad troiam cum misi ad defendendam greciam sciebam me mortiferum bellum non in epulas mittere hec igitur premeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum que venientia longe ante videris Itaque apud Euripidem a theseo dicta laudantur: licet enim sepe facimus in latinum ipsa convertere nam qui hec audita a docto meminissem viro futuras mecum cometabar miserias: aut morte acerbam: aut exilii mestam fugam: aut semper aliquam molem meditabar mali: ut si qua invecta diritas casu foret: ne me imperatum cura laceraret repens: quod autem theseus a docto se audisse dicit: id de ipso loquitur Euripides fuerat enim anaxagore auditor: quem ferunt nunciata morte filii dixisse Sciebam me genuisse mortalem que vox declarat his esse hec acerba quibus non fuerint cogitata: ergo id quidem non dubium quando omnia que mala putentur sint improvisa graviora Itaque quamquam non hec una res efficiat maxima egritudinem: tamen cum ante multum prodest provisio animi et preparatio ad minuendum dolorem Sint semper omnia homini humana meditata Et nimirum hec est illa prestans et divina sapientia et perceptas penitus et pertractatas res humanas habere Nihil admirari cum acciderit: nihil antequam evenerit non evenire posse arbitrari Quamobrem omnes quibus secunde res sunt maxime tum maxime meditari secum oportet quo pacto adversam erumnam ferant pericula dampna peregre rediens semper secum cogitet: aut filii peccatum: aut uxoris mortem: aut morbum filie communia esse hec: ne quod horum umquam accidat animo novum quicquid preter spem eveniat: omnia id deputare esse in lucro Ergo hoc terentius a philosophia sumptum tam commode dixerit: nos e quo

fontibꝫ id hauſtum eſt non et dicamus hoc melius
et conſtantius ſentacimus hic eſt enim ille vultus ſp
idem quem dicitur xantippe predicare ſolita in viro
ſuo fuiſſe Socratem eodem ſemper ſe vidiſſe exeuntē
illum domo et reuertentē; hec vero eadem frons erat
: que Craſſi illius veteris : quem ſemel ait in omni vita
riſiſſe lucius : ſed tranquilla et ſerena / ſic enim accepi
Quare autem erat ſemper idem vultus cum mentis q̄
rs fingitur nulla fieret mutacio Quare accipio eā
dem a Cyrenaicis hec arma contra caſus et euētus
: quibus eorum aduenientes impetus diuturna premedi
tacione frangantur ſimulꝗ iudico malum illud opini
onis eſſe non nature Si enim in re eſſent cur fierent
prouiſa leuiora Sed eſt hiſdem de rebꝫ quod dici pt ſubtili
ſi prius epicuri ſentenciā viderimus : q̄ cenſet neceſſe
eſſe omnis in egritudine eſſe qui ſe in malis eſſe arbitre
tur ſiue illa ante prouiſa et expectata ſint ſiue inue
terauerit Nam neqꝫ uetuſtate minui mala nec fieri
premeditata leuiora : ſtultamqꝫ etiam eſſe meditacionē
futuri mali aut fortaſſe ne futuri quidem : Satis eſſe
odioſum malum omne cum veniſſet : qui aūt ſp cogita
uiſſet accidere poſſe aliquid aduerſi ei fieri illud ſempit
num malum Si uero ne futurum quidem ſit fruſtra ſuſci
pi miſeriā uoluntariā Ita ſemper augi aut accipiendo
aut cogitando malum Leuacōm aūt egritudinis in dua
bus rebus ponit Auocacione cogitanda moleſtia et
reuocacione ad contemplandas uoluptates parere enim
cenſet animum racioni poſſe : et quo illa ducat ſequi
vetat igitur racio intueri moleſtias : abſtrahit ab ac
bis cogitacionibꝫ : hebetem aciem ad miſerias contem
plandas a quibꝫ cum cecidit receptui impellit rurſum
Et incitat ad conſpiciendas / totaqꝫ mente contrectā
das varias voluptates : quibus ille et preteritarum
memoria et ſpe conſequenciū ſapientis vitam refer
tam putat hec nr̄o more nos dixim⁹ epicurei dicūt
ſuo Sed que dicant videam⁹ quō negligamus pri
cipio male reprehendunt premeditacōm rerum futurarꝫ
Nichil eſt enim qd tam obtundat leuetqꝫ egritudinē
quam perpetua in omni vita cogitacio Nichil eſſe quod
non accide̅ poſſit quam meditacio condicionis humane
quam vite lex comencioqꝫ parendi : que non hoc affert
ut ſemp mereamus : ſed ut nunquam : neqꝫ enim q̄ rerum
naturam qui vite varietate : qui imbecillitatem gnīs
humani cogitat meret cum hec cogitat : ſed cum

vel maxime sapientie fungitur munere Totumque
enim in sequitur uti considerandis rebus humanis propo
phie fruatur officio et adversis casibus triplici consolaci
one sanetur primum quod posse accidere diu cogitaverit
que cogitatio una maxime molestias omnes extenuat
et diluit deinde quod humane ferenda intelligit postremo
quod videt malum nullum esse nisi culpam: culpam autem
nullam esse cum id quod ab homine non potuerit pre
stari evenerit nam revocatio illa quam affert cum a
contuendis nos malis avocat nulla est Non est enim in
nostra potestate fodicantibus his rebus quas malas esse opi
nemur dissimulatio vel oblivio lacerant vexant sti
mulos admovent ignes adhibent respirare non sinunt
Et tu oblivisci iubes quod contra naturam est: quia
natura datum est auxilium extorqueas inveterati dolo
ris Est enim tarda illa quidem medicina: sed tamen magna
quam affert longinquitas et dies Iubes me bona cogitare
oblivisci malorum Diceres aliquid et magno quidem
philosopho dignum: si ea bona esse sentires que essent
homine dignissima Pithogoras mihi si diceret aut Socra
tes aut Plato quid iaces aut quid meres: aut cur
succumbis cedisque fortune: que pervellere te forsitan
potuerit et pungere non potuit certe vires frangere
magna vis est in virtutibus eas excitato si forte dormi
unt Iam tibi aderit princeps fortitudo que te animo
tanto esse coget: ut omnia que possint animi evenire
contemnas et pro nichilo putes Aderit temperancia
que est eadem moderatio a me quidem paulo ante
appellata frugalitas: que te turpiter et nequiter nichil
facere patiatur Quid est autem nequius aut turpius effe
minato viro: ne iusticia quidem sinet te ista facere
cui minimus esse videtur in hac causa loqui: que ta
men ita dicet dupliciter esse te iniustum cum et alienum
appetas qui mortalis natus condicionem postules
immortalium et graviter feras te quod utendum acce
pis reddidisse Prudentie vero quid respondebis docenti
virtutem sese esse contentam quo ad bene vivendum
sit etiam ad beate: que si extrinsecus religata pen
deat et non oriatur a se et rursus ad se revertatur
Et omnia sua complexa nichil querat aliunde non in
telligo cur aut verbis tam vehementer ornanda aut
re tantoopere expetenda videatur Ad hec bona si
revocas me Epicure pareo sequor utor te ipso duce
obliviscor etiam malorum ut iubes eoque facilius quod ea
ne in malis quidem ponenda censeo sed traducis:

cogitatões meas ad voluptates : quas corpis credo
ut que propt corpus uel recordatõe uel ſpe cogiten-
tur Numquid eſt aliud : recte ne interpretetur ſententiaz
tuam ſolent enĩ iſti negare nos intellige quid dicat
Epicurus hoc dicit et hoc ille egriculus me audiente
athenis ſenex zeno iſtorum acutiſſimꝰ contendere
et magna voce dice ſolebat : eum eſſe beatũ q̄ pñtibz
voluptatibz frueret confideretq̄ ſe futurũ aut in om̃
aut in mag pte uite dolore non interueniente : aut
ſi interueniente ſi ſũmus foret futũ breuem ſin pro-
ductior plus habiturũ iocundi q̃m mali hec cogitan-
tem fore btũ pſertim ſi et ante pceptis bonis con-
tentus eſſet nec mortem nec deos extimeſcet habes
formã Epicuri vite beate v̄bis zenonis expſſam : nichil
hic poſſit negari · q̄d ergo huiꝰ ne uite propoſito et
cogitato aut thieſtez leuare poterit aut oetam de quo
paulo ante dixi ut thelamonem pulſum patria ex-
ultante atq̄z egente in quo hec admiratio fiebat
hiccine eſt ille thelamõ modo quem glïa ad celum
extulit : que aſpectabat : cuiꝰ ob os grai ora obuer-
tebant ſua qꝫ ſi cui ut ait idem ſimul animꝰ con-
cidit a q̄uibz illis antiq̄s phis petenda medicina
ẽ : ſi non ab his uoluptatꝫ : quarũ enĩ iſti bonorũ
copiam dicunt : fac ſane eſſe ſũmũ bonũ non dolere
quamq̄ id non vocatur uoluptas ſed non nũc ẽ om-
nia : id ne eſt quo traducti luctum leuemus ſit ſa-
ne ſũmũ bonũ malũ dolere In eo igit qui non eſt
ſine malo carere continuo ne fruitur ſummo bono ·
quid tergiuerſam̃ epicure nec fatemur eam nos dice
uoluptatẽ : quã tu idem cum ad nos pfricuiſti ſoles di-
ce ſunt hec tua v̄ba : nec ne in eo quidem libro qui
continet omez diſciplinã tuam · fungar enĩ iam inter-
pretis munere : ne quis me putet fingere dicis hec
· nec quidem ab eo q̄d intelligam bonũ illud detrahes
· eas voluptates que ſapore pcipiuntur detrahes eas
que auditu et cantibz · detrahens eas etiam que ex
formis pcipiunt oculis ſuaues motiones ſiueq̄ alie
voluptates in toto homĩe gignuntur quolꝫ ſenſu
nec vero dici ita pt mentis leticiã ſolam eſſe in bo-
nis letantẽ enĩ mentez ita noui ſpe corp omnium
que ſup dixi : ut naturalis potiens dolore careat
· atq̄z hec quidem his verbis quiuis ut intelligat q̄
uoluptatẽ norit Epicurus : deinde paulo infra ·

Sepe queſiui inquit ex his qui appellabantur ſapie-
tes quid haberent qđ in bonis relinquerent ſi illa detraxiſ-
ſent niſi ſi uellent uoces inanes fundere nichil ab his
potui cognoſcere : qui ſi uirtutes ebullire uolent et ſapi-
entias nichil aliud dicent niſi eam viam qua efficia-
tur he uoluptates quas ſupra dixi que ſequuntur in ea-
dem ſententia ſunt totuſqꝫ liber qui eſt de ſummo bono
refertus et verbis et ſententijs talibꝫ adhanccine igitur
vitam thelamonem illum reuocabis ut leues egritudi-
nem Et ſi quem tuorum afflictum merore videris
huic accipiens rem potius quam aliquem ſocraticum
libellum dabis hiatali hortabere ut audiat vocem po-
cius quam platonis exponens qđ expectat florida et varia
faſciculum ad nares admouebis incendes odores et ſerti
redimiri iubebis et roſa Si vero aliquid etiam tum pla-
ne luctum omnem abſterſeris Hec epicuro confitenda ſt
ut ea que modo expreſſa ad verbum dixi tollenda de li-
bro uel totus liber potius abiciendus Eſt enim confertus
uoluptatibꝫ Querendum igitur quemadmodum egritudine
priuemus eum qui ita dicat pol mi fortuna magis nunc
deſit quam genus namqꝫ regnum ſuppetebat michi
vt ſcias quanto e loco quantis opibꝫ quibꝫ de rebus
lapſa fortuna accidat : quid huic calix mulſi impin-
guendus eſt ut plorare deſinat : aut aliquid eiuſmoi
Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta ex opibus ſum-
mis opis egens hector tue huic ſubuenire tu debes :
querit enim auxilium quid petam preſidij aut exequar
quo ue nunc auxilio exilij aut fuga freta ſim arce et
vrbe orba ſum quo accedam quo applicem cui nec
are patrie domi ſtant fracta et disiecta iacent fana
flamma deflagrata toſti alij ſtant parietes deformati
atqꝫ abiete criſpa Scitis que ſequantur et illum primis
o pater o patria o priami domus ſeptum altiſono
cardine templum vidi ego te aſtantem ope barbari-
ca tectis celatis laqueatis auro ebore inſtructam regi-
ficem o poetam egregium quamquam ab his cantoribus
euforionis contemnitur ſentit omnia repentina et nec
opinata eſſe grauiora Exaggeratis igitur regis opibꝫ
que videbantur ſempiterne fore quid adiungit hec omnia
vidi inflammari priamo vitam euitari iouis ara ſan-
guine turpari preclarum carmen eſt enim et rebꝫ et verbis
et modis lugubre Eripiamus huic egritudinem quo
collocemus inculcata plumea pſaltriam aduocamus
damus phedricium incendamus ſcutellam dulciculę
potionis aliquid videamus et cibi Hec tandem bona

sunt: quibus egritudines grauissime detrahantur: tu
enim paulo ante ne intelligere te quidem alia multa dice
bas Reuocare igitur oportet ea merore ad cogitationem
bonorum conueniret in cum epicuro si quod esset bonum Con
ueniret dicet aliquis quid ergo tu epicurum existimabis
ita uoluisse aut libidinosas eius fuisse sententias Ego
vero minime Video enim ab eo dici multa seuere multa pre
clare Itaque ut sepe dixi de acumine agitur eius non de re
bus quamuis aspernant uoluptates eas quas modo laudant
ego autem meminero quod uideatur ei summum bonum: non
enim verbo solum posuit uoluptatem sed explanauit quod diceret
Saporum inquit et corporum complexum et ludos atque can
tus et formas eas quibus oculi iocunde moueantur: non
fingo non mentior cupio refelli quid enim laboro nisi ut
veritas in omni questione explicetur Et idem ait non crescere
uoluptatem dolore detracto summamque uoluptatem nichil
dolere paucis verbis tria magna peccata vnum quod secum
ipse pugnat modo enim ne suspicari quidem se quicquam bonum
nisi sensus quasi titillarentur uoluptate Nunc autem summam
uoluptatem esse dolere carere potest ne magis secum ipse
pugnare Alterum peccatum quod cum in natura tria sint vnum
gaudere alterum dolore: nec tertium nec dolore nec gaude
hic primum et tertium putat idem esse nec distinguit a dolen
do uoluptatem Tertium peccatum commune cum quibusdam quod cum
virtus maxime expetatur eiusque adipiscende causa
philosophia quesita sit Ille a virtute summum bonum separauit at
laudat sepe virtutem et quidem C Gracchus cum lar
gitiones maximas fecisset et effudisset erarium: verbis
tamen defendebat erarium quid verba audiam cum facta
videam piso ille frugi semper contra legem frumen
tariam dixerat: is lege lata consularis ad frumen
tum accipiendum venerat Animaduertit gracchus in
contione pisonem stantem querit audiente populo romano quid
sibi constet cum ea lege frumentum petat quam dissua
serit Nolim inquit mea bona gracce tibi uiritim diuide
libeat sed si facias partem petam parum ne declarauit
vir grauis et sapiens lege Semproma patrimonium
publicum dissipari lege orones gracci promi erary
esse dices Negat epicurus iocunde posse viui nisi cum
virtute viuatur: negat ullam in sapiente vim esse for
tune tenuem victum antefert copioso negat ullum esse
tempus quo sapiens non beatus sit omnia philosopho dig
sed cum voluptate pugnantia Non istam dicit volup
tatem dicit quamlibet: nempe eam dicit in qua virtus

nulla pars miſte Age ſi voluptatem non intelligimus
ne dolorem quidem : nego igitur eum eſſe : qui dolorez
ſūmū malum metiatur mentionē facere v̄tutis Et
queruntur quidem epicurei viri optimi : nam nulluz
genus eſt minus malitioſum me ſtudioſe dicē contᵉ
epicurum Ita credo de honore aut de dig̃tate conten-
dim⁹ michi ſūmū in animo bonū videtur : illi aūt
in corpore michi in v̄tute · illi in voluptate · et illi pu-
gnant et quidem vicinorū fidem implorāt : multi aūt
ſunt qui ſtatim conuolent Ego ſum is qui dicam me
non laborare actum habituruz quod egerit · quid eñ
de bello punico agitur de quo ipo cum aliud · M · Catoni
aliud · l · lentulo videretur nulla inter eos concertatio
vnq̄m̄ fuit · hi nimis iracunde agunt · p̄ſertim cum
ab his non ſatis animoſa defendat̄ ſententia · pro qua
non in ſenatu · non in concione · non apud exercitū neq̧
ad cenſores dicere audeant Sed cum iſtis alias : et eo
quidem animo nullum ut t̃tamen iuſticia verum
dicentibꝫ facile cedam : tantū amonebo ſi maxime
vm ſit ad corpus omīa referre ſapientez : ſiue ut ho-
neſtius dicam nichil facē niſi quod expediat ſiue oīa
referre a vtilitate ſuām q̃m hec plauſibilia nō ſunt
: ut in ſignū gaudeant glorioſe loqui deſinant Cyre-
naicorum reſtat ſententia q̇ tuam egritudinē cenſent
exiſtere ſi nec opinato quid euenit : et id quidē ma-
gnū ut predixi etiā Cryſippo ita uideri ſcio quod p̄-
uiſum ante ſit id fieri vehementius Sed non ſūt in
hoc omīa : q̃uiq̧ hoſtiū repens aduentus mag̃ ali-
quando conturbat q̃m̄ expectatꝰ et magis ſubita te-
peſtas : q̃ ante prouiſa terret nauigantes vehementius
Et euiſmoi ſunt pleraq̧ Sed cum diligent̄ nec opina-
torum nām conſidēs · nichil aliud reperias : niſi omīa
videri ſubita maiora equidē ob duas cauſas : p̄rimū
q̧ q̇nta ſint que accidūt conſiderandi ſpaciūm nō dat̄
: deinde cum videtur p̄caueri potuiſſe ſi prouiſū eēt
quaſi culpa contractum mali egritudine acriorē fac̄
: quod ita eſſe dies declarat : que procedens ita mitigat
ut hiſdem malis manētibꝫ nō mō leuiat̄ egritudo : ſed
in pleriſq̧ tollat̄ Carthaginenſes mlti rome ſuiert
Macedones rege perſe capto vidi etiam in pelopō
cum eſſem adoleſcens quoſdam Corinthios · hi poterat
omīs eadem illa de andromacha deploraſſe · hec oīa
vidi : ſed iam decantauerat fortaſſe : eo eñ erant vltu
orone · omī reliquo motu et ſtatu : ut eos arguios aut

Sicionios dites: magiſtratus memorat Corynthi ſubito aspecta parietinis ne qua ipſos Corinthios quorum animis diuturna cogitacio callum vetuſtatis abduxerat. legimus librum Clytomachi: quem ille euerſa carthagine miſit conſolandi cauſa ad captiuos ciues ſuos In eo eſt diſputacio ſcripta Carneadis quam ſe ait in comentarium retuliſſe cum ita poſitum eſſet videri fore in egritudine ſapientem patria capta que Carneades contra dixerit ſcripta ſunt: tanta igitur calamitatis preſentis adhibetur a philoſopho medicina quanta inueterata nec deſideratur quidem: nec ſi aliquot annis poſt idem ille liber captiuis miſſus eſſet vulneribus mederetur ſed cicatricibus ſenſim enim et pedetemptim progrediens extenuatur dolor. non quo ipſa res immutari ſoleat aut poſſit. ſed id quod racio debuerat uſus docet minora eſſe ea que ſint viſa maiora. quid ergo opus eſt dicet aliquis racione aut omnino conſolacione ulla qua ſolemus uti cum leuare dolorem merencium volumus hoc enim fere tum habemus in promptu nichil oportere inopinatum videri aut quod tollerabilius feret incommodum qui cognouerint. neceſſe eſt homini tale aliquid accidere Hec enim oracio de ipſa ſumma mali nichil detrahit. tantummodo affert nichil euenisse quod non opinandum fuiſſet: neque tamen genus id oracionis in conſolando non valet: ſed id haud ſciam an plurimum: ergo iſta nec opinata non habent tantam vim ut egritudo omnis ex his oriatur. feriunt enim fortaſſe grauius ne id efficiunt ut ea que accidant maiora videantur quia recencia ſunt maiora videantur non quia repentina.

Duplex eſt igitur racio veri repperiendi non in his ſolum que mala: ſed in his etiam que bona videntur. Nam ut de ipſius rei natura qualis et quanta ſit querimus ut de paupertate non nunquam cuius onus diſputando leuamus docentes quam parua et quam pauca ſunt que natura deſideret aut a diſputandi ſubtilitate oratorem ad exempla traducimus hic ſocrates commemoratur: hic dyogenes: hic cecilianum illud ſepe eſt etiam ſub palliolo ſordido ſapientia Cum enim paupertatis una eademque ſit vis quid nam dici poteſt quamobrem C. fabricio tollerabilis ea fuit alii negent ſe ferre poſſe Huic igitur alteri generi ſimilis eſt ea racio conſolandi que docet huma eſſe que acciderint. non enim id ſolum continet ea diſputacio ut cognitionem afferat generis humani: ſed ſignificat tollerabilia eſſe que tulerunt et ferant ceteri De paupertate agitur multi pacientes pauperes commemorantur. de contemnendo honore multi inhonorati proferuntur

Et quidem idipm beaciores eorum putatum otiu nego
cys publicis ante tulerunt nominati vita laudant' hec
ſiletur illud potentiſſimi regis anapeſtum qui laudat
ſenem et fortunatu eſſe dicit qꝫ inglorius ſit atq̧ igno
bilis ad ſupremu diem peruenturus Similit' comemo
randis exemplis orbitates quoq̧ liberoꝝ pdicantur
eorumq̧ qui grauius ferunt luctus alioꝝ exemplis le
niuntur Sic perpeſſio ceteroꝝ facit: ut ea que acciderit
multo minora quam quanta ſint extimata videantur
Ita fit ſenſim cogitantibꝫ et quantu ſit ementita opi
nio appareat: atq̧ hoc idem et thelamon ille declarat
Ego cum genui tum morituros ſciui et ei rei ſuſtuli
et theſeas futuras metum meditabat' inſclas et ana
xagoras ſciebam me genuiſſe mortalem hi enim oms
diu cogitantes de rebꝫ huanis intelligebant eas neq̃
qm pro opinione volgi eſſe extimeſcendas Et michi
quidem videtur idem fere accidere is qui ante medi
tantur qꝫ his quibus medet' dies niſi quod racoe qda
ſanat illos hos ipa natura intellecto eo qꝫ rem illud
continet malum quod opinatum ſit maximu eſſe ne
quaqm eſſe tantum ut vitam beatam poſſit euertere hoc
igitur efficitur ut ex illo nec opinato caſus euenit. Ita
qꝫ dicimus nonnulli plaga maior ſit non ut illi pu
tant ut cum duobus pares caſus euenerint is modo
egritudine afficiatur: cui ille nec opinato caſus euenit
Itaq̧ dicuntur nonnulli in merore cum de hac communi
hominu conditione audiuiſſent ea legē eſſe nos natos
ut nemo in ꝑpetuu eſſe poſſet exps mali grauius etiā
tuliſſe. quocirca Carneades uideo nrm ſcribere anthi
ochum reprehendere Criſippum ſolebat laudantem
Euripidem carmen illud. Mortalis nemo eſt quē
non attingit dolor morbusq̧. multi ſunt huma
di liberi. rurſum creandi. morsq̧ eſt finitas omnibus
que genere humano angor eſt ne quicq̧ afferat. red
denda terre eſt terra. tum vita omnibus metenda ut fru
ges. Sic iubet neccitas. negabat genus hoc orationis
quicqm omnino ad leuandam egritudinē ptinē Id ei
ipm dolendum eſſe dicebat qꝫ in tam crudelē neceſſi
tatem incidiſſemus Nam illam quidem orom ex co
memoratone alienorum malorum ad maliuolos co
ſolandos eſſe accomodatā: m non longe videt' ſecus
nam et neceſſitas ferende conditoms huane quaſi
cum deo pugnare cohibet ammonetq̧ eſſe hominem
que cogitatio magnoope luctum leuat et enumera
cio exemploꝝ non ut animū maliuoloꝝ oblectet
affertur: ſed ut ille qui meret ferendum ſibi id cenſeat

quod videat multos moderate et tranquille tuliſſe
omnibus enim modis fulciendi ſunt qui ruunt: nec cohe-
rere poſſunt propter magnitudinem egritudinis et quo
ipſam egritudinem Criſippus quaſi ſolutionem totius ho-
minis appellatam putat: que tota poterit evelli ex-
plicata ut principio dixi cauſa egritudinis Eſt enim nul-
la niſi opinio et iudicium magni preſentis atque urgentis
mali Itaque et dolor corporis cuius morſus eſt acerri-
mus perfertur ſpe propoſita et quo ipſam egritudinem
boni et acta etas honeſte et ſplendide tantam affert
conſolationem: ut eos qui ita vixerint aut non attingat
egritudo aut perleviter pungat animi dolor ſed ad hanc
opinionem magni mali: cum illa etiam opinio acceſ-
ſit oportere rectum eſſe ad officium pertinere ferre illud
egre quod acciderit: tum denique efficitur illa gravis egri-
tudinis perturbatio et ex hac opinione ſunt illa varia
Et deteſtabilia genera lugendi pedores muliebres la-
cerationes genarum pectoris feminum capitis percuſſiones
Hinc ille agamenon homericus et idem accianus
ſcindens dolore identidem intonſam comam In quo
facetum illud bionis perinde ſtultiſſimum regem in luc-
tu capillum ſibi evellere quaſi calvicio meror leva-
retur ſed omnia faciunt opinantes ita fieri oportere
Itaque et Eſchines in demoſthenem invehitur quod is
ſeptimo die poſt filie mortem hoſtias immolaviſ-
ſet At quam rethorice quam copioſe quas ſententias
colligit: que verba torquet: ut licere quidvis re-
thori intelligas que nemo probaret niſi inſitum illud
in animis haberemus omnes bonos interitu ſuo-
rum quam graviſſime merere oportere Ex hoc evenit
ut in animi doloribus alii ſolitudines captent ut
ait homerus de bellorofonte qui miſer in campis
merens errabat aleis Ipſe ſuum cor edens ho-
minum veſtigia vitans Et nioba fingitur lapidea
propter eternum credo in luctu ſilentium hecubam
autem putant propter animi acerbitatem quandam
Et rabiem fingi in canem eſſe converſam Sunt autem
alii quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui ſepe
delectat: ut illa aput Ennium nutrix cupido cepit
miſeriam nunc me proloqui celo atque terre me-
dee miſerias Hec omnia recta vera debita puta-
tes faciunt in dolore maximeque declaratur hoc quaſi
officii iudicio fieri quod ſi qui forte cum ſe in luctu

esse uellent aliquid fecerunt humanius: aut si hila-
rius locuti sunt reuocant se rursus ad mesticiam peccati
que se insimulant quod dolere intermiserint. Pueros vero
matres et magistri castigare etiam solent: nec verbis
solum sed etiam uberibus si quid in domestico luctu hy-
larius ab his factum est aut dictum plorare cogunt. quid
ipsa remissio luctus cum esset consecuta intellectaque
est nihil profici merendo. nonne res declarat fuisse
totum illud voluntarium quid ille terentianus ipse
se penitens .i. Epayeonei Decreui tantis iniurie chre-
mes meo gnato facere dum fiam miser hic decernit
: ut miser sit. Num quis igitur quicquam decernit inuitus
. malo quidem me quouis dignum deputem. malo se di-
gnum deputat nisi miser sit. Vides ergo opinionis esse
non nature malum quid quod res ipsa lugere prohibet
ut apud homerum quottidiane neces interitusque sedati-
onem merendi afferunt: apud quem ita dicitur Namque
nimis multos atque omni luce carentes Cernimus ut ne-
mo possit merore vocare: quo magis est equum tumulis
mandare peremptos firmo animo et luctum lacrimis
finire diurnis Ergo in potestate est abicere dolorem cum
velis tempori servientem An est ullum tempus quoniam
quidem res in nostra potestate est cui non ponende cure egri-
tudinis causa seruiamus Constabat eos qui concidentem
vulneribus Cn. pompeium vidissent cum in illo ipso
acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent quod se
classe hostium circumfusos viderent: nihil aliud tum
egisse nisi uti remiges hortarentur: et ut salute adi-
pisterentur fuga. posteaquam Tyrum venissent tum afflic-
tari lamentarique cepisse Timor igitur ab his egritudi-
nem potuit repellere ratio at sapientia vera non pote-
rit. quid est autem quod plus valeat ad deponendum
dolorem quam cum est intellectum nihil proficiet frustra
esse susceptum Si igitur deponi potest etiam non suscipi potest
Voluntate igitur et iudicio suscipi egritudinem confiten-
dam est: idque indicat eorum patientia qui cum multa sint
sepe perpessi: facilius ferant quicquid accidit obduruisse
iam quia se contra fortunam arbitrantur: ut ille apud
Euripidem Si mihi nunc tristis primum illuxisset dies Nam
tam erumnoso nauigassem salo esset dolenti causa
Et iniecto eculei freno repente tactu exagitantur nouo
Sed iam subactus miseriis obtorpui Defatigatio igitur
miseriarum egritudines cum faciat leniores intelligi
necesse est non rem ipsam atque causam fontem esse

meroris. philosophi summi nequidum tamen sapientiam
consecuti nonne intelligunt in summo se malo esse. Sunt
enim insipientes: neque insipientia nullum maius malum
est: neque tamen lugent quid ita quia huic generi malorum
non affingitur illa opinio rectum esse et equum et ad officium
pertinere egre ferre quod sapiens non sis: quod idem affingimus
huic egritudini in qua luctus inest que omnium maxima est
Itaque aristoteles veteres philosophos accusans qui existimavisset
philosophiam suis ingeniis esse perfectam ait eos aut stultissimos
aut gloriosissimos fuisse sed se videre quod paucis annis ma-
gna accessio facta esset brevi tempore philosophiam plane ab-
solutam fore Theophrastus autem moriens accusasse na-
turam dicitur quod cervis aut cornicibus vitam diuturnam
quorum id nihil interesset: hominibus quorum maxime in-
terfuisset tam exiguam vitam dedisset: quorum si etas
potuisset esse longinquior futurum fuisse ut omnibus perfectis
artibus omni doctrina hominum vita erudiretur: querebatur
igitur tum se cum illa videre cepisset: extingui: quid
ex ceteris philosophis nonne optimus et gravissimus quisque con-
fitetur multa se ignorare et multa sibi etiam atque etiam
esse discenda: neque tamen cum se in media stultitia qua
nihil est peius herere cum intelligant egritudine pre-
muntur Nulla enim admiscetur opinio officiosi doloris
quid qui non putant lugendum viris qualis fuit
quintus maximus efferens filium consularem qualis lu-
cius paulus duobus paucis diebus amissis filiis qualis
Marcus Cato pretore designato mortuo filio quales
reliqui quos in consolatione collegimus: quid hos aliud
placavit nisi quod luctum et merorem esse non putabant
viri: ergo id quod alii rectum opinantes egritudini se solent
dedere: id hi turpe putantes egritudinem repulerunt: ex
quo intelligitur non in natura: sed in opinione esse egri-
tudinem Contradicuntur hec: quis tam demens ut sua
voluntate mereat: natura affert dolorem cui quidem
crantor inquiunt vester cedendum putat premit
enim atque instat: nec resisti potest Itaque oyleus ille apud
sophoclem qui thelamonem antea de aiacis morte
consolatus esset is cum audivisset de suo fractus est
de cuius commutata mente sic dicitur Nec vero tanta
preditus sapientia quisquam est: qui aliorum erumnam
dictis allevans non illa ad alios dicta et precepta
excitant hec cum disputant hoc student efficere

nature obsisti nullo modo posse hi tamen fatentur grauiores egritudines suscipi quam natura cogat que est igitur amentia: ut nos quoque idem ab alys requiramus Sed plures sunt cause suscipiendi doloris primum illa opinio mali: quo viso atque persuaso egritudo insequitur necessario Deinde etiam gratum mortuis se facere si grauiter eos lugeant arbitrantur accedit supersticio muliebris quedam Existimant enim dys immortalibus se facilius satisfacturos: si eorum plaga perculsi afflictos se et stratos esse fateantur Sed hec inter se quam repugnent plerique non vident laudant eos qui equo animo moriantur: qui equo animo alterius morte ferant: eos putant vituperandos quasi fieri ullo modo possit quod in amatorio sermone dici solet: ut quisquam plus alterum diligat quam se preclarum est ut si quis recte quoque et verum: ut eos qui nobis carissimi esse debeant: eque ac nosmetipsos amemus: at vero plus fieri nullo pacto potest: ne optandum quidem est in amicitia ut me ille plus quam se: ego illum plusquam me perturbatio vite si ista sit: atque officiosorum omnium consequitur Sed de hoc alias: nunc illud satis est non attribuere ad amissionem amicorum miseriam nostram: ne illos plusquam illi velint si sentiant plus certe quam nosmetipsos diligamus Nam quod aiunt plerosque consolationibus nichil leuari: adiunguntque consolatores ipsos confiteri se miseros cum ad eos impetum suum comiterit prerumque dissoluitur Sunt enim ista non nature vitia sed culpe stulticia aut accusare quamuis copiose licet: nam et qui non leuantur ipsi ad miseriam inuitant: et qui suos casus aliter ferunt atque ut aliores aly ipsi ferunt non sunt vitiosiores quam fere plerique qui auari auaros, glorie cupidos gloriosi reprehendunt Est enim proprium stulticie aliorum vitia cernere obliuisci suorum Sed nimirum hoc maximum est experimendum cum constet egritudinem vetustate tolli hanc vim non esse in die positam sed in cogitatione diutina Nam si et eadem res est et idem est homo qui potest quicquam de dolore mutari sineque de eo propter quod dolet quicque est mutatum: neque de eo quod dolet Cogitatio igitur diutina nichil esse in re mali dolori medetur non ipsa diuturnitas hic mihi afferunt mediocritates que si naturales sunt quid opus est consolatione Natura enim ipsa terminabit modum sin in opinabiles opinio tota

tollatur Satis dictum esse arbitror opinione mali presentis
in qua opinione illud insit ut egritudinem suscipere opor-
teat additur ad hanc diffinitionem a zenone recte ut illa
opinio presentis mali sit recens hoc autem verbum sic inter-
pretantur ut non tantum illud recens esse velint quod pau-
ulo ante acciderit sed quamdiu in illo opinato malo
vis quedam insit ut vigeat et habeat quandam vi-
riditatem tamdiu appelletur recens ut arte missa
illa mausoli carie regis uxor que nobile illud ali-
carnasi fecit sepulcrum quamdiu vixit vixit in luctu
eodemque etiam confecta contabuit huic erat illa opinio
cottidie recens que tunc demum non appellabatur recens
cum vetustate exaruit Hec igitur officia sunt consolan-
cium tollere egritudinem funditus aut sedare aut detra-
here quam plurimum aut supprimere nec pati manare
longius aut ad alia teducere Sunt qui unum officium
consolantis putent malum illud omnino non esse ut
cleanti placet Sunt qui non malum magnum ut pipa-
tetici Sunt qui abducunt a malis ad bona ut epi-
curus Sunt qui satis putant ostendere nichil inopina-
ti accidisse nichil mali Crisippus autem caput esse
censet in consolando detrahere illam opinionem merentis
se officio fungi putet iusto atque debito Sunt etiam qui
hec omnia genera consolandi colligunt alius enim
alio modo movetur ut fere nos in consolatione omnia
in consolationem unam coniecimus Erat enim in timore
animus et omnis in eo temptabitur curatio Sed sumendum
tempus est et non minus in animorum morbis quam in cor-
porum ut prometheus ille eschilli cui cum dictum esset
at qui prometheu te hoc tenere existimo mederi posse
racionem iracundie Rndit siquidem qui tempestiva me-
dicina admonens non agravescens vulnus illidat
manus Erit igitur in consolationibus prima medicina
docere aut nullum malum esse aut modicum parvum altera
¶ de communi condicione vite et proprie si quid sit de ipsius
qui meat disputandum tercia summa esse stulticia frus-
tra confici merore cum intelligas nichil posse profici
Nam cleantes quidem sapientem consolatur qui consolacione
non eget Nichil enim esse malum quod turpe non sit si
lugenti persuaseris non tu illi luctum sed stulticiam detra-
xeris alienum autem tempus docendi et tamen non satis michi
videtur vidisse hoc cleantes suscipi aliquando egritudinem posse
ex eo ipso quod esse summum malum cleantes ipse fatea-
tur quid enim dicemus cum socrates alcibiadi

persuasisset

:ut accepimus eum nichil hominis esse nequiquam inter al
cibiadem summo loco natum et quemvis baiolum interesse
Cum se alcibiades affligeret lacrimansque Socrati supplex
esset: ut sibi virtutem traderet turpitudinemque depelleret quid
dicemus Cleante· num in illa re qua egritudine extremas
partius aut eam rebus moveri fortune et corporis incommo
dis non animi mali quid ergo illud quod alcibiades dole
at non ex animi malis viciisque constabit ad epicuri con
solationem satis est ante dictum: ne illa quidem firmissima
consolacio est quamquam et usitata est et sepe prodest
non tibi hec solum prodest hec quidem ut dixi: sed nec
semper nec omnibus Sicut enim qui respuant Sed refert
quo adhibeatur Et enim tulerit quisque eorum qui sa
pient' tulerunt non quo quisque incommodo affectus sit
perdicandum est Crisippi ad veritatem firmissima est ad tempus
egritudinis difficilius magnum opus est probare merenti
illum suo iudicio et quod se ita putet oportere facere merere
Nimirum igitur ut in causis non semper eodem utimur statu
sic enim appellamus controversiarum genera: sed ad tempus ad
controversie naturam ad personam accomodamus Sic in eg
ritudine lenienda Nam quam quisque curacionem recipere pos
sit videndum est· sed nescio quo pacto ab eo quod erat a
te propositum aberravit oracio· tu enim de sapiente que
sieras: cui aut malum videri nullum potest quod vacet
turpitudine: aut ita parvum malum ut id obruatur
sapientia; vixque appareat quod nichil opinione affingat
assumatque ad egritudinem: ne id putet esse rectum: se quam
maxime excruciari luctuque confici: quo pravius nichil
esse possit Edocuit tamen racio ut mi quidem videtur cum
hoc ipsum per se non quereretur hoc tempore nunc quod esset
malum nisi quod idem turpe dici posset: tamen ut
videremus quicquid esset in egritudine mali: id non na
turale est: sed voluntario iudicio et opinionis errore
contractum Tractatum est autem a nobis ad genus egritu
dinis quod unum est omnium maximum: ut eo sublato reli
quorum remedia ne magnoopere querenda arbitraremur
Sunt enim certa que de paupertate certa que de vita inho
norata et in gloria dici soleant Seperatim certe scole
sunt de exilio de interitu patrie· de servitute· de debilitate
de cecitate de omni casu in quo nomen solet poni cala
mitatis hec greci in singulas scolas et in singulos
libros dispertiunt· opus enim querunt quamquam plane di
sputaciones delectacionis sunt Et tamen ut medici toto

corpore curando minime etiam parti si condoluit medetur Sic philosophia cum universam egritudinem sustulit: tamen si quis error aliunde extitit si paupertas momordit si ignominia pupugit: si quidem tenebrarum obfundit exilium aut eorum quae modo dixi si quid extitit Et si singularum rerum sunt propriae consolationes: de quibus audies tu quidem cum voles sed ad eundem fontem revertendum est Egritudinem omnem procul abesse a sapiente quod inanis sit quod frustra suscipiatur quod non natura exoriatur sed iudicio sed opinione sed quadam invitatione ad dolendum cum id decreverimus ita fieri oportere hoc detracto quod totum est voluntarium egritudo erit sublata illa merens morsus tamen et contractiuncule quedam animi relinquentur Hanc dicant sane naturalem dum egritudinis nomen absit grave tetrum funestum quod cum sapientia esse: atque ut ita dicam habitare nullo modo possit Atque stirpes sunt egritudinis quam multe quam amare: que ipso trunco everso omnes eligende sunt Et si necesse erit singulis disputationibus Superest enim nobis hoc cuiusmodi est otium: sed ratio est una omnium egritudinum plura nomina Nam et invidere egritudinis est et emulari et obtrectare et misereri et angi lugere merere erumna affici lamentari sollicitari dolere in molestia esse affligi desperare. Hec omnia diffiniunt Stoici eaque verba que dixi singularum rerum sunt non ut videntur easdem res significant: sed aliquid differunt quod alio loco fortasse tractabimus Hee sunt ille fibre stirpium quas initio dixi persequende et omnes eligende. ne ulla unquam possit existere Magnum opus et difficile quis negat: quid autem preclarum non idem arduum: sed tamen id se effecturam philosophia profitetur Nos modo curationem eius recipiamus: verum quidem hec hactenus Cetera quotienscumque voles et hoc loco de aliis parata nobis erunt

Marci tulii Ciceronis tusculanarum questionum liber tercius explicit Incipit eiusdem liber quartus &c.

Cum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutesque Brute soleo mirari tum maxime in his studiis: que sero admodum expetita in hanc civitatem e grecia transtulerunt nam cum a primo urbis ortu legibus institutis partim etiam legibus auspicia ceremonie comitia provocationes patrum consilium equitum peditumque descriptio tota res militaris divinitus esset

constituta: tum progressio admirabilis incredibilisque
cursus ad omnem excellentiam factus est dominatu regio
re publica liberata. Nec vero hic locus est ut de moribus
institutisque maiorum et disciplina ac temperatione civita-
tis loquamur. aliis hec locis satis accurate a nobis dicta
sunt: maximeque in his libris quos de re publica scripsimus
Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrine multa sane
occurrunt cur ea quoque accersita aliunde: neque solum expeti-
ta sed etiam conservata et culta videantur. Erat enim
illis pene in conspectu prestanti sapientia et nobilitate
pitagoras qui fuit in Ytalia temporibus hisdem quibus
L. Brutus patriam liberavit preclarus auctor nobilita-
tis tue pitagore autem doctrina cum longe lateque flueret
permanavisse michi videtur in hanc civitatem Idque con-
iectura probabile est tum quibusdam etiam vestigiis in-
dicatur. quis enim est qui putet cum floreret in Ytalia gre-
cia potentissimis et maximis urbibus ea que magna dicta
est in hisque primum ipsius pithagore: deinde postea potha-
goreorum tantum nomen esset nostrorum hominum ad eorum
doctissimas voces aures clausas fuisse quin etiam arbi-
tror propter pithagoreorum admirationem Numam quoque
regem pithagoreorum a posterioribus existimatum Nam
cum pithagore disciplinam et constituta cognoscerent
regisque eius equitatem et sapientiam a maioribus suis
accepissent: etates autem et tempora ignoraret propter
vetustatem eum qui sapientia excelleret pithagore audi-
torem crediderunt fuisse Et de coniectura quidem hacte-
nus Vestigia autem pitagoreorum quamquam multa colligi possunt
paucis tamen utemur quoniam non id agitur hoc tempore
Nam cum carminibus soliti illi esse dicantur et precepta
quedam occultius tradere et mentes suas a cogitati-
onum intentione cantu fidibusque ad tranquillitatem
traducere gravissimus auctor in originibus dixit Cato mo-
rem apud maiores hunc epularum fuisse ut deinceps
qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum
laudes atque virtutes ex quo perspicuum est et cantus tum
fuisse rescriptos vocum sonis et carmina: quamquam et id
quidem etiam duodecim tabule declarant condi iam
tum solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius
iniuriam lege sanxerunt. nec vero illud non eruditorum
temporum argumentum est: quod et deorum pulvina-
ribus et epulis magistratuum fides precinunt. quod proprium
eius fuit de qua loquor discipline: mihi quidem etiam
Appii ceci carmen quod valde panecius laudat epistola
quadam que est ad Tuberonem pithagoreorum videtur.

multa etiam sunt in nris institutis ducta ab illis q
pretereo: ne ea que peperisse ipi putamur aliunde didi-
cisse videamur Sed ut ad propositum redeat oratio
quam brevi tempe quot et quati poete: qui aut ora-
tores extiterunt facile ut appareat nros omia consequi
potuisse simul ut velle cepissent Sed de ceteris studys
alio loco et dicemus si usus fuit et sepe diximus Sapi-
entie studiu vetus id quidez in nris Sed tame ante
lely etatem et scipionis non reperio quos appellare
possim nominatim: quibz adolescentibz stoicuz diogene
et achademicu carneadem video ad senatum ab athe-
niensibz missos esse legatos: qui cu rei p. nulla un-
qm ptem attigissent: essetqz eorz alt Cyreneus: alt'
babilonius: nuqz profecto scolis essent excitati neqz
ad illud munus electi: nisi in quibusda principibus
temporibz illis fuissent studia doctrine: qui cu cetera litteris
mandaret: aly ius civile aly orones suas aly mo-
numenta maioz hant amplissima omniu artiu bn
vivendi disciplina vita magis qm litteris psecuti sut
Itaqz vere illius elegantis qz phie que ducta a socra-
te in pipateticis adhuc pmansit: et idem alio modo
dicentibz stoicis cum achademici eoz controusias di-
sceptarent nulla fere sunt ac pauca ad modu latina
monimenta: sive propt magnitudine rerum occupacoim
qz omnz sive etia qz in pteritis ea probari posse non
arbitrabant cum interim illis silentibz C amafinius
extitit dicens: cuius libris editis commota multitudo con-
tulit se ad eam potissimu disciplina: sive qz erat cogni-
tu pfacilis: sive qz invitabat illecebris blandis vo-
luptatis sive etiam quia nichil erat prolatu melius
illud quod erat tenebant post amafiniu aut multi
eiusdem emuli rationis multa cum scripsissent ytaliaz
totam occupauerut: quodqz maximu argumentuz e no
dici illa subtilit: quod etiam facile ediscant et ab
indoctis probentur: id illi firmamentu esse discipline
putant Sed defendat quo quisqz sentit Sunt em iudicia
libera nos institutu tenebimus nullisqz unius disci-
pline legibz ascripti quibz in phia necessario pareamus
quid sit in quatumqz re maxime probabile semp requi-
remus quod cum sepe alias tum nup in tusculano
sepe egimus Itaqz expositis tridui disputacoibz quartus
dies hoc libro concluditur Ut em in inferiore descendimus
ambulacoim quod feceramus idem superioribz diebus

atta res est sic dicat si quis volt qua de re disputari velit
non mi videtur omni animi perturbatione posse sapiens
vacare Egritudine quidem hesterna disputatione videbatur
nisi forte temporis causa nobis assentiebare Minime
vero nam mi egregie probata est oratio tua Non igitur
existimas in sapiente cadere egritudinem prorsus vero ar-
bitror atque si ista perturbare animum sapientis non poterit
nulla poterit quid enim metus ne conturbet et earum
rerum est absentium metus quarum presentium est egritudo
sublata igitur egritudine sublatus est metus Restat due
perturbationes leticia gestiens et libido que non cadet in
sapientem semper mens erit tranquilla sapientis sic pror-
sus intelligo Utrum igitur mavis statim ne nos vela
facere an quasi e portu egredientes paululum remigare
quid nam est istuc non enim intelligo quia Crisippus et
stoici cum de animi perturbationibus disputant magnam
partem in his partiendis et deffiniendis occupati sunt Illa
eorum perexigua oratio est qua mediantur animis nec
esse eos turbulentos patiantur peripatetici autem ad pla-
candos animos multa afferunt spinas partiendi et
deffiniendi pretermittunt querebam igitur utrum pande-
rem vela orationis statim an ea ante paululum dialetico-
rum remis propellerem Isto modo enim vero Erit enim
hoc totum quod vero ex utroque perfectius Est id quidem rec-
tius sed post requires si quid fuerit obscurius faciam
equidem tu tamen ut soles dices ista ipsa obscura planius
quam dicuntur a grecis Equidem enitar sed intento
opus est animo ne omnia dilabuntur si unum aliquod ef-
fugerit quoniam quod greci pathe vocant nobis perturbationes
appellari magis placet quam morbos In his explican-
dis veterem illam quidem pithagore primum deinde plato-
nis descriptionem sequar qui animum in duas partes dividit
Alteram rationis participem faciunt alteram expertem in par-
ticipe rationis ponit tranquillitatem idest placidam quietemque
constantiam In illa altera motus turbidos tum ire tum
cupiditatis contrarios inimicos que rationi Sit igitur hic
fons Utamur tamen in his perturbationibus describendis
stoicorum diffinitionibus et perturbationibus partitionibus qui
michi videntur in hac questione versari acutissime Est
igitur zenonis hec diffinitio ut perturbatio sit quod pathos
ille dicit aversa a recta ratione contra naturam animi co-
motio quidam brevius perturbationem esse appetitum vehe-
mentiorem eum volunt esse qui longius discesserit a
nature constantia partes autem perturbationum volunt
ex duobus opinatis bonis nasci ex duobus opinatis

malis Ita eſſe quatuor ex bonis libidinē et letitiam
:ut ſit letitia p̄ſentiū bonoꝝ· libido futuroꝝ· ex malis
metum et egritudinem naſci cenſent· metum futuris
egritudinē p̄ſentibꝫ· que enī uenientia metiunt̄· eadē affi-
ciunt egritudine· inſtantiā· letitia et libido in bonorū
opinione v̄ſant̄: cum libido ad id quod videt̄ bonum
illecta et inflammata rapiatur letitia ut adepta iam
aliquid concupitum efferat̄ et geſtiat Nature enī oēs
ea que bona videntur ſequuntur· fugiunt ꝗ contraria
quamobrē ſimul obiecta ſpecies eſt cuiuſpiam qđ bonū
videatur ad id adipiſcendum impellit illa natura: id cū
conſtanter prudenterꝗ fit euiſmodi appetitōm Stoici boyacū
appellant: nos appellamus voluntatē eam illi putant
in ſolo eſſe ſapiente quam ſic diffiniunt Voluntas eſt
que quid cum ratōne deſiderat· que aūt ratōne aduerſa
incitata eſt vehementius ea libido eſt uel cupiditas effre-
nata que in omnibꝫ ſtultis inuenitur Itemꝗ cum ita mo-
uetur ut in bono ſim⁹ aliquo dupliciē id contingit Nam
cum ratione mouetur placide atꝗ conſtanť· tum illud
gaudiū dicitur Cum aūt inaniter et effuſe anim⁹ ex-
ultat: tum illa letitia geſtiens uel nimia dici pt: quā
ita diffiniunt ſine ratōe animi elacōm q̄m que ut bō
natura appetim⁹ ſic a malis nā declinam⁹: que decli-
natio ſi cum ratōne fiet cautio appellet̄: eaꝗ intelligat̄
in ſolo eſſe ſapiente: que autem ſine ratione fiet cautio
appelletur: eaꝗ intelligat̄ in ſolo eſſe ſapiente· que aūt
ſine rōne et cum exanimatōe humili atꝗ fracta nomi-
netur metus Eſt igitur metus ratōne aduerſa cautio
p̄ſentis aūt mali ſapientis affectio nulla eſt Stulti aūt
egritudo ē ea qua afficiuntur in malis opinatis animos
ꝗ demittunt et contrahunt rationi non obtemperātes
Itaꝗ hec p̄ma diffinitio eſt ut egritudo ſit animi aduer-
ſante ratione contractio· ſic q̄tuor perturbatōes· tres co-
ſtantie quī egritudini nulla conſtantiā opponit̄ Sed oēs
perturbationes iudicio cenſent fieri et opinione Itaꝗ eas
diffiniūt preſſius: ut intelligat̄ non modo quā vicioſe ſꝫ
etiam: quā in nra ſint p̄tate Eſt ergo egritudo opinio
recens mali p̄ntis in quo demitti contrahi ꝗ animo rectū
eſſe videatur Letitia opinio recēs boni p̄ntis in quo
efferri rectū eſſe videat̄ Motus opinio impendentis
mali quod intollerabile eſt videat̄ libido opinio venturi
boni quod ſit ex uſu iam p̄ns eē atꝗ adeſſe Sed que
iudicia quaſiꝗ opiniones perturbationū eſſe dixi: non
in eis perturbationes ſolum poſitas eſſe dicunt: vm̄ illa
etiam que efficiunt̄ perturbationibꝫ ut egritudo q̄ſi morſū

aliquem doloris efficiat metus receſſum quendam ani-
mi et fugam · letitia profuſam hilaritate · libido effrena-
tam appetentiā · opinacōm aute quam in oīs deffini-
ciones ſuperiores incluſimus uolunt eſſe imbecillam aſſe-
ſionem ſed ſingulis ꝑturbacoībꝫ ꝑtes euiſdem generis
plures ſubiciunt ut egritudini invidentiā utendum eſt
enī docendi cauſa v̄bo minus uſitato quoniā invidia
non eſt in eo qui invidet ſolum dicitur · ſed etiam in eo cui
invidetur Emulacio obtrectacio · miſericordia angor
luctus meror erūna dolor lamentacio · deſſeracio et
ſi que ſunt de genere eodem ſub metum aut ſubiec-
ta ſunt · pigricia pudor · terror · timor · pauor · exanima-
cio · conturbacō · formido voluptatis maliuolencia le-
tans malo alieno · delectacō · iactacio · et ſimilia · libidi-
ni ira · excandeſcenciā · odiū · inimicicia · diſcordia · indi-
gencia · deſideriū · et cetera huiuſmodi · Hec aūt defini-
unt hoc modo inuidentiā eſſe dicunt egritudinē ſuſce-
ptam ꝓpter alterius res ſecundas que nichil noceat
invidenti Nam ſi quis doleat eius rebꝫ ſecundis a quo
ipē ledatur non recte dicatur invidere · ut ſi hectori
agamēno Qui aūt cui alius commoda nichil noceat
tū eum doleat his frui ſe invideat profecto Emula-
cio autem dupliciter illa quidē dicitur · ut et in laude et
in vicio nomen hoc ſit : nam et imitacio v̄tutis emu-
lacio dicitur : ſed ea nichil hoc loco utimur Eſt enī lau-
dis · et eſt emulacio egritudo · ſi eo quod concupierit alius
potius ipē careat Obtrectacio aūt eſt ea quam intel-
ligi zelotipiam uolo Egritudo ex eo quod alter quoque potiatur
eo quod ipē concupierit Miſericordia eſt egritudo ex mi-
ſericordia alterius iniuria laborantis Nemo enim
parricide aut proditoris ſupplicio miſericordia commouetur
angor egritudo ꝑmens · luctus egritudo ex eius qui carus
fuerit interitu acerbo · meror egritudo flebilis · erūna
egritudo laborioſa · dolor egritudo cruciās · lamen-
tacio egritudo cum eiulatu ſolicitudo egritudo cum
cogitacōne · moleſtia egritudo ꝑmanēs · afflictacō egri-
tudo cum vexacōne corporis · Deſperacio egritudo ſine
ulla rerum expectacōe meliorum Que aūt ſubiecta
ſunt ſub metum ea ſic diffiniūt · pigriciam metum
conſequentis laboris · terrorem metū concucientem · ex quo
fit ut pudorem rubor · terrorem palor et tremor et den-
tiū crepitus conſequitur · timorē metū mali appin-
quantis · pauorē metū mentem loco mouentē Ex quo

illud Ennii tum pauor ſapiam omnem mi ex anima
expectaret Examinacionem metum ſubſequentem et quaſi
comitem pauoris Conturbacionem metum excucientem co-
gitata. formidinem metum permanentem Voluptatis
autem partes hoc modo deſtribuunt: ut maliuolencia ſit
voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo.
Delectacio uoluptas ſuauitate auditus animum dele-
niens: et qualis hec eſt aurium tales ſunt oculorum
et taccionum et odoracionum et saporem que ſunt omnes
unius generis ad perfundendum animum tamquam illiq-
facte voluptates Iactacio eſt voluptas geſtiens
Et ſe efferens inſolencius que autem libidini ſubiecta
ſunt: ea ſic diffiniuntur: ut ira ſit libido puniendi
eius qui videatur leſiſſe iniuria Ex tandem ſentencia at
ſit ira naſcens et modo exiſtens que exande grece
dicatur odium ira inueterata Inimicicia ira ulciſcendi
tempus obſeruans. diſcordia ira acerbior intimo odio
et corde concepta. Indigencia libido inexplebilis. deſide-
rium libido eius qui nondum adſit videndi diſtinguit
illud eciam: ut libido ſit earum rerum que dicuntur
de quodam aut quibuſdam que Kathegoremata dia-
letici appellant: ut habere diuicias capere honores
diligencia rerum comparandarum eſt: ut honorum ut pecunie O-
mnium autem perturbacionum fontem eſſe dicunt intempera-
nciam que eſt a tota mente a recta racione defectio ſic
auerſa a preſcripcione racionis ut nullo modo appe-
ticiones animi nec regi nec contineri queat. quem-
admodum igitur temperancia ſedat appetitos et efficit
ut hee recte racioni pareant conſeruatque conſiderata
iudicia mentis ſic huic inimica temperancia omnem
animi ſtatum inflammat. conturbat. incitat Itaque et
egritudines et metus et reliquie perturbaciones omnes
gignuntur ex ea. quemadmodum cum ſanguis corruptus
eſt: aut pituita redundat aut bilis in corpore morbi
egrotacionesque naſcuntur, ſic prauarum opinionum con-
turbacio: et ipſarum inter ſe repugnancia ſanitate ſpo-
liat animum morbisque perturbat Ex perturbacionibus autem
primum morbi conficiuntur que vocant illi nosemata ea-
que ſunt eis morbis contraria: que habent ad res certas
vitioſa offenſione atque faſtidium Deinde egrotaciones
que appellantur a Stoicis arrostemata hiſque idem op-
poſite contrarie offenſiones Hoc loco nimium opere con-
ſumitur a Stoicis maxime a Criſippo dum morbis

corpm comparatur morbo4 animi similitudo: qua
oratione pretermissa minime necessalia ea que rem
continet pretermus intelligat igitur pturbatom iac-
tantibz se opinionibz inconstanter et turbide in motu
esse semp Cum aut hic feruor concitatioqz animi in-
ueterauerit: et tanqm in uenis medullis qz insederit tu
existit et morbz et egrotatio et offensiones he que sut
eis morbis egrotationibz qz contrie Hec que dico cogita-
tione int se differunt re quide copulata sunt: ea qz
oriuntur ex libidine et letitia Nam cum est concupita
pecunia nec adhibita continuo ratio quasi quedam
quem libidinibꝫ inflāmatū et furentē videmꝰ omnia
rabide appetentē cum inexplebili cupiditate quoqꝫ
affluencius voluptates vndiqꝫ hauriat · eo grauius
ardentiusqꝫ ſitientē nonne recte miſerrimū dixeris

: quid elatus ille leuitate inanique letitia exultans
et temere gestiens nonne tanto miserior quanto sibi
videtur beatior: ergo ut hi miseri, sic contra illi beati
quos nulli metus terrent, nulle egritudines exedunt
nulle libidines incitant, nulle futiles letitie exultan
tes languidis liquefaciunt voluptatibus. Ut maris
igitur tranquillitas intelligitur, nulla ne minima qui
dem aura fluctus commouente, sic animi quietus et
placatus status cernitur cum perturbatio nulla est qua
moueri queat. Quod si est qui vim fortune qui omnia hu
mana que cuique accidere possunt tollerabilia ducat, ex quo
nec timor eum nec angor attingat. Idemque se nichil
concupiscat: nulla efferatur animi inani voluptate
quid est cur is non beatus sit. Et si hec virtute efficiuntur
quid enim cur virtus ipsa per se non efficiat beatos. At quia
alterum dici non potest quin hi qui nichil metuant, nichil
angantur, nichil concupiscant, nulla impotenti letitia
efferantur beati sint. Itaque id tibi concedo, alterum autem
iam integrum non est. Superioribus enim disputationibus
effectum est vacare omni animi perturbatione sapientem.
Nimirum igitur confecta res est. Videtur enim ad exi
tum venisse questio quemodum idquidem verumtamen
mathematicorum iste mos est non philosophorum: nam ge
ometre cum aliquid docere volunt si quid ad eam rem
pertinet eorum que ante docuerunt id sumunt pro concesso
et probato illud modo explicant: de quo ante nichil
scriptum philosophi quamcumque rem habent in manibus in eam
que conueniunt congerunt omnia. Et si alio loco dispu
tata sunt: quod ni ita esset cur stoicus si esset questum
satis ne ad beate viuendum virtus posset multa diceret
cui satis esset respondere sed ante docuisset nichil boni
esse nisi quod honestum esset hoc probato consequens
esse beatam vitam virtute esse contentam: et hoc quo
sit consequens illi: sic illud huic: ut si beata vita vir
tute contenta sit nisi honestum quod sit nichil aliud
sit boni sed tamen non agunt sic. Nam de honesto
et de summo bono seperatim libri sunt. Et cum ex eo
efficiatur satis magnam in virtute ad beate viuendum
esse vim. Nichilominus hoc agunt seperatim, propriis
enim et suis argumentis et admonitionibus tractanda
queque res est tanta presertim. Caue enim putes vllam
in philosophia vocem emissam clariorem ullum ue esse philosophie
promissum uberius aut maius. Nam quid profitetur

o dy boni perfecturam ſe qui legibus ſuis paruiſſet
ut eſſet contra fortunã ſemper armatus · ut omnia
preſidia haberet in ſe bene beateq; viuendi ut ſemp
eſſet denique beatus Sed videre quid efficiat tantiſper
hoc ipm̃ magni exiſtimo quod pollicetur Na xerxes
quidem refertus omnibz prelys donisq; fortune non
equitatu · non pedeſtribz copys : non nauiũ multitu-
dine · non infinito pondere auri contentus · premiũ
propoſuit qui inueniſſet noua voluptate qua ipa no
fuit contentus : neq; em̃ unquã finẽ inueniet libido
nos uellem premio elicere poſſemus qui nob aliq̃d at-
tuliſſet qui hoc firmius crederemus Vellem id q̃dẽ
ſed habeo paululũ quod requiram Ego em̃ aſſentior eo-
rum que poſuiſti alterũ alteri conſequẽs eſſe : ut que-
admodum ſi quod honeſtum ſit · id ſolum ſit bonum
ſequitur vitam beatam v'tute confici Sic ſi vita beata
in v'tute ſit nichil eſſe niſi v'tutem bonum : ſed brutus
tuus auctore ariſtone et anthiocho non ſentit hoc
putat em̃ etiam ut ſit bonũ aliquod p'ter v'tutẽ · q̃d
igitur contra brutũ ne me dicturum putas · tu vero
ut videtur Nam prefinire non eſt meũ · quid cuiq;
igitur conſentaneũ ſit alio loco Nam iſta mi et
cum anthiocho ſepe et cum ariſtone nup cũ athenis
imperator apud eum deuerſarer diſſenſio fuit · mi em̃
non videbat' quiſquã eſſe beatus poſſe cum in malis eſſ;
in malis autem ſapientẽ eſſe poſſe ſi eſſent ulla cor-
poris aut fortune mala dicebant' Hec que ſcripſit
etiam anthiochus locis pluribz v'tutem ipam per ſe
btam vitam efficẽ poſſe : neq; tñ beatiſſimã Deinde ex
maiore pte pleraſq; res nominari etiam ſi qua pars
abeſſet ut vires : ut ualitudinẽ ut diuitias ut hono-
rem ut gloriam que genere non numero cernerentur
Item beatam vitam etiam ſi ex aliqua parte claudicet
tñ ex multo maiore pte optinetur nomẽ ſuũ Hec nũc
enucleate non ita neceſſe eſt quãquã non conſtantiſſiẽ
dici mi videnť : nam et q' beatus eſt non intelligo
quid requirat ut ſit beatior Si eſt em̃ quod deſit ne
btus quidẽ eſt : et quod ex maior pte unaqueq; appel-
lari ſpectari q; dicunt Eſt ubi id iſto mõ valeat Cũ
vero tria genera malorũ eſſe dicat : q' duorũ generũ
malis omnibz vrgeatur ut omnia aduerſa ſint in
fortuna omnibz oppreſſum corpus et confectũ dolori-
bus huic paululum ne ad btam vitã de eſſe dicem'

non modo ad beatiſſimam Hoc illud eſt quod theophra-
ſtus ſuſtinere non potuit Nam cum ſtatuiſſet verbera
tormenta cruciatus patrie euerſiones exilia orbi-
tates magnam vim habere ad male miſereqz viuen-
dum non eſt auſus elate et ample loqui cum humili-
ter demiſſeqz ſentiret quam bene non queritur conſtanter
quidem certe Itaqz placere mihi non ſolet conſequen-
tia reprehendere cum prima conceſſeris Hic autem ele-
gantiſſimus omnium philoſophorum et eruditiſſimus non
magno opere reprehenditur cum tria genera dicit
bonorum Vexatur autem ab omnibus primum in eo libro
quem ſcripſit de vita beata in quo multa diſputat
quamobrem is qui torqueatur qui cruciatur beatus
eſſe non poſſit in eo etiam putatur dicere in rotam idest
genus quoddam tormenti apud grecos beatam vitam
non aſcendere Non uſquam id quidem dicit omnino
ſed que dicit idem valent Poſſum igitur cui conceſ-
ſerim in malis eſſe dolores corporis In malis na-
ufragia fortune huic ſuccenſere dicenti non omnes
bonos eſſe beatos cum in omnes bonos ea que ille
in malis numerat cadere poſſint Vexatur idem Theo-
fraſtus et libris et ſcolis omnium philoſophorum quod in caliſthe-
ne ſuo laudarit illam ſententiam Vitam regit fortu-
na non ſapientia negant ab ullo philoſopho quicquam dictum
eſſe languidius Recte id quidem ſed nihil intelligo
dici potuiſſe conſtantius Si enim tot ſunt in corpore
bona tot extra corpus in caſu atqz fortuna nonne
conſentaneum plus fortunam que domina rerum ſit et ex-
ternarum et ad corpus pertinentium quam conſilium va-
lere An malumus Epicurum imitari qui multa
preclare ſepe dicit quam enim ſibi conſtanter conuenienterqz
dicat non laborat Laudat tenuem victum philoſophi id
quidem Sed ſi Socrates aut Antiſthenes diceret non is
qui finem bonorum voluptatem eſſe dixerit negat quemquam
iocunde viuere niſi idem honeſte ſapienter iuſteqz vi-
uat Nihil grauius nihil philoſophia dignius niſi idem hoc
ipſum honeſte ſapienter iuſte ad voluptatem referret quid
melius quam fortunam exiguam interuenire ſapienti
ſed hoc is ne dicit qui cum dolorem non modo maxi-
mum malum ſed ſolum malum etiam dixerit toto corpore
opprimi poſſit doloribus acerrimis tum cum maxime
contra fortunam glorietur quod idem melioribus etiam
verbis Metrodorus Occupaui te inquit fortuna atqz

cepi om̄s q₃ aditus tuos interclusi : ut ad me aspira
re non posses · preclare si aristarchus aut stoicus
Zeno diceret : qui nisi quod turpe esset nihil malū
duceret · tu vero metrodore qui om̄e bonū in visceri
bus medullis q₃ condideris et defimeris sum̄ū bonū
firma corporis affectione exploratq₃ spe contineri for
tune aditus conclusisti quo isto em̄ bono iam expolia
ri At qui his capiuntur imperiti et propter hui⁹modi
sententias istorum hominū est multitudo tante aut
disputantis illud est Nunq̄ quid dicat : sed quid cuiq₃
dicendum sit videre velut in ea ipā sententia quam
in ipā disputatione suscepim⁹ om̄s bonos semp beatos
volumus esse · q̄ dicam bonos ꝑspicuū est omnibus
em̄ v̄tutib₃ instructos et ornatos tum sapientes tū
viros bonos dicim⁹ · videamus qui dicendi sunt beati
Equidem hoc existimo qui sint in bonis nullo adiuncto
malo : neq₃ ulla alia huic verbo cum btm̄ dicimus
subiecta notio est : nisi secretis malis om̄ib₃ cumulata
bonorū complexio Hanc assequi v̄tus si quicq̄₃ pter
ipām boni est nō pt̄ Aderit em̄ maloꝝ si mala illa
ducim⁹ · turba quedam pauptas · ignobilitas hūilitas
solitudo · amissio suorū · graues dolores corpis predi
ta valitudo · debilitas · cecitas · interitus patrie exi
liū · seruitus · denīq₃ in his tot et tantis neq₃ etiam
plura pnt accidere pt̄ esse sapiens : nam hec casus im
portat qui in sapiente pt̄ occurrere At si ea mala sunt
quis pt̄ p̄stare semp sapientē btm̄ fore cum vel in oī
bus his vno tempore esse possit Non igitur facile co
cedo neq₃ bruto meo neq₃ com̄unib₃ magris nec veterib₃
illis aristoteli speusippo xenocrati polomem ut cu₃
ea que supra enumeraui in malis numeret̄ ijdem di
cant semper btm̄ esse sapientē q̄ si titulus hic delectat
insignis et pulcer pitagora socrate platone digssim⁹
inducant animū illa quorum splendore capiunt vi
res valitudinē · pulcritudine diuicias honores opes con
temnere : ea q₃ue q₃ his contraria sint pro nichilo du
cere · tum poterunt clarissima voce profiteri se neq₃
fortune impetu : nec multitudinis opinione nec dolo
re nec pauptate terreri omnia q₃ sibi in sese esse posita
necesse quicq̄₃ extra suam ptātem quod ducat in boīs
: nec huic et hec loqui que sunt magni cui⁹dā et al
ti viri et eadem que wlgus in bonis et malis nume
rare concedi nullo mō pt̄ : qua gl'ia commotus epicur⁹

exoritur cui etiam ſi diſplicet videtur ſemper ſapiens
beatus hic dignitate huius ſententie capitur: ſed
nunquam id diceret ſi ipſe leſt audiret· quid eſt enim quod
minus conueniat· quam ut is qui uel ſummum vel ſolum
malum dolorem eſſe dicat idem cenſeat quam hoc
ſuaue e tum cum dolore cruciaretur dicturum eſſe ſa-
pientem Non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi
ſpectandi ſunt: ſed ex perpetuitate atque conſtantia ad-
ducis me ut tibi aſſentiar: ſed tua quoque uide ne
deſideretur conſtantia· quo nam modo· quia legi tuum
nuper quartum de finibus: in eo michi videbare contra
Catone diſſerens hoc uelle oſtendere quod mihi quidem pro-
batur inter zenonem et peripateticos nichil preter verborum
nouitatem intereſſe· quod ſi ita eſt quid eſt cauſe quin
zenonis rationi conſentaneum ſit ſatis magnam vim
in virtute eſſe ad beate viuendum liceat idem peripa-
teticis dicere· Rem enim opinor ſpectari oportere non
verba tu quidem tabellis obſignatis agis mecum
et teſtificaris quod dixerim aliquando aut ſcripſerim cum
aliis iſto modo qui legibus impoſitis diſputant· nos in
diem viuimus· quodcunque nostros animos probabili-
tate percuſſit: id dicimus itaque ſoli ſumus liberi: verum tamen
quoniam de conſtantia paulo ante diximus: non ego hoc
loco id querendum puto verum ne ſit quod zenoni pla-
cuerit: quodque eius auditori ariſtoni bonum eſt ſolum
quod honeſtum eſſet Sed ſi ita eſt et tum totum hoc
beate viuere in vna virtute poneret· quare demus
hoc ſane bruto ut ſit beatus ſemper ſapiens quam
ſibi conueniat ipſe viderit Gloria quidem huius ſen-
tentie quis eſt illo viro dignior· nos tamen teneamus
ut ſit idem beatiſſimus Et ſi zenocium eius aduena
quidam et ignobilis verborum opifex inſinuaſſe ſe
in antiquam philoſophiam videtur huius ſententie grauitas
a platonis auctoritate repetatur apud quem ſepe h
oratio uſurpata eſt: ut nichil preter virtutem dicetur
bonum: uelut in Gorgia Socrates cum eſſet ex eo que-
ſitum archelaum perdicce filium qui tum fortiſſimus
haberetur nonne beatum putaret: haud ſcio inquit
nunquam enim cum eo locutus ſum: an tu aliter id ſcire
non potes dicere beatus ne ſit· an ego poſſim cum igno-
rem quam ſit doctus: quam vir bonus· quid tu in eo ſitam
beatam vitam putas ita prorſus exiſtimo bonos be-
atos improbos miſeros miſer ergo archelaus Certe
Certe ſi iniuſtus videtur ne omnem hic beatam vitam

Ceti vna virtute ponere Quid vero in epithaphio quo
idem Rram tui viro inquit in ſeipo apta ſunt omnia
que ad beate viuendum ferunt Nec ſuſpenſa aliorum
aut bono caſu aut contrario pendere et alterius euentu
et errare coguntur: huic optime viuendi ratio compa-
rata eſt hic eſt ille moderatus hic fortis hic ſapiens
hic et naſcentibus et cadentibus cum reliquis comodis
tum maxime liberis parebit et obediet precepto illi
veteri Neque enim letabitur umquam nec merebit nimis
qui ſemper in ſeipo omnem ſpem reponet ſui Ex hoc
igitur platonis quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte
nostra omnis manabit oratio Unde igitur ordiri rectius
poſſumus quam a communi parente natura que quicquid
genuit non modo animal ſed etiam quod ita ortum eſt
e terra ut ſtirpibus ſuis niteretur in ſuo quodque genere per-
fectum eſſe voluit Itaque et arbores et vites et ea que
ſunt humiliora neque ſe tollere a terra altius poſſunt
alia ſemper virent alia hieme nudata verno tempore
tepefacta frondeſcunt: neque eſt ullum quod non ita vi-
geat interiore quodam motu et ſuis in quoque ſemi-
nibus incluſis: ut aut flores aut fruges fundat aut
baccas omniaque in omnibus quantum in ipſis ſit nulla vi
impediente perfecta ſint: facilius vero etiam in beſtiis
quod his ſenſus a natura eſt datus vis ipſius nature per-
ſpici poteſt namque alias beſtias nantes aquarum incolas
eſſe voluit alias volucres celo frui libero ſerpentes
quaſdam eſſe gradientes Earum ipſarum partim ſoli-
vagas partim congregatas Immanes alias quaſdam
vero cicures nonnullas abditas terraque tectas atque
earum queque ſuum tenens munus cum in diſpares ani-
mantes vitam tranſire non poſſit manet in lege na-
ture Et in beſtiis aliud alii precipui a natura datum
eſt quod ſuum queque retinet nec diſcedat ab eo Sic homini
multo quiddam preſtantius Et ſi preſtantia debent ea
dici que habent aliquam comparacionem Humanus
autem animus decerptus ex mente diuina cum alio nul-
lo niſi cum ipſo deo ſi hoc phas eſt dictu comparari
poteſt Hoc igitur ſi eſt excultus et ſi eius acies ita cu-
rata eſt ut ne cecaretur erroribus fit perfecta mens
id eſt abſoluta ratio quod eſt idem virtus Et ſi omne
beatum eſt cui nichil deeſt et quod in ſuo genere expletum
atque cumulatum eſt idque virtutis eſt proprium certe
omnes virtutis compotes beati ſunt Et hoc quidem michi
cum bruto conuenit id eſt cum ariſtotele xenocrate
pſeuſippo ptolemone ſed michi videntur etiam beatiſſimi

quid em̄ deeſt ad beate viuendū ei qui confidit ſuis bonis aut qui diffidit beatus eſſe quis pt̄ at diffidat neceſſe eſt qui bona diuiſit tripertito Cui em̄ poterit aut corpois infirmitati aut fortune ſtabilitati cōfidē atq nisi ſtabili et fixo et pmanente bono btūs ēē nemo pt̄ quid ergo hui eiuſmoi iſtorū eſt ut m̄ lacō nis illud dc̄m in os cadere videatur qui gliāti cui dam mercatori q multas naues in omem orā mari timā dimiſiſſet Non ſane optabilis quidē iſta rugit rudentibz apta fortuna An dubiū eſt qui nichil ſit habendū in eo genere quo vita beata complectitur ſi id poſſit amitti Nichil em̄ mutus areſcē nichil ex tingwi nichil cadere debet eorū in quibz vita bta conſiſtit: nam qui timebit ne quid ex his deperdat beatus eſſe non poterit Volumus em̄ qui btūs ſit tutum eſſe inexpugnabilem ſeptum atq munitū non ut paruo metu preditus ſit: ſed ut nullo: ut em̄ innocens is dicitur non qui leuiter nocet ſed qui nichil nocet: ſic ſine metu is habendus eſt nō qui parua metuit ſed qui omnino metu vacat que eſt em̄ alia fortitudo niſi animi affectio cū in adeundo periculo et in labore ac dolore patiens tum procul ab omī metu atq hoc cēte nō ita ſe haberet: niſi oē bonū in vna honeſtate conſiſteret qui aut illam ma xime optatam et expeditam ſecuritatē ſecuritatē aut nūc appello vacuitatē egritudinis in qua vita btā poſita eſt habere quiſqm̄ pt̄: cui aut adſit: aut adeſſe poſſit multitudo malorū Cui aut poterit eſſe celſus et erectus et ea que homī accidere pn̄t omnia parua ducens qualem ſapientē eſſe volumus: niſi omnia ſibi in ſe poſita cenſebit An lacedemony philippo minitāti per lr̄as ſe omnia que conarent̄ prohibiturū queſie runt nū ſe eſſet etiam mori prohibiturus viris ꝑ querimus non multo facilius tali animo reperiretur qm̄ ciuitas vniuſa quid ad hanc fortitudinē de qua loquitur temperantiā adiuncta que ſit modera trix omnium commotionū quid pt̄ ad beate viuendum deeſſe ei quem fortitudo ab egritudine et a metu vin dicet temperantia tum a libidine auocet tū inſolē ti alacritate geſtire non ſinat hec efficē vtute oſtenderē niſi ſuperioribz diebz eſſent explicata atq cū ptur bationes animi miſeria ſedatões aut vita efficiant beatam duplexq ratio perturbationis ſit q egritudo

et metus in malis opinatis In bonorum aut errore
letitia gestiens libidoque obsetur: cum omnia cum consi-
lio et ratione pugnent. his tu tam gravibus concita-
tionibus: tamque tpis inter se dissentientibus atque abstrac-
tis quem vacuum solutum liberum videris hunc dubi-
tabis btm dice' atque sapiens semp ita affectus est.
Semper igitur sapiens btus est: atque etia ome bonum
letabile est quod aut letabile id pdicandu et prefe-
rendum hd tale aut id etia gloriosum Si vo glori-
osum ete laudabile quod laudabile aut profecto etiam
honestum quod bonu igitur id honestu atque isti bo
numerant: ut ipi quidem honesta dicunt Solu igit
bonu quod honestu ex quo efficitur honestate una
vitam contineri beatam non sunt igit ea bona dice-
da: nec habenda quibus habundantem licet esse mi-
serrimu An dubitas qn prestans valitudine viribz
forma acerrimis integerrimisque sensibz adde etiaz
si libet pnitate et velocitate da divitias honores
imperia opes gloriam Si fuerit is qui het habet
iniustus intemperans timidus ebeti ingenio atque
nullo dubitab ne eum miseru dice Qualia igr ista
bona sunt: que qui habeat miserrimus esse possit vi-
deamus ne ut acervus ex sui generis gnis: sic bta vi-
ta ex sui similibz ptibz effici debeat quod si ita est
ex bonis que sola honesta sunt efficiendus est btm
ea mixta ex dissimilibz si erunt honestu ex his effici
nichil poterit: quo detracto quid poterit btm intelli-
gi Et em quicquid est quod bonu sit id expetendum est
quod aut expetendus id ete approbandu: quod vero
approbaris id gtum acceptumque habendu Ergo etia
dignitas et tribuenda est: quod si ita est laudabile
sit necce est Bonu igitur ome laudabile et quo efficit
ut quod sit honestum id sit solum bonu qd in ita
tenebimus multa erunt: que nob bona dicenda sunt
omitto divitias: quas cum quivis qmvis indignus
habere possit in bonis non numero quod em e bom
id no quivis habe pt: omitto nobilitate famamque po-
pularem stultorum improborum que consensu excitatam
hec que sunt minima tn bona dicant necesse est
Candiduli dentes venusti oculi color suavis et etiaz
anticlea ulixi pedes abluens lenitudo oronis molli-
tudo corporis ea si bona ducemus quid erit in phi gravi-
tate qm in volgi opinione stultorumque turba qd dicat
aut gravius aut grandius At em eadem stoici pcipua
vel producta dicunt que bona isti dicunt illa quidem

:ſed his vitam beatam compleri negant hi aut̄ ſi his
eſſe nullam putant aut ſi ſit beata· beatiſſima tn̄
negant: nos aut̄ volum9 beatiſſima: idq̄ nob ſor-
tita illa concluſione confirmatur Sic em̄ princeps ille
phie diſſerebat: qualis cuiuſq̄ animi affectus eſſet
talem eſſe homiez· qualis aut̄ homo ipe eſſet tale
eius eſſe ratōm Rationis aut̄ facta ſimilia· factis
vita affectus aut̄ animi in bono viro laudabilis
:et vita igitur laudabilis boni viri et honeſta Ergo q̄
laudabilis ex quibz bonoꝝ btam vitaz eſſe concludit
Et em̄ pro deorum atq̄ hominu̅ fide paru̅ ne cogita-
tum eſt ſuperioribz nr̄is diſputationibz an delectatio-
nis et ocij conſumendi cauſa locuti ſum9 Sapiente
ab om̄i concitatione animi quam ꝑturbatōz voco ſem-
per vacare ſemꝑ in animo eius eſſe placidiſſimaz
pacem· Vir igitur temperatus conſtans ſine me-
tu· ſine egritudine ſine alacritate ulla· ſine libidine no-
ne beatus· at ſemꝑ ſapiens talis ſemꝑ igitur
btus Jam vero qui pt vir bonus· non ad id quod
laudabile ſit omnia referre que agit queq̄ ſentit
Refert aut̄ omnia ad beate vivendum· Beata igitur
vita laudabilis: nec quicq̄ ſine v̓tute laudabile: bta
igitur vita v̓tute conficitur: atq̄ hoc ſi etiā cōcludit
:nec in miſera vita quicq̄ eſt predicabile aut glori-
andum: nec in ea que nec miſera ſit nec beata Et
eſt in aliq̄ vita predicabile aliquid et predicandum
ac pre ſe ferendum ſit: quibus poſitis intelligis quid
ſequatur Et quidem niſi ea vita beata eſt: que eſt
eadem honeſta ſit: aliud neceſſe ē melius vita beata
quod erit em̄ honeſtum cte fatebunt̄ eſſe melius Jta
erit beata vita melius aliquid quo quid pt dici per-
verſius· quid cum fatent̄ ſatis magnā vim eſſe in
vicijs ad miſeram vitam· nonne fatendū eſt eande
vim v̓tutez eſſe ad btam vitam Contrarioꝝ em̄ con-
traria ſunt conſequentiā: quo loco quero qm̄ vim ha-
beat libra illa critolai qui cum in altera lancez
animi bona imponat in altām corpis et externa
tantum propende illam boni lancez putet ut terraz
et maria deprimat· quid ergo aut hunc prohibet aut
etiam xenocratem illum g̅viſſimū phoꝝ exaggeran-
tem tantoꝑe v̓tutem extenuante cetera et abiicietez
in v̓tute non btam mo vitam: ſed etiā btiſſimā po-
nere: quod quidē niſi ſit v̓tutū interitus conſequet̄

Nam in quem cadit egritudo · in eundem metū cadē
necesse est metus future egritudinis solicita expecta
cio sed in quem aut̄ metus · in eundē formido · timiditas
pauor · ignauia Ergo ut idem vincatur interdum · nec
putet ad se p̄ceptum illud atrei ptinē proinde ita pa
rent se in vita ut vinci nesciant hic aut̄ vincetur
ut dixi nec mō vincetur · sed etiā seruiet At nos aute
v̄tutem semp̄ liberam volumus semp̄ inuictā que ni
sunt sublata v̄tus est At qui si in v̄tute satis ē p̄sidy
ad bene viuendū satis est etiā ad beate satis ē enī
c̄te in v̄tute · ut fortit̄ viuam⁹ Si fortit̄ etiā ut ma
gno animo et quidem ut nulla re unq̄m̄ terreamur
semp̄q̄ sim⁹ inuicti sequit̄ ut nihil peniteat nihil
desit · nihil obstet Ergo omnia profluent̄ absolute pro
spere igitur beate Satis aut̄ v̄tus ad fortit̄ viuend̄
p̄t satis ergo etiam ad beate Et enī ut stulticiā etsi
adepta est quod concupiuit · nunq̄ se tam satis pu
tat consecutam sic sapiencia semp̄ eo contenta ē quod
adest · neq̄ eam unq̄m̄ sui penitet Similē ne putas
C lely vnū consulatū fuisse et eum quidē cum repulsa
si cum sapiens et bonus vir qualis ille fuit suffragys
preteritus · sed tn̄ vtrum malles te si p̄tas eēt semel
ut leliū consulem an ut cynnā quater Non dubito
tu quid r̄nsurus sis itaq̄ video cui cōmittā nō quē
uis hoc quidē idem interrogare Rnderet enī alius for
tasse se non modo iiij consulat⁹ vni anteponere sed
vnū diem cinne multoꝝ et claroꝝ viroꝝ totis eta
tibus Lelius si digito quem attigisset · penas dedissꝫ
At Cinna college sui consulis Gnei octauy precidi ca
put iussit p · Crassi L · Cesaris nobilissimoꝝ hominū
quorū v̄tus fuerat domi miliciaeq̄ cognita M anto
ny omniū eloquentissimi quos ego audierim G · cesaris
in quo m̄ videtur specimen fuisse hūanitatis / salis su
auitatis · leporis Beatus ne igitur quos interfecit sed ex
q̄ ita se gessit · ut ea facē ei licēt et si peccare nemini
liceat sed sermonis errorē labim̄ᵉ id enī dici licere q̄d
cuiq̄ conceditur Vtrum tandem beatior · C · Marius
tum cum cimbrice victorie gloriam cum collega Catulo
communicauit pene altero lelio Nam hunc illi duco
simillimū an cum ciuili bello victor iratus necessarys
Catuli dep̄cantibꝫ nō semel r̄ndit · sed sepe moriatur
: in quo beatior ille q̄ huic nepharie voci paruit · q̄m
is qui tam scelerate imperauit Nam cum accipere

quam facere p̄rāt inuitiam tum morti iam ipi aduc
tanti paulum procedere obuiam quod fecit Catulus:
qui̅ quod marius talis viri interitu ser suos obruere
consulatus et contaminare extremu̅ tempus etatis
Duo de quadraginta annos tyrann9 Syracusanoꝝ
fuit dionisius: cum q̄ꝗꝫ et viginti natus annos do
minatu̅ occupauisset: qua pulcritudine vrbem · Ciuibꝫ
autem opibus preditam seruitute oppressam tenuit
ciuitate: atqꝫ de hoc homine a bonis auctoribꝫ sic sc̄ p
tum accepim9 summa fuisse eius in victu tempera
tiam in rebꝫ qꝫ gerundis virum acrem et industrium
eundem tamē maleficū natura et iniustū Ex quo
omibꝫ bene vitatem intuentibꝫ uideri necesse ē mi
serrimū Ea eīn ipā que concupieat ne tū quidez
cum omīa se posse censebat consequeba^t: qui cum
esset bonis parentibꝫ atqꝫ honesto loco nat9 Et si
id quidē alius alio mō tradidit habundaretqꝫ et
equaliū familiaritatibꝫ et consuetudine propinquoꝝ
haberet etiam more grecie quosdam adolescentes
amore coniūctos: credebat eorum nemini sed his
quos ex familijs locupletum seruos delegeat: quibꝫ
nom̄ seruitutis ipē detraxerat ex quibusdam coue
nisset feris barbaris corpis custodiam committebat
Ita propt̄ iniustā dominat9 cupiditatē in carcerez
quodam mō ipē se incluserat: q̄n etiam ne tonsori
collum committebat tondere filias suas docuit Ita sor
dido atqꝫ ancillari artificio regie v̄gines ut tonstri
cule tondebant barbam et capillum p̄ris: et tamē
ab his ipis cum iam essent adulte ferrū remouit
: instituitqꝫ ut candentibꝫ nucū gladiū putaminibꝫ bar
bam sibi et capillum adurerent Cumqꝫ duas vxoēs
haberet aristomachen ciuem suam Doridem autē
locrensem: sic noctu ad eas uentitabat: ut omnia
specularet^r p̄scrutare^r Et cum fossa lata cubicula
res lecto circumdedisset: eiusqꝫ fosse transitū ponticlo
ligneo coniunxisset eum ipm̄ cum forem cubiculi
clauserat detorquebat Idemqꝫ cum in comunibꝫ sug
gestis consiste non auderet contionari ex turri al
ta solebat: atqꝫ is cum pila ludere vellet · studiose
eīn id factitabat · tunicamqꝫ ponet̄ adolescentulo
quē amabat tradidisse gladiū dicitur · hic cū q̄dam
familiaris iocans dixisset huic quidē cte vitā tua
committes: arrisissetqꝫ adolescens vtrumqꝫ iussit

interfici · alterum quia viam demonstrauisset inte-
rimendi sui · alterum quia dictum irrisu approbauisset
atque eo facto sic doluit · nichil ut tulerit grauius in vi-
ta · quem enim vehementer amarat occiderat · Sic distra-
huntur in contrarias partes impotentium cupiditates
cum huic obsecutus sis · illi est repugnandum · quamquam
hic quidem tyrannus ipse iudicauit quam esset beatus
Nam cum quidam ex eius assentatoribus Damocles
commemoraret in sermone copias eius opes · maiestatem
dominatus · rerum habundantiam · magnificentiam
edium regiarum negaretque umquam beatiorem quemquam
fuisse Vis ne igitur inquit o damocle · quoniam te hec
vita delectat · ipse eandem degustare et fortunam
experiri meam : Cum se ille cupere dixisset Collocari iussit
hominem in aureo lecto strato pulcherrimo textili stra-
gulo magnificis operibus picto abacosque complures
ornauit argento auroque celato Tum ad mensam
eximia forma pueros delectos iussit consistere · eos-
que nutu illius intuentes diligenter ministrare aderant
unguenta corone incendebantur odores mense conquisitis-
simis epulis extruebantur · fortunatus sibi damo-
cles videbantur In hoc medio apparatu fulgentem
gladium e lacunari seta equina aptum demitti ius-
sit ut impenderet illius beati ceruicibus Itaque ut pulchros
illos ministratores aspiciebat nec plenum artis argen-
tum nec manum porrigebat in mensam Iam ipse
defluebant corone : denique exorauit tyrannum ut abire
liceret quia iam beatus nollet esse Satis ne videtur decla-
rasse dionisius nichil ei esse beatum cui semper aliquis
terror impendeat : atque ei ne integrum quidem erat
ut ad iusticiam remigraret ciuibus libertatem et iura
redderet His enim se adolescens improuida etate irre-
tierat erratis ea que commiserat ut saluus esse non
posset si sanus esse cepisset · tantoopere vero amicitias
desideraret quarum infidelitatem extimescebat decla-
rauit in pitagoreis duobus illis quorum cum alterum
uadem mortis accepisset · alterum uadem sui liberandi
presto fuisset ad horam mortis destinatam Utinam
ego inquit tercius vobis amicus adscriberer quam huic
erat miserum carere consuetudine amicorum societate
victus sermone omnino familiari homini presertim docto
a puero et artibus ingenuis erudito Musicorum

vero per studiosum poetam ecia tragicum quam
bonu nichil ad rem In hoc eni genere nescio quo
pacto magis quam in alys sui cuiqz pulcru ad
huc neminem cognovi poetu et m fuit cu aquino
amicitia: qui sibi non optim9 videretur Sic se
res ht te tua me delectat mea Sed ut ad dioni
siu redeamus. om cultu et victu huano carebat
et vivebat cum fugitivis cum facinorosis cu bar
baris nemine q aut libtate dignus esset aut
vellet omnino liber esse sibi amicu arbitraba Non
ego iam cum huius vita: qua tetrius miseri9 de
testabilius excogitare nichil possum platonis aut
archite vitam comparabo doctoru hominu et pla
ne sapientiu Ex eadem urbe humilem homuncu
lum a pulvere et radio excitabo qui multis anis
post fuit archimede: cuius ego questor ignoratu
ab siracusanis cum esse omnino negarent septum
undiqz et vestitum vepribz et dumetis indagaui
sepulcru. tenebam eni quosdam senariolos: quos
in eius monumeto esse scriptos acceperam q decla
rabant in summo sepulcro sphera esse positu cilin
dro Ego aut cum omnia collustrare oculis Est
eni ad portas sagragianas magna frequecia sepl
crorum animu aduerti columellam no multum
e dumis eminete: in qua inerat sphere figura
et cilindri atqz ego statim syracusanis Erat aut
principes mecu dixi me illud ipm arbitrari posse
quod quererem immissi cu falcibus multi purgarunt
et aperuerunt locum: quod cum patefactu esset adit
tus et adversam basim accessim9 apparebat epi
grama et ex eis posterioribz ptibus versiculoru
dimidiatis fere Ita nobilissima grecie civitas quon
dam vero etia doctissima sui civis acutissimi mo
numetu ignorasset nisi ab hoie arpinate didicis
set Sed redeat unde ab erravit oro. quis e om
qui mo cum musis. idem cum huanitate et cum
doctrina hēat aliquid commerciu qui se no hunc mathema
ticum malit qm illum tyrannu: Si vite modu actio
nemqz quesim9 alterius mens ratioi rationibz agi
tandis exquirendis qz alebatur cum oblectatione
sollertie qui est unus suavissim9 pastus animoru
alterius in cede et iniurys cum et diuturno et

nocturno metu. Age conser democritum pithago
ram anaxagoram: que regna quas opes studijs
eorum et delectationibus antepones etenim que pars
optima est in homine in ea situm esse necesse est
illud quod querimus optimum. quid est autem in ho
mine sagaci hac bona mente melius eius bono
fruendum est igitur si beati esse volumus bonum autem
mentis est virtus. Ergo hac beatam vitam contineri
necesse est. huic omnia que pulcra honesta preclara
sunt ut supra dixi sed dicendum idem illud paulo
uberius videtur plena gaudiorum sunt ex perpetu
is autem plenisque gaudijs cum perspicuum sit vitam
beatam existere sequitur ut ea existat ex honestate
Sed ne verbis solum attingamus ea que volumus
ostendere proponenda quedam quasi mouentia sunt
que nos magis ad cognitionem intelligentiamque con
uertant. Sumatur enim nobis quidam prestans vir optimis
artibus isque animo parumper et cogitatione fingatur
primum ingenio eximio sit necesse est tardis enim
mentibus virtus non facile comitatur. Deinde ad inue
stigandam veritatem studio incitato ex quo triplex
est animi fetus existet unus in cognitione rerum
positus et in explicatione nature alter in descrip
tione expetendarum fugiendarumque rerum vivendi
Tertius in iudicando quid cuique rei sit consequens
quid repugnans in quo inest omnis cum subtilitas
disserendi tum veritas iudicandi. quo tandem igitur
gaudio affici necesse est sapientis animum cum his
habitantem pernoctantemque curis et cum totius mundi
motus conuersiones que perspexerit sideraque viderit innu
merabilia celo inherentia cum eius ipsius motu
congruere certis infixa sedibus septem alia suos quemque
tenere cursus multum inter se aut altitudine aut
humilitate distantia: quorum vagi motus rata tamen et
certa sui cursus spatia definiat horum nimirum
aspectus impulit illos veteres et admonuit ut plu
ra quererent. inde est indagatio nata initiorum et tam
quam seminum unde essent omnia orta orta generata
concreta queque cuiusque generis vel inanimi vel ani
mantis vel muti vel loquentis origo que vita
qui interitus queque ex alio in aliud vicissitudo atque
mutatio unde terra ex quibus librata ponderibus

:quibus cavernis maria sustineantur : in quod omnia
delata gravitate medium mundi locum semper ex-
pettant : qui est idem infimus in rotundo. Hec trac-
tanti animo et noctes et dies cogitanti existit il-
la deo delphis precepta cognitio ut ipsa se mens
agnoscat : coniunctamque cum divina mente se senti-
at ex quo insatiabili gaudio compleatur. Ipsa enim
cogitatio de vi et natura deorum studium incedit
illius eternitatis imitandi neque se in brevitate vite
collocatam putat cum rerum causas alias ex alijs
aptas et necessitate nexas videt quibus ab eterno
tempore fluentibus in eternum ratio tamen mensque mo-
deratur. Hec ille intues atque suspicies uel potius
omnes partes orasque conspicies quanta rursus animi
tranquillitate humana et citeriora consideat. Hinc
illa cogitatio virtutis existit efflorescunt genera partes
que virtutum. Invenitur quid sit quod natura spectet ex-
tremum in bonis quid in malis ultimum quo refe-
renda sint officia que degende etatis ratio diligen-
da : quibus et talibus rebus exquisitis hoc vel ma-
xime efficitur quod hac disputatione agimus ut virtus
ad beate vivendum sit seipsa contenta. Sequitur
tertia que per omnes partes sapientie manat et funditur
que rem definit : genera dispertit · sequentia adiungit
perfecta concludit : vera et falsa diiudicat disseren-
di ratio et scientia · ex qua cum summa utilitas exi-
stit ad res ponderandas tum maxime ingenua
delectatio et digna sapientia. Sed hec otij transeat
idem iste sapiens ad rem publicam tuendam quid eo possit
esse prestantius cum contineat prudentia utilitatem civi-
um civitat · iusticia nichil ad suam domum inde derivet
Reliquis utatur tot tam varijsque virtutibus adiunge
fructum amicitiarum in quo doctis positum est cum consi-
lium omnis vite consentiens et pene conspirans · tum
summa iocunditas e quotidiano cultu atque victu quod
est tandem vita desiderat quo sit beatior : cui rei
refecte tot tantisque gaudijs fortuna ipsa cedat ne-
cesse est · quod si gaudere talibus bonis animi id est virtu-
tibus beatum est · omnisque sapientes his gaudijs perfe-
runtur omnis esse beatos eos confiteri necesse est
:etiam ne in cruciatu atque tormentis an tu me in
viola putabis aut in rosa dicere : an epicuro quia
tantummodo induit philosophi personam et sibi ipse hoc nomen

inscripsit dicere licebit · quod quidem et habet se res
· me tamen plaudente dicit · nullum sapienti esse tempus etiam
si uratur · torqueatur · secceatur quin possit exclamare
quam pro nichilo puto cum presertim omne malum
dolore desiniat · bonum voluptate · hec nostra honesta
turpia irrideat · dicatque nos in vocibus occupatos
inanes sonos fundere · neque quicquam ad nos pertinere
nisi quod aut leve aut asperum in corpore sentiatur
huic igitur ut dixi non multum differenti a iudicio
ferarum oblivisci licebit sui et tum fortunam con-
temnere cum sit omne et bonum eius et malum in
potestate fortune tum dicere se beatum in summo cruciatu
atque tormentis cum constituerit non modo summum ma-
lum esse dolorem sed etiam solum : nec vero illa sibi re-
media comparavit ad tollerandum dolorem firmitatem
animi turpitudinis verecundiam · exercitationem consuetu-
dinemque patiendi precepta fortitudinis duritia vi-
rilem : sed una se dicit recordatione ad quiescere prete-
ritarum voluptatum ut si quis estuans cum vim ca-
loris non facile patiatur recordari velit esse aliquando
in arpinati nostro gelidis fluminibus circumfusum fu-
isse non enim video quomodo sedare possint mala presentia
preterite voluptates Sed cum is dicat semper beatum
esse sapientem : cui dicere hoc si sibi constare vellet
non liceret · quidnam faciendum est his qui nichil expeten-
dum · nichil in bonis ducendum quod honestate careat
estimant · me quidem auctore etiam peripatetici veteres
que achademici balbutire aliquando desinant apteque et
clara voce audeant dicere beatam vitam in phalaridis
thaurum descessuram Sint etiam tria genera bonorum
ut iam a laqueis stoicorum : quibus usum me pluribus
quam soleo intelligo recedamus Sint sane illa genera
bonorum cum corporis externa iaceant humi : et tantummodo
quia sumenda sint appellantur bona alia autem illa di-
vina longe lateque se plaudant celumque contingant
ut ea qui adeptus sit cur eum beatum modo et non
beatissimum etiam dixerim Dolorem vero sapiens ex-
timescet · is enim huic maxime sententie repugnat
Nam contra mortem nostram atque nostrorum contraque egritu-
dinem et reliquas animi perturbationes satis esse vi-
demur superiorum dierum disputationibus armati et parati
Dolor esse videtur acerrimus virtuti adversarius : is

ardentes faces intentat · is fortitudine magnitudine
animi patientiam se debilitaturum minatur Huic igitur
succumbet virtus huic beata sapientis et constan-
tis viri vita cedet quam turpe o dii boni pueri Spar-
ciate non ingemiscunt verberum dolore laniati /
Adolescentium greges lacedemone vidimus ipsi incre-
dibili contentione certantes · pugnis · calcibus · unguibus
morsu denique cum examinarent · prius quam victos se
faterentur · que barbaria India vastior aut agresti-
or in ea tamen gente primum ei qui sapientes habentur
nudi etatem agunt et Caucasi nives hiemalemque
vim perferunt sine dolore : cumque ad flammam se ap-
plicaverint sine gemitu aduruntur Mulieres vero in
India cum est cuius earum vir mortuus in certamen
iudiciumque veniunt quam plurimum ille dilexerit plures
enim singulis solent esse nupte : que est victrix ea
leta prosequentibus suis una cum viro in rogum
imponitur illa victa mesta discedit Numquam naturam
mos vinceret Est enim ea semper invicta sed nos um-
bris deliciis · otio · languore · desidia animum infeci-
opinionibus maloque more delenitum mollivimus Egip-
tiorum morem quis ignorat · quorum imbute mentes
pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint
quam ibim aut aspidem aut felum aut canem aut co-
codrillum violent · quorum etiam si imprudentes
quippiam fecerint penam nullam recusent De homi-
nibus loquor quid bestie · non frigus non famem non
montivagos atque silvestres cursus lustrationesque pa-
ciuntur · non pro suo partu ita pugnant ut vulnera
excipiant · nullos impetus nullos ictus reformident
omitto que perferant queque patiantur ambitiosi honoris
causa laudis studiosi glorie gratia amore incensi cu-
piditatis plena vita exemplorum est Sed adhibeat
oratio modum et redeat illuc unde deflexit Dabit
inquam se in tormenta vita beata : nec iustitiam tem-
perantiam In primisque fortitudinem · magnitudinem
animi patientiam prosecuta cum tortoris os viderit
consistet virtutibusque omnibus sine ullo animi terrore ad
cruciatum profectis resistet extra fores ut ante dixi
limenque carceris · quid enim ea fedius : quid deformius
sola relicta comitatu pulcherrimo segregata : quod
tamen fieri nullo pacto potest · nec enim virtutes sine
beata vita cohere possunt : nec illa sine virtutibus

Itaque etiam tergiuersari non sinent secumque rapient
ad quemcumque ipse dolorem cruciatumque ducentur
Sapientis enim proprium · nihil quod penitere possit fa-
cere · nihil inuitum splendide constanter grauiter
honeste · omnia nihil ita expectare quasi certo futu-
rum nihil cum acciderit admirari ut inopinatum
ac nouum accidisse videatur · omnia ad suum arbitrium
referre · suis stare iudiciis : quo quid sit beatius mihi
certe venire in mente non potest Stoicorum quidem faci-
lis conclusio est : qui cum finem bonorum esse sense-
rint congruere nature cumque ea conuenienter viuere
cum id sit in sapiente situm non officio solum verum
etiam potestate sequatur necesse est · ut cuius in potestate
summum bonum in eiusdem vita beata sit Ita fit semper
beata vita sapientis Habes que fortissime de beata
vita dici putem : et quo modo nunc est nisi quid tu melius
attuleris etiam uerissime · melius equidem afferre
nihil possum sed a te impetrarim libenter ut nisi
molestum sit quoniam te nulla vincula impediunt illius
certe discipline libas : que ex omnibus quodcumque te maxime
specie veritatis mouet quod paulo ante peripateti-
cos ueteremque achademiam hortari videbare ut sine
retractatione libere dicere auderent sapientes esse semper
beatissimos id uelim audire quemadmodum his
putes consentaneum esse id dicere : multa enim a te contra
istam sententiam dicta sunt et Stoicorum ratione conclu-
sa · utamur igitur libertate qua nobis solis in philosophia licet
uti quorum oratio nihil ipsa iudicat sed habetur in omnes
partes ut ab aliis possit ipsa per se nullius auctoritate
adiuncta iudicari Et quoniam videris hoc velle ut quecum-
que dissentientium philosophorum sententia sit de finibus tamen virtus
satis habeat ad vitam beatam presidii quod quidem carne-
adem disputare solitum accepimus Sed is contra Sto-
icos quod studiosissime semper refellebat et contra quo-
rum disciplinam ingenium eius exarseat nos illud
quidem cum pace agemus Si enim Stoici finibus bo-
norum recte posuerint confecta res est · necesse est semper
beatum esse sapientem Sed queramus unamquamque reli-
quorum sententiam si fieri potest : ut hoc preclarum quasi
decretum beate vite possit omnium sententiis et discipli-
nis conuenire Sunt autem hec de finibus ut opinor
retente defenseque sententie Primum simplices quattuor
nihil bonum nisi honestum ut Stoici nihil bonum

nisi voluptatem ut Epicurus nihil boni nisi vacui-
tatem ut hieronymus nihil boni nisi nature primis
bonis aut omnibus aut maximis frui ut Carneades
contra Stoicos disserebat Hec igitur simplicia illa
mixta tria genera bonorum maxima animi secun-
da corporis externa tertia ut peripatetici nec multo veteres
achedemici secus voluptatem cum honestate Dyno-
machus et calipho copulavit indolentiam autem
honestati peripateticus dyodorus adiunxit hec sunt
sententie que stabilitatis aliquid habeant Nam aristo-
nis pirrhonis herili nonnullorum aliorum evanuerunt
hi quid possint obtinere videamus omissis Stoicis
: quorum satis videorum defendisse sententiam et peri-
pateticorum quidem explicata causa est preter theo-
phrastum Et si qui illum secuti imbecillius hor-
rent dolorem et formidant reliquis quidem licet
facere id quod fere faciunt ut gravitatem dignitatemque
virtutis exaggerent quam cum ad celum extulerint
: quod facere eloquentes homines copiose solent : reliqua
ex collatione facile est conterere atque contemnere : nec
enim licet his qui laudem cum dolore petendam esse
dicant negare eos esse beatos qui illam adepti sunt
quamquam enim sint in quibusdam malis : tamen hoc nomen
beati longe et late patet : nam ut questus a merca-
tura fructuosa ratio dicitur non si altera semper
omni dampno altera omni tempestatis calamitate semper
vacat Sed si multo maiore ex parte existat in utraque
felicitas : sic vita non solum si undique referta bonis
est : sed si multo maiore et graviore ex parte bona pro-
pendent beata recte dici potest Sequetur igitur bonorum
ratione vel ad supplicium beata vita virtutem cumque
ea descendet in thaurum aristotele Xenocrate pseu-
sippo polemone auctoribus nec eam minimis blandi-
mentis corrupta deseret : eadem caliphontis erit
Dyoderisque sententia : quorum uterque honestatem sic
complectitur ut omnia que sine ea sint longe et retro
ponenda censeat Reliqui qui habere se videntur an-
gustius enatant tamen Epicurus hieronimus et hi qui
sunt qui desertum illum Carneadem curent defendere
: nemo est enim : qui eorum bonorum animum putet esse iu-
dicem eumque condocefaciat ut ea que bona mala-
ne videantur possit contemnere Nam quod tibi Epicu-
rus videtur eadem erit hieronymi et Carneadis

causa et hercule omnium reliquorum Cuius enim pa
ratum est contra mortem aut dolorem paratus ordinarium
ab eo si placet: quem mollem: quem voluptarium
dicimus Cuius is tibi mortem ne videtur an dolorem
timere qui eum diem quo moritur beatum appellat
: maximisque doloribus affectus : eos ipsos inventorum
suorum memoria et recordatione confutat : nec hec
sic agit ut ex tempore quasi effutire videatur de morte
enim ista sentit ut dissoluto animante sensum extin
ctum putent. quod autem sensu careat nichil ad nos id
videlicet pertinere Item dolore certa habet que sequatur: quorum
magnitudinem brevitate consolatur, longinquitatem levi
tate qui tandem isti grandiloqui contra hec duo que
maxime angunt melius se habent: quam Epicurus: an
ad cetera que mala putantur non et Epicurus et re
liqui philosophi satis parati videntur. quis non paupertatem
extimescat : neque tamen quisquam philosophorum hic vero ipse quam
parvo est contentus nemo de tenui victu plura di
xit Et enim que res pecunie cupiditatem afferunt. ut
amori ut ambitioni ut quottidianis sumptibus copiose
suppetant cum procul ab his omnibus rebus absit cur
pecuniam magnopere desideret vel potius cur curet
omnino An scythes anacharsis potuit pro nichilo pe
cuniam ducere, nostrates philosophi facere non potuerunt illius
epistola fertur his verbis Anacarsis hannoni salutem
Michi amictui est scythicum tegimen calciamentum sollorum
callum cubile terra pulpamentum fames. lac
te. caseo carne vescor. quare ut ad quietum me licet
venias : munera autem ista quibus es delectatus vel
civibus tuis vel diis immortalibus dona omnis fere philosophi
omnium disciplinarum nisi quos a recta ratione natura
viciosa detorsisset eodem hoc animo esse potuerunt Socra
tes in pompa cum magna vis auri argentique ferretur
quam multa non desidero inquit Xenocrates cum legati
ab allexandro quinquaginta ei talenta attulisset: que
erat pecunia temporibus illis. athenis presertim ma
xima abduxit legatos ad cenam in achademiam
his apposuit tantum quod satis esset nullo apparatu : cum
postridie rogarent eum cui numerari iuberet : quid vos
hesterna inquit cenula non intellexistis me pecunia
non egere : quos cum tristiores vidisset triginta mi
nas accepit : ne aspernari regis liberalitatem videretur
At vero diogenes liberius ut cynicus alexandro,

rogantique ut diceret si quid opus esset · nunc quidem pau
lulum inquit a sole offecerat videlicet apricanti et
hic quidem disputare solebat quando regem persa
rum vita fortunaque superaret · sibi nichil deesse ·
nichil illi satis unquam fore · sed eius voluptates non
desiderare : quibus numquam satiari ille posset : suas
eum consequi nullo modo posse · vides credo ut epicu
rus cupiditatum genera diviserit non nimis fortasse
subtiliter : utiliter tamen partim esse naturales et necessa
rias : partim naturales et non necessarias partim neu
trum necessarias saciari pene posse nichilo · divitias
enim nature parabiles esse secundum aut genus cupidita
tum nec ad potiendum difficile esse censet : nec vero
ad carendum : tertias quod essent plane inanes : neque
necessitate modo : sed ne natura quidem attingerent
funditus eiciendas putavit hoc loco multa ab epi
cureis disputantur hee que voluptates sigillatim
extenuantur quarum genera non contemnunt que
runt tamen copiam · nam et obscenas voluptates : de quibus
multa ab illis habetur oratio facilis communis in
medio sitas esse dicunt : easque si natura requirat non
genere aut loco aut ordine sed fortuna etate fi
gura metiendas putant · ab hisque abstinere minime
esse difficile · si aut valitudo aut officium aut fama
postulet : omnino quod genus hoc voluptatum optabile esse
si non obsit prodesse nunquam : totumque hoc de volup
tate sic ille precipit : ut voluptatem ipsam per se quia
voluptas sit semper exoptandam putet et expetendam
Eademque ratione dolorem ob idipsum quia dolor sit semper
esse fugiendum itaque hac usurum compensatione sa
pientem : ut voluptatem fugiat · si ea maiore dolore
effectura sit : et dolorem suscipiat maiorem efficientem
voluptatem omniaque iocunda quamquam sensu corporis
iudicentur · ad animum referri tamen · quocirca corpus
gaudere tamdiu dum presentem sentiret voluptatem
animum et presentem percipere pariter cum corpore · et prospicere
venientem nec preteritam preterfluere sinere · ita perpe
tuas et contextas voluptates in sapiente fore semper
cum expectatio speratarum voluptatum perceptarum memo
ria iungetur atque his similia ad victum etiam trans
feruntur extenuantur magnificentia et sumptus epula
rum : quod parvo cultu natura contenta sit · Etenim quis
hoc non videt · desideriis omnia ista condiri · Darius

in fuga cum aquam turbidam et cadaueribus inquinatam
bibisset: negauit umquam se bibisse iocundius, numquam
videlicet sitiens biberat: nec esuriens ptolemeus ede
rat: cui cum peregranti egiptum comitibus non sequtis
cibarius in casa panis datus esset, nichil visum est
illo pane iocundius. Socrate ferunt cum usque ad ue
sperum contentius ambularet quesitumque esset ex eo
quare id faceret, respondisse se quod melius cenaret ob
sona reambulando famem. quid victum lecedemoni
orum in philitiis nonne videmus: ubi cum tyrannus
cenauisset Dyonisius negauit se iure illo nigro
quod cene caput erat delectatum. tum is qui illa coxerat
minime mirum, condimenta enim deferunt. que tandem
inquit ille. labor in uenatu, sudor cursus: ab euro
ta fames, sitis. his enim rebus lacedemoniorum epule
condiuntur. atque hoc non ex hominum more solum,
sed etiam ex bestiis intelligi potest: que ut quicquid ob
iectum est dum modo a natura non sit alienum
eo contente non querunt amplius. Ciuitates qui
dam uniuerse more docte parsimonia delectantur
ut de lacedemoniis paulo ante diximus. persarum
a zenofonte victus exponitur quos negat ad pa
nem adhibere quicquam preter nasturcium: quamquam
si quedam etiam suauiora natura desideret. quam
multa ex terra arboribusque gignuntur cum copia
facili tum suauitate prestantia. adde siccitatem
que consequitur hanc continentiam in victu. adde in
tegritatem ualitudinis confer sudantes ructantes
refertos epulis tamquam opimos boues: tum intel
liges qui uoluptatem maxime sequuntur eos minime
consequi iocunditatemque uictus esse in desiderio
non in sacietate. Thimotheum clarum hominem athe
nis et principem ciuitatis ferunt cum cenauisset
apud platonem eoque conuiuio ad modum delectatus
esset, uidissetque eum postridie equidem cene non
solum in presentia sed etiam postero die iocunde sunt
quid quod ne mente quidem recte uti possumus multo
cibo et potione completi. Est preclara epistola plato
nis ad dionis propinquos: in qua scriptum est his fe
re verbis. quo cum uenissem vita illa beata, que fe
batur plena italicarum syracusaniarumque mensarum

nullo modo michi placuit bis in die saturu fieri nec vnquam pernoctare solum Cetera quoque que comitantur huic uite in que sapiens nemo efficitur vnquam, moderatus vero multominus Que enim natura tam mirabiliter temperari potest Quo igitur iocunda vita potest esse a qua absit prudentia, absit moderatio et quo Sardanapoli opulentissimi Sirie regis error agnoscitur: qui incidi iussit in busto. hec habeo que edi: queque exaturata libido hausit at illa iacent multa et preclara relicta quod aliud inquit Aristoteles in bouis non in regis sepulcro inscriberes Hec habere se mortuum dicit que nec viuus quidem diutius habebat quam fruebatur Cur igitur diuitie desiderentur: aut ubi paupertas beatos esse non sinit, signis credo, tabulis, ludis Si quis est qui his delectetur nonne melius tenues homines fruuntur: quam illi qui his habundant Est enim earum rerum omnium nostra urbe summa in publico copia, que qui priuati habent nec tam multa et raro vident cum in sua rura venerunt: quos tamen pungit aliquid cum illa vnde habeant recordantur Dies deficiet si uelim paupertatis causam defendere Apta enim res est et quottidie nos ipsa natura admonet quam paucis quam paruis rebus egeat quam uilibus Num igitur ignobilitas aut humilitas: aut etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit vide ne plus commendatio in volgus: et hec que expetitur gloria molestie habeat quam voluptatis Leuiculus sane noster Demosthenis qui illo susurro delectari se dicebat quam ferentis mulierculae ut mos in grecia est insusurrantesque alteri hic est ille Demosthenes, quid hoc leuius At quantus orator sed apud alios loqui videlicet didicerat non multum ipse secum Intelligendum est igitur nec gloriam popularem ipsam per sese expetendam nec ignobilitatem extimescendam Veni athenas inquit Democritus: neque me quisquam ibi agnouit Constantem hominem et grauem qui glorietur a gloria se abfuisse An tibicines hi quoque qui fidibus vtuntur suo non multitudinis arbitrio cantus numerosque moderantur vir sapiens multo arte maiore preditus in quid verissimum sit: sed quid uelit volgus exquiret An

quicq̄ stulcius q̄ quos singulos sicut opedrios
barbaros q̄ contemnas eos aliquid putare ēē vni-
uersos Ille uero ittas ambitiones leuitates q̄ con-
temnat honores q̄ populi etiā ultra delatos repu-
diabit Nos aūt eos nescim⁹ antequā penitē cepit
contemnē Est apud eraclitū phisicū de pn̄cipe ephe-
siorum hermodoro vniuersos ait ephesios ēē mor-
te multandos q̄ cum ciuitate expellent hermodo-
rum ita locuti sunt Nemo de nob vnus excellat
et si quis extiterit alio in loco et apud alios sit an
hoc non ita fit omnino in populo nomine oēm exupe-
rantiā v̄tutis oderunt · quid aristides · malo eīn
grecorū q̄ nr̄a proferre · nonne ob eam causā ex-
pulsus ē p̄ria q̄ preēmodum iustus eēt Quantis
igitur molestys uacant q̄ nichil omnino cum p̄plo
contrahunt · quid est eīn dulcius ocio lrato : hys dico
lr̄is quib̄ infinitate rerum atq̄ nature et in hoc
ipō mūdo · celum · t̄ras · maria cognoscim⁹ Contemp-
to igitur honore contempta etiam pecunia quid
relinquitur quod extimescendum sit : exiliū credo
quod in maximis malis ducit̄ Id si propē et ali-
enā et offensam populi uoluntate malū est q̄ñ
sit ea contempneda sicut et paulo ante dictum
ē Sin abesse pat̄a miserū est · plene miserorum
prouincie sunt · ex quib̄ ad modum pauci in p̄riā
reuertunt̄ at multantur bonis exules · quid tum
parum ne multa de tollexanda paup̄tate dicunt̄
Iam vero exiliū · si rerum natura non ignominī-
am nomīs querim⁹ quantū dampna ꝑetua pe-
regrinatōe differt in qua etates suas ph̄i nobilissimi
consumpserut Xenocrates Crantor Archesilas La-
cides Aristoteles Theofrastus Zeno Cleantes Cri-
sippus Antipater Carneades Panecius Clitomach⁹
Carneades Philo Anthiochus Possidonius innume-
rabiles aly qui semel egressi nunq̄ domū reuterēt
At eīn sine ignominia affici sapiente De sapiente
eīn hec omīs oratio est cui iure id accidere nō pos-
sit Nam iure exultante consolari nō oportet Postre-
mo ad omīs casus facillima ratio est eoꝝ qui ad vo-
luptate ea referūt que sequunt̄ in vita : ut quocū-
q̄ hec loca suppeditent · ibi beate queat viuē Itaq̄
ad oēm rōm teucri nox accomodari p̄t · patria est

vbitumque eſt bene ſocrates quidem cum rogaretur
cuiatem ſe eſſe diceret · mundanum inquit · tocius ei
mundi ſe incolam et ciuem arbitrabatur · quid T.
albucius nomine animo equiſſimo athenis exul
philoſophabatur cui tamen illud ipſum non accidiſſet ſi
in re p. quieſcens epicuri legibus paruiſſet · qui enim
beatior Epicurus quod in patria viuebat quam quod athenis
metrodorus Aut plato Xenocrate vincebat vt po-
lemo arceſilam quo eſſet beatior · quanti vero iſta
ciuitas exiſtimanda eſt ex qua boni ſapientes que pel-
luntur Damarathus quidem Tarquinii nostri regis pater
tyrannum Cypſelum quod ferre non poterat fugit Tar-
quiniis Corintho et ibi ſuas fortunas conſtituit
ac liberos procreauit: num ſtulte anteposuit exilii
libertatem domeſtice ſeruituti Iam vero motus ani-
mi ſollicitudines · egritudines que obliuione leniuntur
traductis animis ad voluptatem Non ſine cauſa
igitur Epicurus auſus eſt dicere ſemper in pluribus
bonis eſſe ſapientem · quia ſemper ſit in voluptatibus
ex quo effici putat ille quod querimus ut ſapiens ſemper
beatus ſit etiam ne ſi ſenſibus carebit oculorum
ſi aurium etiam · nam iſta ipſa contemnit Primum
enim horribilis iſta cecitas quibus tandem caret vo-
luptatibus cum quidam etiam diſputet ceteras volup-
tates in ipſis habitare ſenſibus que autem aſpectu per-
cipiantur ea non verſari in oculorum illa iocunditate
ut ea que guſtemus · olfaciemus · tractemus · audi-
amus in ea ipſa ubi ſentimus parte verſentur In ocu-
lis tale nichil fit animus accipit que videmus Ani-
mo autem multis modis varijs que delectari licet etiam
ſi non adhibeatur aſpectus Loquor enim de docto ho-
mine et erudito cui viuere eſt cogitare Sapientis
autem eſt cogitatio non ferme ad inveſtigandum adhibet
oculos aduocatos Et enim ſi nox non adimit vitam
beatam cur dies nocti ſimiles adiuuat Nam illud
antipatri Cirenaici eſt quidem paulo obſcenius ſed
non abſurda ſententia eſt cuius cecitatem cum
mulierculae lamentarentur · quid agitis inquit · an
nobis nulla videtur voluptas eſſe nocturna Appium
quidem veterem illum qui cecus annos multos fuit
et ex magiſtratibus et ex rebus geſtis intelligimus
in illo ſuo caſu nec priuato nec publico muneri

defuisse? Cn. Drusi domum compleri a consultoribus
solitam accepimus: cum quorum res esset sua ipsi
non videbant. Cecum adhibebant ducem. pueris nobis
Cn. aufidius pretorius et in senatu sententiam dice-
bat: nec amicis deliberantibus deerat et grecam
scribebat historiam et videbat in litteris Diodothus
Stoicus cecus multos annos nostre domi vixit: is vero
quod credibile vix esset cum in philosophia multo etiam
magis assidue quam antea versaretur et cum fidibus
pitagoreorum more uteretur. cumque ei libri noctes
et dies legerentur quibus in studiis oculis non egebat
: tum quod sine oculis fieri posse vix videtur geometrie
munus tuebatur verbis precipiens discentibus. unde
quo quamque lineam scriberent Asclepiadem ferunt non
ignobilem heretricum philosophum cum quidam quereret quid
ei cecitas attulisset respondisse puero ut uno esset
comitatior Et enim vel summa paupertas tollerabilis sit
si liceat: vel quibusdam grecis quottidie sic cecitas
ferri facile posset: si non desint subsidia valitudinum
Democritus luminibus amissis alba scilicet discernere et atra
non poterat At vero bona. mala. equa. iniqua honesta.
turpia. utilia. inutilia. magna parva poterat
Et si sine varietate colorum licebat vivere beate
sine notione rerum non licebat: atque hic vir impedi-
ri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur
Et cum alii sepe quod ante pedes esset non viderent ille
in infinitatem omnem peregrinabatur: ut nulla in extre-
mitate consisteret Traditum est etiam homerum cecum
fuisse: at eius picturam non cecitatem fuisse. que re-
gio: que ora qui locus grecie: que species forme
: que pugna que acies: quod remigium: qui motus
hominum: qui ferarum non ita expictus est: ut que ipse
non viderit: nos ut videremus effecerit: quid ergo
aut homero delectationem animi ac voluptatem aut
cuiquam docto defuisse unquam arbitramur ut heret
anaxagoras aut hic ipse democritus agros et pat-
rimonia sua reliquissent huic discendi querendique di-
vine delectationi toto se animo dedissent Itaque au-
gurem tyresiam quem sapientem fingunt poete nunquam
inducunt deplorantem cecitatem suam At vero poliphe-
mum homerus cum inmanem ferumque finxisset cum
ariete etiam colloquentem facit: eiusque laudare for-
tunas. quod qua vellet ingredi posset. et que vellet

attingeret Recte hic quidem nichilo em̄ erat ipe
Ciclops qm̄ aries ille prudentior Jn surditate vero qd
nam est mali. Erat surdaster M Crassus sed aliud
molestius q̄ male audiebat etiam si ut michi vide
batur iniuria Epicurei nr̄i grece fere nesciunt nec g̃
ci latine. ergo hi in illorum et illi in horū sermone
surdi oms q̃ nos in his linguis. quas nō intelligi9
que sunt innumerabiles surdi profecto sum9 At vo
cem citaredi non audiunt. ne stridore quidē fretum
cum acuitur aut citus gimnitū cum iugulatur sus
nec conquiescere volunt fremitū murmurantis ma
ris Et si cantus eos forte delectat. p̄mū cogitare
debent antequā hi sint inventi multos bt̄e vixisse
sapientes. deinde multo maiorē ꝑcipi posse legendis
his quam audiendis voluptate. tum ut paulo ante
cecos ad aurium traducebamus voluptate. sic liceat
surdos ad oculorum Et enī que secum loqui poterit
sermone altius non requiret Congregant̄ in unū
omnia ut idem oculis et auribꝫ captus sit. pre
matur etiā doloribꝫ acerrimis corporis qui primū
per se ipi plerūqꝫ conficiunt hominē sin forte longi
quitate producti vehementius tn̄ torquet q̄ ut causa
sit cur ferant̄ quidem tandem Dii boni quid labore9
portus enī presto est qm̄ mors ibidem ē eternū nichil
sentiendi receptaclm̄ Theodorus lisimacho morte
minitanti Magnū vero inquit effecisti si canthari
dis vim consecutus es. paulus perside ꝑcanti ne
in triumpho duceretur Jn tua id quidē ꝑtate ē. Multa
ꝑmo die cum de ipā morte quereremus non pauca
etiam postero cum ageretur de dolore sunt dicta
De morte. que qui recordetur haud sane periculū
est. ne non morte aut optandam. aut c̃te nō time
dam putet michi quidē in vita servanda videtur
illa lex que in grecorū conviviis obtinet̄. aut bibat
inquit aut abeat et recte. aut enī fruat̄ aliquis
pariter cum aliis voluptate potandi. aut ne sobrius
in violentia violentorū incidat ante discedat. Sic
iniurias fortune quas ferre nequeas defugiendo
relinquas Hec eadem que Epicurus totidem verbis dicit
hieronim9. qd si hii ph̄i. quorū ea sententia ē ut
virtus ꝑ se ipā nichil valeat. omneqꝫ qd honestū nos
et laudabile esse dicam9. id illi cassum qddam et
inani vocis sono decoratū esse dicat. et tn̄ sempꝛ
btm̄ censent esse sapientē. quid tandem a Socrate

et platone perfectis phis faciendu vides: quorum
alij tanta prestanciaz in bonis animi esse dicunt
: ut ab his corporis et extna obscruent Alij aut hec n.
bona quidem dicunt in animo reponut omnia: quo-
rum controversiam solebat tanqua onerarius ar-
biter iudicare carneades Nam quecunq bona
pipateticis eadem stoicis comoda videntur: neq
tn pipatetici plus tribuent divitijs bone ualitudi
ceteris rebus generis eiusdem quam stoici cu ea
re non vbis ponderaret causam esse desiderandi
negabat. quare hunc locum ceterarum disciplinar
phi quemadmodu obtinere possint ipi viderint michi
tame gratum est q de sapientium ppetua bene vivedi
facultate Dignu quiddam phorum voce profitent.
Sed qm mane in eunde has quinq dierum disputa-
tiones memoria comprehendamus: et quide me esse
conscriptum arbitror ubi em melius ubi possum
hoc eiusmodi ocio ad Brutumq iterum hos libros
alteros quiq mittemus a quo no mo impulsi sumus
ad philosophicas scriptiones verum etia lacessiti
In quo quantum ceteris profuturi simus. no facile
dixerim: nostris quidem acerbissimis doloribus va-
rijsq et undiq circumfusis molestijs alia nulla po-
tuit inveniri levatio. /

Opus Marci tulij Ciceronis Tusculanarum questionu feliciter Explicit :·

Quinti Curcii Ruffi liber Tercius de gestis Alexandri Macedonis Incipit feliciter

Inter hec Alexander ad conducendum ex Peponensi militem Clea-
dro cum pecunia misso. Licie. Pamphylieque rebus compositis ad urbem
Celenas exercitum admouit. Media illa tempestate menia influebat
Marsias amnis fabulosis grecorum carminibus inclitus. Fons eius ex
summo montis cacumine excurrens in subiectam petram magno stre-
pitu aquarum cadit. Inde diffusus circumiectos rigat campos. Liqui-
dus et suas duntaxat undas trahens. Itaque color eius placido mari similis.
locum poetarum mendacio fecit. Quippe traditum est nimphas amore am-
nis retentas in illa rupe considere. Ceterum quamdiu inter muros fluit suum nomen
retinet. At cum munimenta se reuoluit. maiore vi ac mole agentem undas Lacum
appellant. Alexander quidem urbem destitutam a suis intrat. Arcem vero in quam
confugerant oppugnare ex adorsus caduceatorem premisit qui denunciaret. ni de-
derent se ipsos ultima esse passuros. Illi caduceatorem in turrim et situ et opere mul-
tum editam perductum. quanta esset altitudo intueri. ac renunciare Alexandro se
non eadem ipsum et incolas extimatione munimenta metiri. Se scire inexpugna-
biles. ad ultimum pro fide morituros. Ceterum ut circumsederi arcem. et omnia si-
bi in dies arctiora viderunt esse. sexaginta dierum inducias pacti ut nisi intra eos
auxilium Darius ipse misisset. dederent urbem. Postquam nichil inde presidii mitte-
batur ad prestitutam diem permisere se regi. Superuenit deinde legati Athenien-
sium petentes ut capti aput Granicum amnem redderentur sibi. Ille non hos
modo sed etiam ceteros grecos restitui suis respondit finito persico bello. Ceteru-
no Dario immines de Alexandro cura erat. quem nondum Eufratem superasse
cognouerat undique omnes copias contrahit. totis viribus tanti belli discri-
men aditurus. Phrigia erat per quam ducebatur exercitus pluribus vicis
quam urbibus frequens. Tunc habebat quadam nobilem Myde ciuitate regi-
am. Gordium nomen est urbi quam Sangarius amnis influit. pari intervallo
Pontico et Cilicio mari distantem. Inter hec maria angustissimum Asie spacium
esse comperimus. utroque in arctas fauces compellente terram. Que quia con-
tinenti adheret sed magna ex parte cingitur fluctibus. speciem insule prebet. ac
nisi tenue discrimen obiceret maria que nunc diuidit committeret. Alexander urbe
in ditionem suam redacta Iouis templum intrat. vehiculum quo Gordium inde
patrem uectum esse constabat aspexit. cultu aut sane a vilioribus vulgatisque v-
su abhorrens. Notabile erat vinculum astrictum cum pluribus nodis in se-
metipsos implicatis et celantibus nexus molis. Deinde affirmantibus editum esse
oraculo sortem Asie potiturum qui inexplicabile vinculum soluisset. cupido in-
cessit animo sortis eius implende. Circa regem erat et Frigum turba et ma-
cedonum. Illa expollicitatore suspensa. Hec sollicita ex temeraria regis fiducia

Caduceator dicitur legatus pacis qui gerit pacis fert Legatum inter aliquos.

Alex Gordium

Quippe series vinculorum erat ita astricta, ut unde nexus inciperet quo ne se conderet nec ratione nec visu percipi posset. Solvere aggressus iniecerat curam ei ne in omen verteretur irritum inceptum. Ille nequaquam diu luctatus cum latentibus nodis, Nichil inquit interest quo solvatur, gladioque ruptis omnibus loris oraculi sortem vel illusit vel implevit. Cum deinde Darium ubicumque esset occupare statuisset ut a tergo tuta relinqueret Amphoterum classi ad horam Hellesponti copiis autem prefecit Egylogum, lesbum et Chyum Choumque presidys hostium liberaturos. His talenta ad belli usum quingenta tribuit. Ad Antipatrum et eos qui grecas urbes tuebantur sescentas missas ex federe naves sociis imperat que Elesponto presiderent. Nondum enim Memnonem vita excessisse cognoverat in quem omnes intenderat curas satis gnarus cuncta in expedito fore si nichil ab eo moveretur. Iamque ad urbem Antyram ventum erat ubi numero copiarum inito Pafflagoniam intrat. Huic iuncti erant Eneti unde quidam Venetos trahere originem credunt. Omnisque hec regio paruit regi datisque obsidibus tributum quod ne persis tulissent pendere ne cogerentur impetraverunt. Chalas huic regioni prepositus est. ipse assumptis qui ex Macedonia nuper advenerant Capadotiam petit. At Darius nuntiata Memnonis morte haut secus quam par erat motus omissa omni alia spe statuit ipse decernere. Quippe que per duces suos acta erant cuncta dampnabat ratus pluribus curam omnibus abfuisse fortunam. Igitur castris ad Babiloniam positis quo maior animo capesceret bellum universas vires in conspectum dedit. Et circumdato vallo quod decem milium armatorum multitudinem caperet xerxis exemplo numerum copiarum iniit orto sole ad noctem sicut erant descripta agmina vallum intrave. Inde occupaverunt emissa Mesopotamie campos equitum peditumque propemodum innumerabilis turba maiorem quam pro numero speciem. Persarum erant centum milia in quis eques triginta implebat. Medi decem equitum quinquaginta milia fuere armati bipennibus levibusque scutis celte maxime speciem reddentibus. Peditum decem milia pari armatu sequebantur. Armenii quadraginta milia miserant peditum additis septem milibus equitum. Hircani egregium ut inter illas gentes sex milia expleverant additis equitibus. Militatura Derbices quadraginta milia armati erant pluribus ferro prefixe haste. Quidam lignum igne duraverant. Hosque duo milia equitum ex eadem gente comitata sunt. A Caspio mari octo milium pedester exercitus venerat ducenti equites cum hys erant. Ignobiles Asye gentes duo milia peditum equitum duplicem paraverant numerum. Hys copys triginta milia grecorum mercede conducta egregie iuventutis adiecta sunt. Nam Baptrianos et Sogdianos et yndos ceterosque rubri maris accolas ignota etiam ipsi gentium nomina festinatio prohibebat acciri. Nec quicquam illi minus

quam multitudo militum defuit. Cuius conspectu admodum letus purpuratis so
lita vanitate spem eius inflantibus conversus ad Caridemum Atheniensem belli peri
tum et ob exilium infestum Alexandro. Quippe athenis iubente eo fuerat expul
sus percunctari cepit satis ne ei videretur instructus ad obterendum hostem. At
ille sue sortis et regie superbie oblitus Verum inquit et tu forsan audire nolis et
ego nisi nunc dixero alias nequiquam confitebor. Hic tanti apparatus exercitus.
Hec tot gentium et totius orientis excita sedibus suis moles finitimis potest esse
terribilis. Nitet purpura auroque fulget armis et opulentia quantam qui oculis
non subiecere animis concipere possunt. Sed macedonum acies torva sane et
inculta clipeis hastisque inmobiles cuneos et conferta robora virorum teget. Ipsi
phalangem vocant. Peditum stabile agmen vir viro armis arma conserta
sunt. Ad nutum monentis intenti sequi signa ordines servare didicerunt. Quod
imperatur omnes exaudiunt obsistere circuire discurrere in cornu mutare pugna
non duces magis quam milites callent. Ac ne auri argentique studio teneri pu
tes. Adhuc illa disciplina paupertate magistra stetit. Fatigatis humus cubile est
cibus quem occupati parant saciat. tempora sompni arciora quam noctis sunt.
Iam thessali equites et Acharnanes Etholique invicta bello manus fundis
credo hastisque igne duratis repellentur. pari robore opus est in illa terra que
hos genuit auxilia querenda sunt. Argentum istud atque aurum ad conducen
dum militem mitte. Erat Dario mite ac tractabile ingenium nisi suam naturam
plerumque fortuna corrumperet. Itaque veritatis impaciens hospitem ac suppli
cem tum maxime utilia suadentem abstrahi iussit ad capitale supplicium. Ille
ne tum quidem libertatis oblitus Habeo inquit paratum mortis mee ultorem.
Expetet penas mei consilii spreti ipse contra quem ego suasi tibi. Tu quidem
licencia regni tam subito mutatus documentum eris posteris. Homines cum
se permisere fortune etiam naturam dediscere. Hec vociferantem quibus imperatum
iugulant. Sera deinde penitencia subiit regem ac vera dixisse confessum eum
sepelliri iussit. Timodes erat Mentoris filius impiger iuvenis. cui preceptum
est a rege ut omnes peregrinos milites in quibus plurimum habebat spei a pharna
bozo acciperet. opera eorum usurus in bello. Ipse pharnabozo tradidit imperium
quod ante Memnoni dederat. Anxium de instantibus curis agitabant etiam per
sompnum species iminencium rerum. sive illas egritudo sive divinacio ani
mi presagientis accersit. Castra Alexandri magno ignis fulgore collu
cere visa sunt ei. Et paulopost Alexandrum adduci ad ipsum. in eo vestis ha
bitu quo ipse fuisset. Equo deinde per babiloniam vectus subito cum ipso
equo oculis esse subductum. Ad hec vates varia interpretacione curam
distraxerant. Alii letum id regi sompnium esse dicebant quod castra hostium
arsissent. quod Alexandrum deposita alia veste regia in persico et vulgari

habitu productum esse vidisset Quidam non ita augurabantur Quippe industria mace
donum castra visa fulgorem allexandro portendere quod regnum Asye occupare habu — i. significare futurum.
isset haud ambigue rei quoniam in eodem habitu Darius fuisset cum appellatus est
rex Vetera quoque omina ut fert sollicitudo revocaverunt / Recensebant enim
Darium in principio imperii vaginam acinacis persicam iussisse mutari in eam formam — hec acinaces lingua medorum dicitur gladius militaris valde acutus
qua greci uterentur protinusque Caldeos interpretantes imperium Persarum ad
eos transiturum quorum arma esset imitatus Ceterum ipse et vatum responso quod
edebatur in vulgus et specie que per sompnum oblata erat admodum letus castra ad — ipse
Eufratem movere iubet Patrio more persarum traditum est orto sole demum procede
re die iam illustri signum e tabernaculo regis buccina dabatur Super tabernaculum
inde ab omnibus conspici posset ymago solis cristallo inclusi fulgebat Ordo autem
agminis erat talis Ignis quem ipsi sacrum eternum vocabant argenteis altaribus
preferebatur Magi proximi patrium carmen canebant Et sexaginta quinque — alias trecenti lxv
iuvenes sequebantur puniceis amiculis velati totius diebus anni pares numero Quip
pe persis quoque in totidem dies descriptus est annus Currum deinde Iovi sacrum al
bentes vehebant equi Hos eximie magnitudinis equus quem solis appellabat — haut
sequebatur Auree virge et albe vestes regentes equos adornabant Haut procul e
rant vehicula decem multo auro argentoque celata Sequebatur hec equitatus duo
decim gentium variis armis et moribus proximi ibant quos persi inmortales ad
decem milia cultus opulentieque barbare non alios magis honestabat Illi
aureos torques illi vestem auro distinctam herebant manicatas tunicas gemmis
etiam adornatas Exiguo intervallo quos cognatos regis appellabant decem et quinque
milia hominum. Hec vero turba muliebriter propemodum culta luxu magis quam decoris ar
mis conspicua erat Doriphore vocabantur. Proximum his magnum soliti vestem
excipere regalem hii currum regis anteibant quo ipse eminens vehebatur Utrumque
currus latus deorum simulacra ex auro argentoque expressa decorabant Distingue
bant inthemientes gemme iugum Ex quo eminebant duo aurea simulacra cubita — alias internitentes
lia quorum alterum nini alterum belli gerebat effigiem Inter hec auream a
quilam pinnas extendenti similem sacraverant Cultus regis inter omnia
luxuria notabatur purpuree tunice medium album intextum erat Pallam
auro distinctam aurei accipitres velut rostris inter se concurrerent ad
ornabant Et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat cui ex
gemma erat vagina Cydarim Perse regium capitis vocabant insigne Hoc ce
rulea fascia albo distincta circuibat Currum decem milia hastarum seque — al' hastatorum
bantur Hastas argento exornatas spiculo aureo prefixas gestabant Dextra
levaque regem ducenti fere nobilissimi propinquorum comitabantur Horum agmen
claudebat triginta milia peditum quos equi regis quadringenti sequebant
Intervallo deinde unius stadii matrem Darii Sysigambim currus vehebat et
in alio erat coniunx turba feminarum reginam comitantium equis vectabantur Quin
decim inde quas armamaxas appellabant sequebantur In his erant liberi
regis et qui educabant eos Spadonumque grex haud sane illis gentibus vilis
Tum regie pellices trecente sexaginta vehebantur Et ipse regali cultu

ornatuque Post quas pecuniam regis sescenti muli et tricenti cameli uehebant pre
sidio sagittariorum prosequente propinquorum amicorum coniuges huic agmini
proxime. Lixarum quoque et calonum greges vehebantur Ultimi erant cum suis quis
que ducibus qui cogerent agmen leviter / Contra si quis aciem macedonum intue
retur dispar acies erat equis virisque non auro non discolori colore [veste] sed ferro atque
ere fulgentibus Agmen et stare paratum et sequi nec turba nec sarcinis pregra
ue intentum ad ducis non signum modo sed etiam. et etiam nutum et castris locus ex
ercitui comeatus suppetebant Ergo alexandro in acie miles non defuit Darius t
ante multitudinis rex loci in quo pugnavit angustiis redactus est ad paucitatem
quam in hoste contempserat Interea alexander ab ystamene capadocie pre
posito etiam petens cum omnibus regionem que castra Ciri appellant pervenerat
Stativa illic habuerat Cyrus cum adversus Cresum in lydiam exercitum duceret
Aberat ea regio quinquaginta stadia ab additu quo Ciliciam intramus Pylas
incole dicunt artissimas fauces munimenta que manu ponimus naturali situ imita
te Igitur Arsanes qui Cilicie preerat reputans quid initio belli Memnon sua
sisset quondam salubre consilium sero exequi statuit Igne ferroque Ciliciam va
stat ut hosti solitudinem faciat Quicquid usui potest esse corrumpit. Sterile ac
nudum solum quod tueri nequibat relicturum Sed longe utilius fuit angu
stos aditus qui ciliciam aperiunt valido occupare presidio iugumque oportune
itineri iminens obtinere unde inultus subeuntem hostem aut prohibere aut
opprimere potuisset Tum paucis qui callibus presiderent relictis retro ipse co
cessit populator terre quam populationibus vindicare debuerat Ergo qui relicti e
rant proditos se rati nec aspectum quidem hostis substinere valuerunt cum vel
pauciores locum obtinere potuissent Namque perpetuo iugo montis asperi ac prerup
ti Cilicia includitur Quod cum a mari surgat velut sinu quodam flexu curvatum
rursus altero cornu in diversum littus occurrit Per hoc dorsum qua maxime in
trorsum mari cedit asperi tres aditus et perangusti sunt Quorum uno Cilicia in
tranda est campestris que eadem qua vergit ad mare planitiem eius crebris di
stinguentibus rivis Pyramus et Cignus incliti amnes fluunt Cignus [non] eos
spatio aquarum sed liquore memorabilis Quippe leni tractu e fontibus labens puro
solo excipitur nec torrentes incurrunt qui placide manantem alveum turbent
Itaque incorruptus ideoque frigidissimus quippe multarum [altitudine] amenitate inumbratus
ubique fontibus suis similis in mare evadit Multa in ea regione monimenta vul
gata carminibus vetustas exederat Monstrabantur urbium sedes Lyrnesi et
Celesi Pontisque pecus et Corinthium nemus ubi crocum agnitur Ceteraque in
quibus nihil preter famam duraverat Alexander fauces iugi que pyle ap
pellantur intravit contemplatus locorum situm non alias magis dicitur admi
ratus esse felicitatem suam obrui potuisse vel saxis confitebatur si fuisset
qui subeuntes pertellerent Iter vix quatnos capiebat armatos Dorsum montis
imminebat vie non anguste modo sed plerumque prerupte crebris oberrantibus

Lixa qui fert aquam
ad usum exercitus
Calo qui fert ligna

Riuis qui ex radicibus montium manant. Trahas tamen leuiter armatos precedere iusse
rat scrutarique calles ne occultus hostis in subeuntes erumperet Sagittariorumque
manus occupauerat iugum intentos arcus hebant initum non iter tamen sed prelium
Hoc modo agmen peruenit ad urbem Tarson cui tum maxime perse subiciebant
ignem ne opulentum oppidum hostis invaderet At ille Parmenione ad prohi
bendum incendium cum expedita manu premisso postquam barbaros aduentu suorum
fugatos esse cognouit urbem a se conseruatam intrat. Mediam Cignus amnis de
quo paulo ante dictum est influit Et tunc estas erat Cuius calor non aliam magis
quam Cilicie oram vapore solis accendit Et diei feruidissimum tempus ceperat puluere
simul ac sudore perfusum regem inuitauit liquor fluminis vt calidum adhuc corpus
ablueret. Itaque veste deposita in conspectu agminis decorumque futurum ratus
si ostendisset suis leui et parabili cultu corporis se esse contentum descendit
in flumen. Vixque ingressi subito horrore artus rigere ceperunt Pallor deinde
suffusus est Et totum prope modum corpus vitalis calor reliquit Expiranti si
milem ministri manu excipiunt. nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt
ingens sollicitudo et pene iam luctus in castris erat. Flentes querebantur in tanto
impetu cursuque rerum omnis etatis ac memorie clarissimum regem. non in acie
saltem non ab hoste deiectum. sed abluentem aqua corpus ereptum esse et extinctum
al' vidisset Instare Darium victorem antequam vidisset hostem. sibi easdem terras quas victores pa
grassent repetendas Omnia aut ipsos aut hostes populatos per vastas solitudines etiam
si nemo insequi velit. euntes fame atque inopia debellari posse Quem signum
daturum fugientibus Quem ausurum Alexandro succedere Iam ut ad Helles
pontum fuga penetrarent Classem qua transeant quem preparaturum Rursus
in ipsum regem misericordia versa illum florem iuuentutis illam vim animi eundem
regem et commilitonem diuelli a se et abrumpi immemores sui querebantur Inter
hec liberius meare spiritus ceperat. Alleuabatque rex oculos et paulatim redeunte animo
circumstantes amicos agnouerat. Laxataque vis morbi ad hoc solum videbatur
quia magnitudinem mali senciebat. animi autem egritudo corporis vrgebat Quip
pe Darium quinto die in Ciliciam fore nunciabatur. Vinctum ergo se tradi et
tantam victoriam eripi sibi e manibus obscuraque et ignobili morte in taberna
culo extingui se querebatur Admissis itaque amicis pariter ac medicis In quo
me inquit articulo rerum mearum fortuna deprehenderit cernitis Strepitum hostilium
armorum exaudire michi videor et qui vltro intuli bellum iam prouocor Da
rius ergo cum tam superbas litteras scriberet fortunam meam in consilio habuit
Sed nequaquam si michi arbitrio meo curari licet. lenta remedia et segnes medi
cos non expetunt tempora mea Vel mori strenue quam tarde conualescere
michi melius est. Proinde si quid opis si quid artis in medicis est. sciant me
non tam mortis quam belli remedium querere Ingentem omnibus incusserat cura
tam preceps temeritas eius. Ergo pro se quisque precari cepere ne festinatione
periculum augeret se esse in potestate medentium. inexperta remedia haud im
merito ipsis esse suspecta cum ad perniciem eius etiam a latere ipsius pecunia sol

licitaret hostis Quippe Darius mille talenta interfectori Alexandri daturu se
pronunciari iusserat Itaqz ne ausurum quidem quemqm arbitrabant experiri re
mediu quod ppt novitatem posset esse suspectum Erat inter nobiles medicus
e macedonia regem secutus philippus natione Arc̄ Acharnanus fidus admo
dum regi puero comes et custos salutis datus nō in regem mō sz ut alumnu
eximia caritate diligebat Is non preceps sed. sz strenuu remediu afferre
tamqz vim morbi pocione medicata levaturum ee promisit Nulli promissu
eius placebat pret ipm cuius pīculo pollicebatur. Omnia quippe facilius qz
moram pati poterat At ille et acies in oculis erant. et victoriam in eo posi
tam esse arbitrabatur. si tm ante signa stare post potuisset id ipm qd p2
diem tercium medicamentu sumpturus eēt. Inter hec a Parmenione fidis
simo purpuratorū lrās accipit. quibus ei denunciat ne salutem suam philip
po committeret mille talentis a Dario et spe nupciaru sororis eius ee corrup
tum Ingentem animi sollicitudinem littere miserant. et quidquid in utra
partem aut metus aut spes subiecerat secreta existimatione pensabat. Cre
dere psevere ut si venenu datum fuerit ne inmerito quidem qmdcq acci
derit evenisse videatur Damnēne medici fidem in tabernaculo ergo me op
pmi patiar Non ac qui satius est alieno me mori scelere qz metu meo Diu ani
mo in diversa versato Nulli quid scriptum esset enunciat Eplam qz sigillo a
nuli sui impressam pulvino cui incumbebat subiecit Inter has cogitaciones
biduo assumpto illuxit a medico destinatus dies Cum poculo in quo medica
mentum diluerat intravit Quo viso Alexander levato corpore in cubile
Eplam a Parmenione missam sinistra manu tenens accepit poculum et hau
sit interritus Tum eplam legere philippum iubet nec a vultu legentis
movit oculos ratus aliquas conscientie notas in ipo ore deprehendere Ille
epla perlecta plus indignacionis qm pavoris ostendit Proiectisqz amiculo et
litteris ante lectum rex inquit Semper quidem spus meus ex te pependit Sz nuc
vere arbitror sacro et venerabili ore trahitur crimen Parricidy quod michi ob
iectum est tua salus diluet Servatus a me vitam michi dederis. oro quesoqz
amissoqz metu patere medicamentu concipi venis laxa paulisper animu que
intempestiva sollicitudine amici sane fideles sz molesti seduli turbant Non se
curum modo hec vox sz etiam letum regem ac plenu bone spei fecit Itaqz si
dy inquit philippe tibi promisissent quonam animu velles experiri meu Alio p
fecto voluisses sz certiore qm expertus es ne optasses quidem Hac epla accep
ta tn quod diluerās bibi Et nūc credo me nō minus pro tua fide qm pro mea
salute esse sollicitum Hec locutus dextram philippo offert Ceterum tanta
vis medicamenti fuit ut que secuta sunt criminaciones parmenionis ad
iuverint Interclusus spus arcte meabat Nec philippus quicqm inexptum o
misit ille fomenta corpori admovit Ille torpentem nunc cibi nunc vini o
dore excitavit Atqz ut primu mentis compotem esse sensit. mō matris sororz
qz modo tante victorie appropinquantis admonere nō destitit Ut uō vero me

Dicamentum se diffudit in venas et sensim toto corpore salubritas percipi potuit. Primo
animus vigorem suum deinde corpus quoque expectationem maturius recuperavit Quippe
post tertium diem quam in hoc statu fuerat in conspectum militum venit Nec avidius ipsum
regem quam philippum intuebatur exercitus pro se quisque dexteram eius amplexi gra
tes habebant presenti deo Namque haud facile dictu est preter ingenitam illi genti
erga reges suos venerationem quantum huius quoque regis vel admirationem dediti
fuerint vel caritate flagraverint Iam primum nichil nisi divina ope agredi vide
batur Nam cum presto esset ubique fortuna temeritas in gloriam cessat. Etasque
vix tantis matura rebus sed habunde sufficiens omnia eius opera honestabat et
que leviora haberi solent plerumque in re militari gratiora vulgo sunt exercitatio
corporis inter ipsos cultus habitusque paululum a privato abhorrens militaris vigor
Quis ille vel ingenii dotibus vel animi artibus ut pariter carus ac venerandus es
set effecerat At Darius de adversa nuncio valitudine eius accepto celeritate quan
ta poterat tam grave agmen ad Eufratem contendit. iunctoque eo pontibus quinque
tamen diebus traiecit exercitum Ciliciam occupare festinans Iamque Alexander vi
ribus corporis receptis ad urbem Solis pervenerat cuius potitus ducentis talentis
nomine mulcte exactis arci presidium militum imposuit Vota deinde pro
salute suscepta per ludum atque ocium reddens ostendit quanta fiducia barbaros
sperneret Esculapio et Minerve ludos celebravit Spectanti nuncius letus af
fertur Alicarnasso persas acie a suis esse superatos. Myndiosque et Caunidios
et pleraque tractus eius sue facta dicionis Igitur edito spectaculo ludicro castris
quoque motis et Piramo amne ponte iuncto ad urbem malum pervenit Inde alte
ris castris ad oppidum castabulum Ibi parmenio regi occurrit quem premiserat
ad explorandum iter saltus per quem ad urbem Isson nomine penetrandum erat
Atque ille angustiis eius occupatis presidioque modico relicto Isson quoque desertam
a barbaris ceperat Inde progressus deturbatis qui interiora montium obsidebat
presidiis cuncta firmavit. occupatoque itinere sicut paulo ante dictum est idem et
autor et nuncius venit Isson inde rex copias demovit ubi consilio habito utrum
ne ultra progrediendum foret an ibi opperiendi essent milites novi. quos ex Ma
cedonia adventare constabat Parmenio non alium locum prelio aptiorem esse
censebat Quippe illic utriusque regis copias numero futuras pares. cum an
gustie multitudinem non caperent Planiciem ipsis camposque esse vitandos ubi
circuiri ubi ancipiti acie opprimi posse Timere ne non virtute sed laxitudine
sua vincerentur Persas recentes inde successuros si laxius stare potuissent
Facile ratio tam salubris consilii accepta est Itaque inter angustias saltus ho
stem operiri statuit Erat in exercitu regis Sysenes perses quondam a pretore
Egypti missus ad philippum donis et omni honore cultus exilium patria se
de mutaverat Secutus deinde in Asiam Alexandrum inter fideles suos habebatur
Huic epistolam Cretensis miles anulo obsignatam cuius signum haud sane notum
erat tradidit Narabarzanes pretor Darii miserat eam. hortabaturque Sysenem
ut dignum aliquid nobilitate atque moribus suis ederet Magno id ei apud regem

honori fore. Has litteras Sisenes ut pote innoxius ad Alexandrum sepe deferre tem-
tavit. Sed cum tot curis apparatuque belli regem videret urgeri aptius subinde tempus
expectans suspicionem initi scelesti consilii tum prebuit. Namque epistola priusquam ei redde-
retur in manus Alexandri pervenerat. Lectamque tam et ignoti anulo sigillo impressam
Siseni dari iusserat ad extimandam fidem barbari. Qui quia per complures dies
non adierat regem scelesto consilio eam visus est suppressisse et in agmine a Crete-
sibus haud dubie iussu regis occisus est. Nam greci milites quos Thimodes ab Ar-
tabazo acceperat precipua spes et propemodum unica Alexandri ad Darium perve-
nerant. Hi magnopere suadebant spaciosos ut Mesopotamie campos repeteret.
Si id consilium dampnaret. At ille divideret saltem innumerabiles copias nec
sub unum fortune ictum totas vires regni cadere pateretur. Minus hoc regi quam
purpuratis eius displicebat ancipitem fidem et mercede venalem prodicionem i-
minere et dividi non ob aliud copias velle quam ut ipsi in diversa digressi si quod
commissum esset traderentur Alexandro. Nihil tucius fore quam circumdatos exercitu
toto obrui telis documentum non multe perfidie futuros. At Darius ut erat sancte
et mitis se non tantum facinus negat esse facturum ut suam secutos fidem suos
milites iubeat trucidari. Quem deinde amplius nationum exterarum salutem suam
crediturum sibi si tot militum sanguine inbuisset manus. Neminem stolidum con-
silium capite luere debere. Defuturos enim qui suaderent si suasisse periculum esset.
Denique ipsos quotidie ad se advocari in consilium iubet variasque sentencias fatere
net tamen meliores fidei haberi qui prudencius suaserint. Itaque grecis nunciari
iubet. Ipsum quidem benivolentie illorum gratias agere. Ceterum si retro ire pergeret
haud dubie regnum hostibus redditurum. Fama bella stare et eum qui recedat
fugere credi. Trahendi vero belli insulsam esse racionem. Tante enim multi-
tudini utique cum iam hiemps instaret in regione vasta et invicem a suis
atque hoste vexata non suffectura alimenta. Nec dividi quidem copias posse
servato more maiorum qui diversas vires semper discrimini bellorum contulerint.
Et hercule terribilem antea regem et absentia sua ad vanam fiduciam elatum
postquam adventare se senserit cautum pro temerario factum delituisse inter
angustias saltus ritu ignobilium ferarum que strepitu pretereuncium audito
silvarum latebris se occulerent. Tum etiam valitudinis simulatione frustrari su-
os milites. Sed non amplius esse passurum detrectare certamen. In illo specu in que
pavidi recessissent oppressurum esse cunctantes. Hec magnificencius iactata quam
verius. Ceterum pecuniam omnem rebusque preciosissimis Damascum Sirie cum
modico presidio militum missis reliquas copias in Ciliciam duxit insequentibus
more patrio agmen coniuge et matre. Virgines quoque cum parvo filio comi-
tabantur patrem. Et forte eadem nocte et Alexander ad fauces quibus Siria
aditur. Et Darius ad eum locum quem Amanicas pylas vocant pervenit. Nec
dubitavere perse quin Isson relicta quam ceperant Macedones fugerent. Nam
et saucii quidam et invalidi qui agmen non poterant insequi excepti erant.
Quos omnes instinctu purpuratorum barbara feritate seviencium precisis
adustisque manibus circumduci ut copias suas noscerent satisque omnibus

ſpectatis nunciare que vidiſſent regi ſuo iuſſit Notis ergo caſtris ſuperat ſpinarū
amnem in tergis ut credebant fugientiū heſurus At illi quorum amputauerant
manus ad caſtra macedonū penetrant Darium quanto maximo curſu poſſet ſequi
nunciantes Vix fides habebatur Itaque ſpeculatores maritimas regiones pre-
miſſos ſpeculare iubet ipſe adeſſet an prefectorum aliquis ſpeciem tribuiſſet uniuer-
ſi uenientis exercitus Sed cum ſpeculatores reuerterentur procul ingens multitu-
do conſpecta eſt Ignes deinde totis caſtris collucere ceperunt omniaque uelut
continenti incendio ardere viſa Cum incondita multitudo maxima propter
iumenta laxius tenderet Itaque eo ipſo loco metari ſuos caſtra iuſſerat letus quod
omni voto expetierat in illis potiſſimū anguſtiis decernendum fore Ceterū ut
ſolet fieri cum ultimi diſcriminis tempus aduentat in ſolicitudinem verſa fiducia
eſt Illam ipſam fortunam qua aſpirante res tam proſpere geſſerat verebatur
nec iniuria ex hiis que tribuiſſet ſibi quamque mutabilis eſſet reputabat Unam ſuper-
eſſe noctem que tanti diſcriminis moraretur euentum Rurſus occurrebant maiora
periculis premia Et ſicut dubium eſſet an vinceret Ita illud utique certum eſſe
honeſte et cum magna laude moriturū Itaque corpora milites curare iuſſit Ac deinde
tercia vigilia inſtructos et armatos eſſe ipſe iugum [v. cacumen] editi montis aſcendit multis
collucentibus facibus patrio more ſacrificiū diis preſidibus loci fecit Iamque tum
ſicuti preceptum erat ſignū tuba miles acceperat itineri ſimul paratus ac prelio
Strenueque iuſſi procedere oriente luce peruenerunt ad anguſtias quas occupare
decreuerant Darium triginta inde ſtadia abeſſe premiſſi indicabant Tunc
conſiſtere agmen iuſſit armiſque ipſe ſumptis aciem inſtruebat Dario aduentū
hoſtium pauidi agreſtes nunciabant uix credenti occurrere etiam quos ut fugientes
ſequebatur Ergo non mediocris omnium animo formido incidit Quippe itineri quam prelio
aptiores erant raptimque arma capiebant Sed ipſa feſtinacio diſcurrencium
ſuoſque ad arma vocancium maiorem metum incuſſit Alii in iugum montis euaſ-
ſerant ut hoſtium agmen inde proſpicerent equos plerique frenabant Diſcors
exercitus nec ad unum intentus imperium vario tumultu cuncta turbauerat Da-
rius initio iugum montis cum parte copiarum occupare ſtatuit et a fronte
et a tergo circuiturus hoſtem a mari quoque quo dextrum eius cornu tegebatur
alios obiecturus ut undique urgeret preter hec viginti milia premiſſa cum
ſagittariorū manu ſpinarum amnem qui duo agmina interfluebat tranſire
et obicere ſeſe macedonū copiis iuſſerat Si id preſtare non poſſent intercedere
in montes et occulte circuire ultimos hoſtium Ceterū deſtinata ſalubriter
omni racione potencior fortuna diſcuſſit Quippe alii pre metu imperiū exe- v. titubabant tremunt
qui non audebant Alii fruſtra exequebantur quia ubi partes labant ſumma
Nota acies bellicas turbatur Acies autem hoc modo ſtetit Nabarzanes equitatu dextrum
cornu tuebatur additis funditorū ſagittariorumque viginti fere milibus In
eodem Timodes erat grecis peditibus mercede conductis triginta milibus
prepoſitus Hoc erat haud dubiū robur exercitus par macedonice phalangi

acies In levo cornu Aristomedes thessalus viginti milia barbarorum peditum ha
bebat In subsidiis pugnatissimas locaverat gentes ipsum regem in eodem cornu
dimicaturum tria milia delectorum equitum assueta corporis custodia et pede
stres acies quadraginta milia sequebantur. Hyrcani deinde Mediique equites
his proximi ceterarum gentium ultra eos dextra levaque dispositi. Hoc agmen
sicut dictum est instructum sex milia iaculatorum funditorumque antecedebant
quidquid in illis angustiis adiri poterat impleverunt copie cornuaque hinc a iugo
illinc a mari stabant Uxorem matremque regis et alium feminarum gregem in
medium agmen acceperunt phalangem Allexander qua nichil apud macedones
validius erat in fronte constituit Dextrum cornu Nicanor Parmenionis filius
tuebatur Huic proximi stabant Conon et perdicas et meleager et Ptholomeus
et aminthas sui quisque agminis duces In levo quod ad mare pertinebat Crathe
rus et Parmenion erat Sed cratherus Parmenioni parere iussus equites ab
utroque cornu locati Dextrum macedones thessalis adiunctis levum Peloponen
ses tuebantur Ante hanc aciem posuerat funditorum manum sagittariis admixtis hinc
Traces quoque et Crethenses ante agmen ibant et ipsi leviter armati At hi qui
primi a Dario iugum montis insiderant agrianos opposuit ex grecia nuper advectos
Parmenioni autem preceperat ut quantum posset agmen ad mare extenderet
quo longius abesset acies montibus quos occupaverant barbari At illi neque ob
stare venienti nec circuire pregressos ausi funditorum maxime aspectu territi pro
fugerant Eaque res Allexandro tutum agminis latus quod ne superne incesseretur
timuerat prestitit triginta et duo armatorum ordines ibant Neque enim latius exte
di aciem patiebantur angustie paulatim deinde laxare se et sinus montium et ma
ius spatium aperire ceperant ita ut non pedes solum pluribus ordine incedere sed e
tiam lateribus circumfundi posset equitatus Iam in conspectu Sed extra teli iac
tum utraque acies erat Cum priores perse inconditum et trucem sustulere
ad morem Redditur et a macedonibus clamor exercitus non minor iugis mo
tium vastisque saltibus repercussus Quippe semper circumiecta nemora petreque
quantamcumque accepere vocem multiplicato sono referunt Alexander ante prima si
gna ibat identidem manu suos inhibens ne suspensi acrius ob nimiam festina
tionem concitato spiritu capesserent bellum Cumque agmini obequitaret varia oratione
ut cuiusque animis aptum erat milites alloquebatur Macedones tot bellorum in
Europa victores ad subiugandum Asiam atque ultima orientis non ipsius magis
quam suo ductu profecti inveterate virtutis admonebantur Illos terrarum or
bis liberatores emensosque olim herculis et liberi patris terminos non persis mo
do sed etiam omnibus gentibus imposituros iugum macedonum provincias bactra et
indos fore minima esse que nunc intuerentur Sed omnia victoria parari Non in
preruptis petris yllirorum et tracie saxis sterilem laborem fore Sed spolia totius
orientis offerri Vix gladio futurum opus Totam aciem suo pavore fluctuantem
umbonibus posse propelli Victor ad hec Atheniensium philippus pater invoca
batur domiteque Boetie nuper et urbis in ea nobilissime ad solum diru dirute

species reputabatur aiens Iam granicum amnem iam tot urbes aut expugnatas aut
in fidem acceptas omnia que cumque post tergum erant strata et pedibus eorum sub
iecta memorabat Cum adierat grecos admonebat ab illis gentibus illata grecie
bella Darii prius deinde xerxis insolentie aquam ipsos terramque poscentium
ut neque fontium haustum neque solitos cibos relinquerent Deorum eis templa rui
nis et ignibus esse deleta Urbes eorum expugnatas federa diuini humanique
iuris uiolata referebat Illirios uero et trachas raptu uiuere assuetos aciem
hostium auro purpuraque fulgentem intueri iubebat preda non arma gestantem
Irent et imbellibus feminis aurum viri eriperent aspera montium suorum iuga
nudosque colles et perpetuo rigentes gelu ditibus persarum campis agrisque mutarent
Cum persarum equites iam ad teli iactum peruenerant ferociter in leuum cornu
hostium inuecti sunt Quippe Darius equestri prelio decernere optabat phalangem
macedonici exercitus robur esse coniectans Iam etiam dextrum Alexandri cornu
circuibatur Quod ubi macedo conspexit duabus alis equitum ad iugum mon
tis iussis obsistere ceteros in medium belli discrimen strenue transfert Sub
ductis deinde ex acie thessalis equitibus prefatum eorum circuire tergum eorum
iubet occulte Parmenionique coniungi et quod imperasset impigre obsequi Iamque
ipsi in medium persarum undique circumfusi egregie tuebantur Sed conferti
et quasi coherentes tela vibrare non poterant simul ut erant emissa in eosdem
occurrentia implicabantur leuique et uario ictu pauca in hostem plura in
humum innoxia cadebant Ergo cominus pugnam coacti conserere gladios im
pigre stringunt Tum vero multum sanguinis fusum est Due quippe acies
ita coherebant ut armis arma mucrones in ora dirigerent Non timido non
ignauo cessare tunc licuit collato pede quasi singuli inter se dimicarent in eodem ve
stigio stabant donec vincendo locum sibi facerent Tunc demum ergo promoue
bant gradum cum hostem prostrauerat Ut illos nouus excipiebat aduersarius
fatigatos nec uulnerati ut alias solent acie poterant excedere cum hostis insta
ret a fronte a tergo sui urgerent Alexander non ducis magis quam militis mu
nera exequebatur Quippe Darius curru sublimis eminebat Et suis ad se tue
ndum et hostibus ad incessendum ingens incitamentum Ergo frater eius oxathres
cum Alexandrum instare ei cerneret equites quibus preerat ante ipsum currum
regis obiecit armis et robore corporis multum super ceteros eminens animo vero et
pietate in paucissimis Ille utique prelio clarus alios improuide instantes pro
strauit alios in fugam auertit At macedones circa regem erant mutua adhor
tatione firmati Cum ipso in equitum agmen irrumpunt Tum vero similis rui
ne strages erat Circa currum Darii iacebant nobilissimi duces ante oculos
regis egregia morte defuncti omnes in ora proni sicut dimicantes procubue
rant aduerso corpore uulneribus acceptis Inter hos Aticies et Thorontes
et Sataces pretore Egipti magnorum exercituum prefecti noscitabantur Circa eos

erat cumulata peditum equitumque obscurior turba Macedonum quoque non quidem
multi sed promptissimi tamen cesi sunt Inter quos alexandri dextrum femur leuiter
mucrone perstrictum est Iamque qui darium vehebant equi confossi hastis et dolore
efferati iugum quatere et regem curru excutere ceperant Cum ille veritus ne
viuus veniret in hostium potestatem desilit et in equum qui ad hoc ipsum sequebatur
imponitur insignibusque imperii ne fugam proderent in decore abiectis Tum vero
ceteri metu et qua cuique ad fugam patebat via erumpunt · arma iacientes que
pauloante ad tutelam corporum sumpserat adeo Pauor etiam auxilia formidat
Instabat fugientibus eques a Parmenione emissus Et forte illud cornu omnes
fuga abstulerat At in dextro Perse thessalos vehementer urgebant Iamque
vna ala ipso impetu proculcata erat Cum thessali strenue circumactis equis de
lapsi rursus in prelium redeunt · sparsosque et incompositos victorie fiducia barbaros
ingenti cede prosternunt Equi pariter equitesque persarum serie lamnarum obsiti genus
graue agmen quod celeritate maxime constat egre moliebantur Quippe in circum
agendis equis thessali multos occupauerat Hac tam prospera pugna nunciata Ale
xander non anteausus persequi barbaros vtrimque iam victor instare fugientibus hic cepit
haud amplius regem quam mille equites sequebantur Cum ingens multitudo hostium
cederet Sed quis aut in victoria aut in fuga copias numerat Agebantur ergo
a tam paucis pecorum modo Et idem metus qui cogebat fugere fugientes mora
batur At greci qui in Darij partibus steterunt Amintha duce prior hic Ale
xandri fuit tunc transfuga abrupti ceteris haud sane fugientibus similes euase
runt · barbari longe diuersam fugam intenderunt Alij qua rectum iter in persi
dem ducebat Quidam circuitos rupis saltusque montium occultos petiuere Pau
ci castra Darij Sed iam illa quoque victor intrauerat omni quidem opulencia
ditia Ingens auri argentique pondus · non belli sed luxurie apparatum diripuerant
milites Cumque plus raperent passim strata erant itinera vilioribus sarcinis
quas in comparatione meliorum auaritia contempserat Iamque ad feminas peruentum
erat Quibus quo cariora ornamenta sunt violentius detrahebantur Nec
corporibus quidem vis ac libido parcebat Omnia planctu tumultuque prout cui
que fortuna erat castra repleuerat Nec ulla facies mali deerat Cum per omnes ordi
nes etatesque victoris crudelitas ac licencia vagaretur Tum vero potentis fortune
species conspici potuit cum hi qui cum Dario tabernaculum exornauerat omni lu
xu et opulencia instructum eadem illa quasi venturo domino reseruabant Namque
id solum intactum omiserant milites Ita tradito more vt victori victi regis tab
ernaculum exciperent Sed omnium oculos animosque in semet aduerterant captiue mater
coniuxque darij · illa non maiestate solum sed etiam etate venerabilis Hec for
me pulcritudine nec illa quidem sorte corrupte receperat in sinum filium nondum
sextum annum etatis egressum in spem tante fortune · quantam pater pauloante
amiserat genitum et in gremio anus iacebant adulte due virgines non suo hec anus · nus · nui · i. vetula · hic anus · ni · i. culus
tantum sed illius merore confecte Ingens circa eam nobilium feminarum turba con

sciterat laceratis crinibus abscissa qȝ veste pristini decoris inmemores reginas dnasqȝ
vetis quondam tunc alienis nominibus inuocantes Ille sue calamitatis oblite in
vtro cornu Darius stetisset · que fortuna discriminis fuisset requirebant Nega
bant se captas ee̅ si rex viueret Sȝ illum equos sub inde mutantem longius
fuga abstulerat In acie aute̅ cesa sunt persaru̅ peditum C · milia x · uo̅ mi
lia interfecta equitum At a parte Alexandri quatuor et quingenti saucii fuere
triginta omnino et duo desiderati sunt Tantulo impendio ingens victoria stetit
Rex qui diu Darium persequendo fatigatus postqȝ et nox appetebat et consequen
di spes non erat in castra pauloante a suis capta peruenit Inuitari deinde a
micos quibus maxime assueuerat iussit Quippe summa duntaxat cutis in femore
per strictu̅ prohibebat interesse conuiuio Tum repente e proximo tab'naculo
lugubris clamor barbaro vlulatu ac planctu qȝ permistus · epulantes conterruit
Cohorsquoqȝ que excubabat ad tab'naculu̅ regis verita ne maioris motus princi
piu̅ esset · armare se cepit Causa timoris subiti fuit qȝ mater vxor qȝ Darij
cum captiuis nobilibus regem quem interfectu̅ esse credebant ingenti eiulatu de
flebant Vnus namqȝ ex captiuis spadonibus qui forte ante ipsius tab'naculu̅
steterat amiculum quod pauloante Darius sicut dictu̅ est ne cultu proderet
abiecerat in manibus eius qui reptum ferebat · agnouit ratus interfecto detrac
tum esse falsum nunciu̅ mortis eius detulerat Hoc mulieru̅ errore compto
Alexander fortune Darij et pietati earum lacrimasse fertur Ac primo Mitri
menes qui Sardis tradiderat peritum lingue persice ire ad consolandas eas ius
serat Veritus deinde ne proditor captiuaru̅ iram doloremqȝ augeret Leo
natum ex purpuratis suis misit iussum indicari falso lamentari eas Darium vi
uu̅ Ille cum paucis armigeris in tab'naculu̅ in quo captiue erant peruenit · mis
sumqȝ se a rege nunciari iubet At hi qui in vestibulo erant vt armatos con
spexere rati actum esse de dominis in tabnaculu̅ currunt vociferantes adesse su
prema horam · missos qȝ qui occiderent captas Itaqȝ ut que nec prohibere
possent nec admittere auderent · nullo responso dato tacite victoris arbitrium
opperiebantur Leonatus expectato diu qui se intromitteret postqȝ nemo prodi
re audebat relictis in vestibulo satellitibus intrat in tabnaculu̅ Ea ipsa res
turbauerat feminas qȝ irrupisse no̅ admissus videbatur Itaqȝ mater et co
niux prouolute ad pedem orare ceperunt vt priusqȝ interficerentur Darij cor
pus ipsis patrio more sepelire permitteret Functas supremo in regem officio
impigre se inde morituras Leonatus et viuere Dariu̅ et ipsas non incolumes mo
do etiam apparatu pristine fortune reginas fore Tum Darij mater alleuari
se passa est Alexander postera die cum cura sepultis militibus quoru̅ corpora
inuenerat Persaru̅ quoqȝ nobilissimis eundem honorem haberi iubet Matriqȝ
Darij permittit quos vellet patrio more sepeliret Illa paucos arta propinquitate
coniunctos pro habitu presentis fortune humari iussit Apparatu̅ funeru̅ quo perse

suprema officia celebrarent. invidiosum fore existimans Cum victores haud pretiose
humarentur Iamque iustis defunctorum corporibus solutis premittit ad captivas qui
nuntiarent ipsum venire Inhibitaque comitantium turba tabernaculum cum Ephestio
ne intrat Is longe omnium amicorum carissimus erat regi cum ipso pariter editus se
cretorum omnium arbiter. Libertatis quoque in admonendo et non alius ius habebat Quod
tamen ita usurpabat ut magis a rege permissum quam vindicatum ab eo videretur Et ven
sicut etate par erat regi. ita corporis habitu prestabat Ergo regine illum re
gem esse rate suo more venerate sunt Inde ex captivis spadonibus quis Al
exander esset monstrantibus Sysigambis advoluta est pedibus eius ignoratione
numquam antea visi regis excusans Quam manu allevans rex non errasti inquit mater
Nam et hic Alexander est Equidem hac continentia animi si ad ultimum vite perse
verare potuisset feliciorem esse crederem quam visus est esse cum liberi patris imi
taretur triumphum ab Ellesponto usque ad Occeanum omnes gentes victoria eme
sus si vicisset profecto superbiam atque iram mala invicta si abstinuisset inter epu
las cedibus amicorum Egregiosque tam bello viros et tot gentium secum domi
tores in dicta causa non veritus esset occidere Sed non dum fortuna se animo eius
superfuderat Itaque orientem tam moderate ac prudenter tulit ad ultimum magni
tudine eius non cepit Tunc quidem ita se gessit ut omnes ante eum reges
et continentia et clemencia vincerentur Virgines et reginas excellentis for
me tam sancte habuit. quam eodem quo ipse parente genite forent Coniugem
eiusdem quam nulla etatis sue pulcritudine corporis vicit Adeo ipse non viola
vit ut summam adhibuerit curam ne quis captivo corpori illuderet, omnem cul
tum reddi feminis iussit Nec quicquam ex pristine fortune magnificencia captivis
preter fiduciam defuit Itaque Sysicambis rex inquit mereris ut ea pre
cemur tibi. que Dario nostro precate sumus Et ut video dignus qui tantum regem non
felicitate solum. sed etiam equitate superaveris Tu quidem matrem me et reginam
vocas Sed ego me tuam famulam esse confiteor Et preterite fortune fastigium
capio et presentis iugum pati possum Tu interest quantum in nos licuerit si
id potius clementia quam sevicia vis esse testatum Rex bonum animum habere eas ius
sit Filium collo suo admovit Atque non ille conspectum tum primum a se visi con
territus cervicem eius manibus amplectitur Motus ergo rex constantia pueri
Ephestionem intuens quam vellem inquit Darius aliquid ex hac indole hausisset
Dum tabernaculo egressus tribus aris in ripa pindari amnis Iovi atque Herculi al' spirantu
Minerveque sacratis Syriam petit Damascum Ubi gaza erat regis Parme
nione premisso atque cum precessisse Darii satrapam comperisset. veritus ne pau
citas suorum sperneretur accersere maiorem manum statuit Sed forte in explora
tores ab eo premissos incidit nomine Marduusque ad Parmenionem perductus literas
ad Alexandrum a prefecto Damasci missas tradidit ei Nec dubitare eum quin
omnem gazam regiam supellectilem cum pecunia traderet adiecit Parmenio
asservari eo iusso literas aperit in quibus erat scriptum ut mature Alexander ali
quem ex ducibus suis mitteret manu exigua Cumque rex tenens eum veli

quisset Itaque marcdum datis comitibus ad proditorem remittit Ille e manibus custo
dientium lapsus Damascum intrat ante lucem Turbaverat ea res Parmenionem
cuium insidias timentis et ignotum iter sine duce audebat ingredi Felicitati tamen re
gis sui confisus agrestes qui duces itineris essent excipi iussit Quibus reperit
repertis quarto die ad urbem pervenit iam metuente prefecto ne sibi fides habita non
esset Igitur quasi parum munimentis oppidorum fidens ante solis ortum pecuniam
regiam quam gazam perse vocant cum preciosissimis rerum efferri iubet fugam si
mulans re vera ut predam hosti offerent multa milia virorum feminarumque ex
cedente oppido sequebantur omnibus miserabilis turba preter eum cuius fidei commis
sa erat Quippe quo maior proditionis merces foret obicere hosti preparat gratiorem
omni pecunia predam nobiles viros preторum Darii coniuges liberosque. preter
hos grecarum urbium legatos. quos Darius velut in arce tutissima in prodito
ris reliquerat manibus Angabas perse vocant humeris onera portantes
hii cum tollere non possent Quippe et procella subito nivem effuderat et hu
mus rigebat. gelu tum astrictus vestes quas cum pecunia portabant auro et
purpura insignes induunt nullo prohibere auso cum fortuna regis etiam humilli
mis in ipsum licentiam faceret Prebuere ergo Parmenioni non spernendi
agminis spem Qui intentiori cura suos quasi ad iustum prelium paucis adorta
tus equis calcaria iubet subdere et acri impetu in hostem evehi At illi qui sub
oneribus erant omissis per metum capessunt fugam Armati quoque qui eos
prosequebantur eodem metu iactare ac nota diverticula petere ceperunt Pre
fectus et ipse quasi conterritus simulans cuncta pavore compleverat Iacebat
totis campis opes regie illa pecunia ingenti stipendio militum preparata Il
le cultus tot nobilium virorum et illustrium feminarum aurea vasa aurei freni tabe
rnacula magnificentia ornata vehicula quoque a suis destituta ingentis opu
lentie plena facies etiam predantibus tristis si qua re avaritia moveatur
Quippe tot annorum incredibili et fidem excedente fortuna cumulata Tunc
alia stirpibus lacerata alia in cenum demersa eruebantur Non sufficiebant
predantium manus prede Iamque ad eos qui primi fugerant ventum est Femi
ne plereque parvos trahentes liberos ibant Inter quas fuere virgines
Occhi qui ante Darium regnaverat filie olim quidem ex fastigio paterno
rerum mutatione detracte Sed tum sortem earum crudelius aggravante
natura vel fortuna In eodem grege uxor quoque eiusdem Occhi fuit matrisque
frater hic erat Darii filia et coniux Artabazi principis purpuratorum
filiusque cui Ylioneo fuit nomen Pharnabazi quoque cui summum imperium mari
time ore rex dederat uxor cum filio excepta est Mentoris filie tres
ac nobilissimi ducis Mentonis coniux et filius vixque illa domus
fuit tante cladis Lacedemonii et Athenienses societatis fide non violata per
sas secuti Aristogitan et Dropides et Leucrates inter Athenienses genere
famaque longe clarissimi Lacedemonii Passibes et Honomas Thorides
cum Amalho et Callicratide hi quoque domi nobiles Summa signatae pecu
nia fuit talentorum duo milia et sexaginta facile argenti pondus quingenta

equabat Preterea triginta milia hominum cum septem milibus iumentorum dorso onera por
tantium capta sunt Ceterum tante fortune proditorem sepulture celeriter dedita
pena persecuti sunt Namque vnus ex consciis eius credo regis vicem nulla sorte ve
ueritus interfecti proditoris caput ad Darium tulit oportunum solacium prodito Cuiusque
adultus inimicum erat · et nondum in omnibus animis memoriam maiestatis sue exo
levisse cernebat ‹

Darius tanti modo exercitus Rex qui triumphantis magis quam dimican
tis more curru sublimis inierat prelium per loca que prope immensis
agminibus impleuerat iam inania et ingenti solitudine uasta fu
giebat pauci regem sequebantur Nam nec eodem omnes fugam intenderant Et
deficientibus equis cursum eorum quos subinde mutabant equare non poterant
Unchas deinde peruenit vbi excepere eorum grecorum quatuor milia Iam rex cum
ad Eufraten contendit id demum credens fore ipsius quod celeritate precipere potuisset
At Alexander Parmenionem per quem apud Damascum recepta erat preda iussum eam
ipsam et captiuos diligenti asseruare custodia Syrie quam celen vocant prefecit
Nouum imperium Syri Nondum belli cladibus satis domiti aspernabantur Sed ce
leriter subacti obedienter imperata fecerunt Aradisque insula deditur regi Mariti
mam tunc oram et pleraque a mari longius recedentia rex eius insule Stracto possi
debat Quo in fidem accepto castra mouit ad vrbem Marathen Vbi illi littere
redduntur a Dario Quibus vt superbe scriptis vehementer offensus est precipue
eum mouit quod Darius sibi regis titulum nec eundem Alexandri nomini ascripserat
Postulabat autem magis quam petebat vt accepta pecunia quantamcumque tota Mace
donia caperet coniugem suam ac matrem liberosque restitueret De regno equo si vellet
marte contenderet Si saniora consilia tandem pati potuisset contentus patrio
cederet alieni imperii finibus socius amicusque esset In ea se fidem et dare paratum
et accipere Contra Alexander in hunc maxime modum rescripsit Rex Alexander
Dario Celes cuius nomen sumpsisti Darius grecos qui oram Ellesponti tenent Co
loniasque grecorum yones omni clade uastauit cum magno deinde exercitu traiecit
illato Macedonie et grecie bello Rursus Xerxes gentis eiusdem ad oppugnand
nos cum ymania barbarorum copiis venit Qui nauali prelio victus Macedoniam
tamen reliquit in grecia vt absens depopularetur · vrbes agros vreret · Philippum
vero parentem meum quis ignorat ab hiis interfectum esse · quos ingentis pecunie spe
sollicitauerat vestri Impia enim bella suscipitis Et cum habeatis arma licitamini
hostium capita sicut tu proxime talentis mille tanti exercitus rex percussorem i
n me emere voluisti Repello igitur bellum non infero Dii quoque pro meliori stant
causa magnam partem Asye in dicionem redegi meam te ipsum acie vici Que
et si nichil a me oportebat impetrare vt pote qui ne belli quidem in me iura ser
naueris · tamen si veneris supplex et matrem et coniugem et liberos sine precio re
cepturum te esse promitto · et vincere et consulere victis scio Et si te committe nobis

vel appreciam[…]

timentes dabimus fidem impune venturis Ceterum cum michi scribis memento non
solum regi sed etiam tuo scribere ad hanc perferendam Thersippus missus in phenitiam
deinde descendit et oppidum Byblo traditum recepit Inde ad Sydoniam ventum
est urbem vetustate famaque conditorum inclitam regnabat in ea Stratho Da-
rii opibus adiutus Sed quia deditione magis popularium quam sua sponte fecerat
regno visus indignus Ephestionique permissum ut quem eo fastigio dignissimum
e sydoniis arbitraretur constitueret regem Erant Ephestioni hospites clari inter
suos iuvenes Qui facta ipsis potestate regnandi negaverunt quemquam patrio more in
id fastigium recipi nisi regia stirpe ortum Admiratus Ephestion magnitudinem
animi spernentis quod alii per ferrum ignesque peterent Vos quidem inquit
macte virtute estote qui primi intellexistis quanto maius esset regnum fastidire
quam accipere Ceterum date aliquem regie stirpis qui meminerit a vobis accep-
tum habere se regnum Atque illi cum multos imminere tante spei cernerent singulis
amicorum alexandri ob nimiam regni cupiditatem adulantibus statuunt nemi-
nem esse potiorem quam Abdaconimum quendam longa quidem cognatione stirpi
regie adnexum sed ob inopiam suburbanum ortum exigua colentem stipe Cau-
sa ei paupertatis sicut plerisque probitas erat Intentusque operi diurno strepitum
armorum qui totam Asiam perculserat non exaudiebat Subito deinde de quibus
ante dictum est cum regie vestis insignibus ortum intrant quem forte steriles
herbas eligens Abdaconimus repurgabat Tunc rege eo salutato Alter ex his
habitus inquit hic vestis quam cernis in meis manibus cum isto squalore commutandus
est ablue corpus illuvie eternisque sordibus squallidum cape regis animum
et in eam fortunam qua dignus es istam continentiam perfer Et cum in re-
gali solio residebis vite necisque omnium civium dominus cave obliviscaris huius status
in quo accipis regnum hercule propter quem Somnio similis res abdaconimo vi-
debatur interdum satis ne sani essent qui tam proterve sibi illuderent percunctabatur
Sed ut cunctanti squallor est ablutus Et iniecta vestis purpura auroque distincta et
fides a iurantibus facta serio iam rex hisdem comitantibus in regiam pervenit
Fama deinde ut solet strenue tantas urbes discurrit aliorum studium aliorum
indignatio eminebat Ditissimus quisque humilitatem inopiamque eius apud ami-
cos alexandri criminabatur admitti rex protinus iussit Diuque contemplatus
Corporis inquit habitus fame generis non repugnat Sed volo scire inopia qua
patiencia tuleris Tum ille utinam inquit eodem animo regnum pati possim
Hee manus suffecerunt desiderio meo Nichil habenti nichil defuit Magne indolis
specimen Ex hoc sermone abdaconimi cepit Itaque non Stratonis modo re-
giam suppellectilem attribui ei iussit Sed pleraque etiam ex Persica preda regio-
nem quoque urbi appositam dicioni eius adiecit Interea Amynthas quem
ad Persas ab Alexandro transfugisse diximus cum quatuor milibus grecorum
ipsius ex acie persecutus fuga Tripolim pervenit Inde in naves militibus impo-
sitis Cyprum transmisit Et cum illo statu rerum id quemque quod occupasset habiturum
arbitraretur velut certo iure possessum Egiptum petere decrevit utrique regi

a magis et auct[illegible] pro[illegible] matth[illegible] ta. tu. [illegible] magis auct[illegible] plerisque gl[illegible] [illegible] valens [illegible] matth[illegible] pro matth[illegible] [illegible] [illegible] a matth[illegible] [illegible] nulla [illegible] [illegible] nomis matth[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pro [illegible]

al' serio

al' p

% ex passe

hostis erat Et semper ex ancipiti rerum mutatione pendens Hortatusque milites ad
spem tante regi docet Statem pretorem Egipti cecidisse in acie persarum pre
sidium et sine duce esse et invalidum egiptios semper pretoribus eorum infestos pro
sociis ipsos non pro hostibus existimaturos omnia experiri necessitas cogebat Nam
que cum primas spes fortuna destituit futura presentibus videntur esse potiora Igitur
conclamant duceret quo videretur At ille utendum animis dum spe calerent ra
tus ad pelusium hostium penetrat simulans a Dario se esse premissum Potitur er
go pelusio et memphis copias premovit Ad cuius famam Egiptii vana gens
et novandis quam gerendis aptior rebus ex suis quisque vicis urbibusque hoc ipsum
concurrunt ad delenda presidia persarum Qui territi spem retinendi Egiptum non a
miserunt Sed eos Amynthas prelio superatos in urbem compellit Castrisque po
sitis victores ad populandos agros velut in medio positis cunctis hostium cuncta
agebantur Mazaces quamquam infelici prelio suorum animos territos esse cogno
verat tamen palantes et victorie fiducia incautos ostentans pepulit ne dubitarent
ex urbe erumpere et res amissas recuperare Id consilium non ratione prudentius
quam eventu felicius fuit Ad unum omnes cum ipso duce occisi sunt Has pe
nas Amynthas utrique regi dedit nihilo magis ei ad quem transfugerat fidus
quam illi quem deseruerat. Darii pretores qui prelio superfuerant cum omni manu que
fugientes secuta erat assumpta et Capadocum et Paphlagonum iuventute Lydiam re
cuperare temptabant Anthygonus pretor Alexandri Lydie preerat Qui quamquam ple
rosque ex militaribus presidiis ad regem dimiserat tamen barbaris spretis in aciem suos
eduxit Eadem illic quoque fortuna partium fuit tribus preliis Aliaque alia regione
commissis perse funduntur Eodem tempore classis macedonum ex grecia accita Ari
stomenem qui ad hellesponti oram recuperandam a Dario missus erat captis eius
atque eversis navibus superatur A milesiis deinde Farnazus prefectus per sy
classis pecunia exacta et presidio in urbem chii introducto centum navibus An
drum et deinde Syphnus petit hysque insulas presidiis occupat pecunia mulctat Ma
gnitudo belli quod ab opulentissimis Europe Asieque regibus in spem totius
orbis occupandi gerebatur Grecie quoque et Crethe arma commoverat Agys
lacedemoniorum rex octo milibus grecorum qui ex Cilicia profugi domos receperant
contractis bellum Antipatro macedonie prefecto moliebatur Crethenses has aut
illas partes secuti nunc spartanorum nunc macedonum presidiis occupabantur Sed
leviora inter illos fuere discrimina unum certamen ex quo cetera pendebant intuente
fortuna Iam tota Syria iam phenice quoque excepta Tyro macedonum erat ha
bebat castra in continenti (vel in terra) a quo urbem angustum fretum dirimit Tyrus
et magnitudine et claritate ante omnes urbes Syrie pheniciesque memorabilis fa
cilius societatem Alexandri acceptura videbatur quam imperium Coronam
auream donum legati afferebant commeatusque large et hospitaliter ex oppido
adduxerant Ille dona ut ab amicis accipi iussit benigneque legatos allocutus
Herculi quem precipue Tyrii colerent sacrificare se dixit macedones credere
ab illo deo ipsos genus ducere Se vero ut id faceret et oraculo monitum

a palim quod est motu / dicitur palo as cuius quod / dicitur scilicet vera palare scilicet / manifestare aperire quod / magis in usu dicitur / palo Et ut sic est attri / buo sinus componit. scilicet / cum palo vagari / vicinde inde palas / passive Et sic / capitur hic Et ut / sic est neutrum

ex passe

Legati respondent esse templum Herculis extra urbem in ea sede quoque quam Pa-
letiron ipsi vocent · ibi regem deo sacrum rite facturum Non tenuit iram alex
alioquin patiens non erat Itaque vos inquit quidem fiducia loci quod insulam in-
colitis pedestrem hunc exercitum spernitis Sed brevi ostendam in continenti vos
esse Proinde sciatis licet aut intraturum me urbem aut oppugnaturum Cum hoc
responso dimissi monere ceperunt ut regem quem Syria quem phenice rece-
pisset · ipsi quoque urbem intrare paterentur At illi loco satis fisi obsidionem fer-
re decreverunt Nam urbem a continenti quatuor stadiorum fretum dividit a-
frico maxime obiectum crebros ex alto fluctus in litus evolvit Nec accipiendo o-
peri quo macedones continenti insulam iungere parabant quicquam magis quam ille
ventus obstabat Quippe vix leni et tranquillo mari moles agi possunt Africus
vero prima quaeque congesta pulsu illisi maris subruit Nec ulla tam firma moles
quam non exedant venti per nexus operum manantes Et ubi acrior flatus exstitit
summi operis fastigio superfuse preter hanc difficultatem haud minor alia erat
Muros turresque urbis prealtum mare ambiebat non tormenta nisi e navibus
al' inni procul emissa mitti non scale menibus applicari poterant Preceps in salum
murus pedestre intercepat iter Naves nec habebat rex Et si habebat rex ad movis-
set pendentes et instabiles missilibus arceri poterant Inter que ante parva dic-
tu res Tiriorum fiduciam accendit Cartaginensium legati ad celebrandum sacrum an-
niversarium tunc venerant Quippe Cartaginem Tyrii condiderunt semper parentum
loco culti Hortari ergo peni ceperunt ut obsidionem forti animo paterentur
brevi cartagine auxilia ventura Nam ea tempestate magna ex parte punicis
classibus maria obsidebantur Igitur bello decreto per muros turresque tormen-
ta disponunt · arma iunioribus dividunt opifices quorum copia urbs habundat
in officinas distribuunt · omnia belli apparatu strepunt ferree quoque manus ar-
pagonas vocant · quos operibus hostium inicerent corvique et alia tuendis
urbibus excogitata preparabantur Sed cum fornacibus ferrum quod excudi
oportebat impositum esset admotisque follibus ignem flatu accenderent sanguinis
rivi sub ipsis flammis extitisse dicuntur Idque omen in macedonum metum ver-
terunt Tyrii Apud macedones quoque cum forte panem quidam militum fran-
gerent manantis sanguinis guttas notaverunt Territoque rege Aristander
peritissimus vatum si extrinsecus cruor fluxisset macedonibus id triste futurum ait
Contra cum ex interiore parte manaverit urbi quam obsidere destinasset exitium
portendere Alexander cum et classem procul haberet et longam obsidionem ma-
gno sibi ad cetera impedimento videret fore caduceatores qui ad pacem eos
impellerent misit Quos tyrii contra ius gentium occisos precipitaverunt
in altum Atque ille suos suorum tam indigna morte commotus urbem obsi-
dere statuit Sed ante iacienda moles erat · que continenti urbem committeret In-
gens ergo animos militum desperatio incessit cernentium profundum mare quod

vix diuina ope posset impleri Que saxa tam vasta q̄s tam proceras arbores possent
reperire Exaurienda esse regiones vt illud spacium exaggeraretur Exestuare semp
semp fretum quoq̄ arcius volutetur inter insulam et continentem hoc artius fu
rere At ille haud quaq̄ rudis rudis pertractandi militares animos speciē sibi
herculis in somno oblatam esse pronunciat dextram porrigentis · illo duce illo
aperiente in vrbem intrare se uissum Inter hec caduceatores interfectos gencium
iura violata referebat Rē Vnam esse vrbem que cursum victoris morari au
sa esset Ducibus deinde negocium datur vt suos quisq̄ castiget Satisq̄ omnib
stimulatis opus orsus Magna vis saxorum ad manum erat Tyro vetere pre
bente materies ex lybano monte vehebatur Iamq̄ a fundo maris in altitudine
montis opus exreuerat Nondum tn̄ aque fastigiū equabatur Cum Tyrii par
uis nauigiis admotis per ludibriū exprobrabant illos armis indutos dorso sicut
iumenta onera portare Interrogabant etiam num maior neptuno Alexander ect
Hec ipa insectacio alacritatem militum accendit Iamq̄ paululū moles aquam e
minebat Et simul aggeris latitudo crescebat vrbi q̄ admouebatur Cum Ty
rii magnitudine molis cuius incrementū eos antea fefellerat conspecta lembus na
uigiis nondū commissū opus circuire ceperunt Missilibus quoq̄ qui pro ope stabat
inuasere Multis ergo impune vulneratis cum et remouere et appellere scaphas
in expedito non esset ad curam semetipsos tuendi ab opere conuerterunt Et quo
longius moles agebatur a littore hc magis quicq̄ ingerebatur p altum mare ab
sorbebat Igitur eminentibus coria vela iussit extendi vt extra teli iactum es
sent Duasq̄ turres ex capite molis erexit Quibus in subeuntes scaphas tela in
geri possent Contra Tyrii nauigia procul a conspectu hostium littori appel
lunt Expositisq̄ militibus eos qui saxa gestabant obtrucant In libano q̄
Arabum Agrestes incompositos macedones adorti triginta fere interficiunt
pauncioribus captis Ea res Alexandrum diuidere copias coegit Et ne segn
assidere vni vrbi videretur · opi perdiccam Cratherum q̄ prefecit Ipse cū
expedita manu Arabiam pecijt Inter hec Tyrii nauem magnitudine eximia
saxis arena q̄ a puppi oneratam Ita ut multū prora eminneret bitumine ·
ac sulphure illitam remis concitauerunt Et cum magnam vim venti ve
la quoq̄ concepissent · celeriter ad molem successit Tum prora eius accen
sa remiges desiluere in scaphas · que ad hoc ipm̄ pparate sequebantur Na
uis autem igne concepto latius fundere incendiū cepit Quod priusq̄
posset occurri turres et cetera opera in capite molis posita comprehendit
Et qui desiluerant in parua nauigia faces et quicquid alendo igni aptum
erat in eadem opa ingerunt Iamq̄ nō macedonū turres tm̄ Oz etiā summa ta
bulata conceperant ignem Cum hij qui in turribus erant partim haurirent
incendio Partim armis omissis in mare semetipsos immittebant At tyrij
qui capere eos q̄ interficere maluerant natantium manus stipib, saxisq̄ lacera
bant donec debilitati impune nauigiis excipi possent Nec incendio solum
operat consumpta s; forte eo die violencior ventus totum ex profundo

mare illisit in molem · crebrisque fluctibus compages operis verberate laxavere saxa
que interfluens unda medium opus rupit Proruptis igitur lapidum tumulis qui
bus iniecta terra sustinebatur · preceps in profundum ruit · tanteque molis vix ulla
vestigia invenit arabia tum rediens Alexander Hoc quod adversis rebus solet fieri
alius in alium culpam referebat · cum omnes verius de sevitia maris queri possent
Rex novi operis molem orsus in adversum ventum non latere sed recta fronte dire
xit Ea cetera opera velut sub ipsa latentia tuebatur · latitudinem quoque aggeri adie
cit ut turres in medio excitate procul teli iactu abessent Totasque arbores
cum ingentibus ramis in altum iaciebant Deinde saxis onerabant rursusque cu
mulo eorum alia iniciebant Tum humus aggerebatur Superque alia strue
saxorum arborumque cumulata velut quodam nexu continens opus iunxerat
Nec tyrii quidquid ad impediendam molem excogitari poterat segniter exeque
bantur Precipuum auxilium erat · quia procul hostium a conspectu subibant
aquam occultoque lapsu ad molem usque penetrabant falcibus palmites arbo
rum eminentium ad se trahentes que ubi secute erant pleraque secum in profun
dum dabant Tunc levatos onere stipites truncosque arborum haud egre
molibantur Deinde totum opus quod stipitibus fuerat innixum fundamen
to lapso sequebatur Egro animi Alexandro utrumne perseveraret an abi
ret non satis certo · classis cypro advenit Eodemque tempore Cleander cum
grecis militibus in Asiam nuper advectis centum et nonaginta navigium in duo
divudit cornua Levum Pythagoras rex Cipriorum cum Cratero Alexan
drum in dextro quinqueremis regia vehebat Nec tyrii quamquam classem habe
bant ausi sunt navale inire certamen Tres omnino ante ipsa menia opposuerunt
quibus rex invectus ipsas demersit Postero die ad menia classe admota ·
undique tormentis et maxime arietum pulsu muros quatit Quos tyrii
raptim obstructis saxis refecerunt Interiorem quoque murum Et si prior fefel
lisset illo se tuerentur undique orsi Sed undique vis mali urgebat Moles in
tra teli iactum erat Classis menia circuibat terrestri simul navalique clade
obruebantur Quippe binas quinqueremes macedones inter se ita coniunxerant
ut prore coherentent · Puppes intervallo quantum capere poterant distarent Hoc pu
ppium intervallum antemnis asseribusque validis deligatis · superque eos pontibus stra
tis qui militem sustineret impleverant Sic instructas remis ad urbem age
bant Inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto · quia proris milites
tegebantur Media nox erat Cum classem sicuti dictum est preparatam cir
cuire muros iubet Iamque naves urbi undique admovebantur et tyrii de
speratione torpebant Cum subito spisse nubes intendere se celo Et quidquid
lucis internitebat effusa caligine extinctum est Tum inhorrescens mare pau
latim levari Deinde acriore vento concitatum fluctus agere et inter se na
vigia collidere Iamque scindi ceperant vincula quibus connexe quadrire
mes erant Ruere tabulata et cum ingenti fragore in profundum secum mili
tes trahere Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido regi poterant in

litus ministeria nautarum remiges militis officia turbabat Et quod in eiusmodi casu ac
cidit periti ignaris parebant Quippe gubernatores alias imperare soliti tum me
tu mortis iussa exequebantur Tandem remis pertinacius euerberatum mare velu
ti eripientibus nauigia classicis cessit appulsaque sunt littori lacerata pleraque Hy
dem forte diebus Carthaginensium legati triginta superueniunt magis obsessis sola
cium quam auxilium Quippe domestico bello penos impediri nec de imperio sed pro
salute dimicare nunciabant Siracusani tunc affricam urebant et haud procul
carthaginis muris locauerant castra Non tamen defecere animis Tyrii quamquam
ab ingenti spe destituti erant Sed coniuges liberosque deuehendos Carthaginem
tradiderunt fortius quidquid accideret laturi si carissimam suam partem extra
sortem communis periculi habuissent Cumque unus e ciuibus in concione indi
casset oblatam esse per somnium sibi speciem Apollinis quem eximia religione
colerent urbem deserentis molemque a macedonibus in salo iactam in siluestre
saltum esse mutatam quamquam auctor leuis erat tamen ad interiora credenda pro
ni metu aurea cathena deuinxere simulacrum araeque Herculis cuius numini ur
bem dicauerant inseruere vinculum quasi illo deo Apollinem retenturo Sy
racusis id simulacrum deuexerant peni et in maiorum locauerant patria multisque
aliis spoliis urbium a semet captarum non Carthaginem magis quam Tyrum
ornauerant Sacrum quoque quod equidem dijs minime cordi esse crediderim
multis seculis intermissum repetendi auctores quidam erant ut ingenuus
puer saturno imolaretur Quod sacrilegium verius quam sacrum Carthagi
nenses a conditoribus traditum usque ad excidium urbis sue fecisse dicuntur
Ac nisi seniores obstitissent quorum consilio cuncta agebantur humanitatem dira
superstitio vicisset Ceterum efficacior omni arte imminens necessitas non vsitata
modo presidia sed quedam etiam noua admouit Namque ad implicanda nauigia que
muros subibant validis asseribus alligauerant Ut cum tormento asseres pro
mouissent subito laxatis funibus inicerent Vnci quoque et falces et hi ex hisdem
asseribus dependentes aut propugnatores aut ipsa nauigia lacerabant Cli
peos vero ereos multo igne torrebant quos repletos feruida arena cenoque de
cocto muris subito deuoluebant Nec vlla pestis magis timebatur Quippe
vbi loricam corpusque feruens arena penetrauerat nec vlla vi excuti po
terat et quidquid attigerat perurebat iacientesque arma laceratis omnibus quis
protegi poterant vulneribus multi patebant Corui vero et ferree ma
nus tormento remisse plerosque rapiebant Hinc rex fatigatus statuerat
soluta obsidione Egiptum petere Quippe cum Asiam ingenti veloci
tate percucurrisset circa muros unius urbis herebat tot maximarum rerum oppor
tunitate dimissa Ceterum tam discedere irritum quam morari pudebat fa
mamque qua plura quam armis euerterat ratus leuiorem fore si Tyrum quasi
testem se posse vinci reliquisset Igitur ne quid inexpertum omitteret plures na
ues admoueri iubet delectosque militum Et forte bellua inusitate magnitudinis

hec fors hic tamen ablium forte sit euerti verum

super ipsos fluctus dorso eminens ad molem quam macedones iecerant ingens cor
pus applicuit diverberatisque fluctibus allevans semet utrimque conspecta est Deinde
a capite molis rursus alto se inmersit, ac modo super undas eminens magna sui parte super
fusis fluctibus condita haud procul munimentis urbis emersit Utrisque letus
fuit belue aspectus macedones iter iaciendo operi demonstrasse eam augurabantur
Tyrii Neptunum occupati maris vindicem arripuisse beluam ac molem brevi
profecto ruituram letique omine eo ad epulas dilapsi oneravere se vino Quo
graves orto sole navigia conscendunt redimita floribus coronisque adeo victorie
non omen modo sed etiam gratulationem perceperunt. fforte rex classem in diversam
partem agi iusserat triginta minoribus navigiis relictis in littore Ex quibus Tyrii
duobus captis cetera ingenti terruerant metu Donec suorum clamore audito Ale
xander classem littoribus a quo fremitus acciderat admovit Prima e macedonum
navibus quinqueremis velocitate inter ceteras eminens occurrit Quam ut conspe
xere Tyrie due ex diverso in latera eius invecte sunt In quarum alteram quin
queremis eadem concitata et ipsa rostro icta est et illam invicem tenuit Iam
que ea que non coherebat libero impetu evecta in aliud quinqueremis latus inve
hebatur cum oportunitate mira triremis e Classe Alexandri in eam ipsam que
quinqueremi inminebat. tanta vi impulsa est ut Tyrius gubernator in mare excu
teretur e puppi Plures deinde macedonum naves superveniunt Et rex quoque adera
erat cum Tyrii inciumbentes remis egre evellere navem que herebat portumque
omnia simul navigia repetunt Confestim rex insecutus portum quidem in
trare non potuit. cum procul e muris missilibus submoveretur Naves autem
omnes fere aut demersit aut cepit Biduo deinde ad quietem dato militibus
iussisque et classem et machinas pariter admovere ut undique territis instaret
ipse in altissimam turrem ascendit ingentis animo periculo maiore Quippe regio in
signi et armis fulgentibus conspicuus. unus precipue telis petebatur Et di
gna prorsus spectaculo edidit Et multos e muris propugnantes hasta transfixit
Quosdam etiam comminus gladio clipeoque impulsos precipitavit Quippe
turris ex qua dimicabat muris hostium prope modum coherebat Iamque crebris
arietibus saxorum compage laxata munimenta defecerant. et classis intraverat
portum et quidam macedonum in turres hostium desertas evaserant Cum Tyrii
tot simul malis victi Alii supplices in templa confugiunt Alii foribus e
dium obseratis occupant liberum mortis arbitrium Non nulli ruunt in ho
stem haud multi. multi tamen inulti Magna pars summa tectorum obtinebant
saxa et quidquid fors in manus dederat ingerentes subeuntibus. Alexander except
qui in templa confugerant omnes interfici. ignem tectis iniici iubet His per preco
nem pronuntiatis nemo tamen armatus opem a diis petere substinuit Pueri
virginesque templa compleverant Viri in vestibulo suarum quisque edium stabat
parati sevientibus turba Multis tamen saluti fuere sidonii. qui intra ma
cedonum presidia erant Hii urbem quidem inter victores intraverant Sed cognitionis

cum Tyrijs memores Quippe vtramqꝫ vrbem Agenorem condidisse credebat
Multos Tyriorum etiam protegentes ad sua perduxere nauigia Quibus occultatis Sydo.
na deuecti sunt Quindecim milia sestenti furto sub tracta seuitie sunt quantumqꝫ
sanguinis fusum sit vel ex hoc existimari poterit qꝫ intra munimenta vrbis sex
milia armatorum trucidata sunt Triste deinde spectaculum victoribus ira pre
buit regis Duo milia in quibus occidendis defecerat rabies crucibus affixa per
ingens litoris spacium pependerunt Carthaginensium legatis pepercit addita
denunciatione belli quod presentium rerum necessitas moraretur Tyrus septimo me
se qꝫ oppugnari cepta erat et capta est vrbs et vetustate originis et crebra for
tune varietate ad memoriam posteritatis insignis Condita ab Agenore diu
mare non vicinum modo sed quodcumqꝫ classes eius adierunt dicionis sue fecit Et si
fame libet credere. hec gens lras prima aut docuit aut didicit Colonie ce
te eius pene toto orbe terrarum diffuse sunt Carthago in Affrica In boe
cia thebe Gadis ad oceanum Credo libero commeantes mari sepiusqꝫ adeundo
ceteris incognitas terras elegisse sedes iuventute etiam qua tunc habundabat. siue
quia crebris motibus terre Nam hoc quoqꝫ traditur. cultores eius fatigati no
ua et externa domicilia armis sibimet querere cogebantur Multis ergo casibus
defuncta et post excidium renata. nunc tamen longa pace cuncta refouente sub tu
tela romane mansuetudinis acquiescit Hysdem fere diebus Darij littere al
late sunt Tandem ut regi scripte petebant vt filiam suam Statipne erat
nomen. nuptijs Alexander sibi adiungeret dotem fore omnem regionem inter
hellespontum et halym amnem sitam Deinde orientem spectantibus terris
contentum Si forte dubitaret quod offerretur accipere. Nunquam diu eodem ve
stigio stare fortunam. semperqꝫ homines quantamcumqꝫ felicitatem habeant. invi
diam tamen sentire maiorem Vereri se ne auium modo quas naturalis leuitas ageret
ea que possideret inanibus et puerilibus liniamentis efferret Nichil diffi
cilius esse qꝫ in illa etate tantam cape fortunam Multas se adhuc reliquias
habere Nec tamen semper inter angustias posse deprehendi Transeundum ee
Alexandro Eufratem Tigrimqꝫ et araxem et hidaspen magna munime
ta regni sui Veniendum in campos vbi paucitate suorum erubescendum sit
In mediam hircaniam Battra et Indos oceanum accolas quoqꝫ adituru
ne Sogdianos et Arachosios nomen ceterasqꝫ gentes ad Caucasum
et Tanaym ptinentes senescendum fore tantum terrarum vel sine prelio ob
eunti Se vero ad ipsum vocare desinere Namqꝫ illius exitio se esse ven
turum Alexander his qui Alexander lras attulerant respondit Darium
sibi aliena promittere. et quod totum velle partiri Doti sibi dari Lydi
am Ionas Eolidem Hellesponti oram victorie sue premia. leges autem
victoribus dici accipi a victis In vtro statu ambo decernet si solus
esset ignoraret. qꝫ primum marte decernet Se quoqꝫ si transiret mare cum
Ciliciam aut Lydiam ignorare quippe tanti belli exiguam hanc ee mer

sedem sed persepolim caput regni eius Bactra deinde et Ebathana ultimi orientis
oram impio destinasse Quocumque ille fugere potuisse ipsum sequi posse desineret
terrere fluminibus · quem sciret maria transisse Reges quidem hec invicem scrip
serant Sed Rhodii urbem suam portusque dederant Alexandro Ille Ciliciam
Socrati tradiderat Philota regioni circa Thyrum iusso presidere Syriam
que Celes appellatur Andromaco Parmenio tradiderant Ab illo quod superat
interfuturus Rex ephestione phenicis oram preternavigare classe iusso ad
urbem Gazam cum omnibus copiis venit Hysdem fere diebus solenne
erat ludicrum Hysthmiorum quod conventu totius grecie celebrabatur In
eo concilio greci ut sunt temporalia ingenia decernunt ut quindecim le
garentur ad regem qui ob res pro salute et libertate grecie gestas coronam
auream donum victorie ferrent Idem paulo ante incerte fame captaverat
auream ut quocumque pendentes animos tulisset fortuna sequerentur Ce
terum non ipse modo rex obibat urbes adhuc iugum imperii recusantes sed pre
tores quoque ipsius egregii duces pleraque invaserant Chalas Phaspha
goniam Antigonus lichaoniam Balacrus Hydarne Darii pretore supe
rato Miletum cepit Amphoterus et Egilocus centum sexaginta navium
classe insulas inter Achaiam Asiam Alexandri redegerunt Thenedon
quoque receptaculum incolis ultro vocantibus statuerant occupare Sed
Pharnabazus Darii pretor comprehensis qui res ad macedonas traho
bant rursus Apollinidi et Athe Athenagore suarum partium viris urbem
cum modico presidio militum tradit Prefecti Alexandri in obsidione urbis
perseverabant non tam suis viribus quam ipsorum qui obsidebantur volunta
te Nec fefellit opinio Namque inter Apollinidem et duces militum or
ta seditio irrumpendi in urbem occasionem dedit Cumque porta effracta
cohors macedonum intrasset Oppidanique olim consilio proditionis agitato ag
gregant se amphotero et Egiloco Persarumque presidio ceso Pharnabazus
cum Apolinide et Anthenagora vincitur Traduntur duodecim Triremes
cum suo milite ac remige preter eas triginta naves et piratici lembi grecorum
que tria milia a persis mercede conducta Hys in supplementum copiarum sua
rum distributis piratisque supplicio affectis captivos remiges adiecere classi
sue Fforte Aristonicus Methinneorum tirannus cum piraticis navibus ignarus
omnium que aput chyum acta erant prima vigilia ad portus claustra
successit Interrogatusque a custodibus quis esset Aristonicum ad pharna
barum venire respondit Illi pharnabarum quidem iam quiescere et non
posse tum adiri Ceterum patere socio atque hospiti portum et postero die
pharnabazi copiam fore affirmant Nec dubitavit Aristonicus primus
intrare Secuti sunt ducem piratici lembi ac dum applicant naligia
crepidini portus obicitur a vigilibus Claustrum et qui proximi excubabant

ab hisdem excitantur Nullo ex his auso repugnare omnibus cathene iniecte sunt Am
photero Egilocoque traduntur Hinc macedones transiere mythilenem quam Cares
atheniensis nuper occupatam quatuor milium persarum presidium tenebat Sed
cum obsidionem tolerare non posset urbe tradita pactus ut incolumem abire li
ceret imbrum petit Deditis macedones pepercerunt Darius desperata pace
quam per litteras legatosque impetrare posse crediderat ad reparandas vires bel
lumque impigre renouandum intendit animum Duces ergo copiarum Babillonem
conuenire Bessum quoque Bactrianorum ducem quam maximo posset exer
citu coacto descendere ad se iubet Sunt autem Bactriani inter illas gentes pro
tissimi horridis ingeniis multumque a persarum luxu abhorrentibus siti haud pro
cul a Sytharum bellicosissima gente et rapto viuere asueta semper in ar
mis erant Sed bessus suspecta perfidia haud sane equo animo in secundo se
continens gradu regem terrebat Nam cum regem affectaret proditio qua so
la id assequi poterat timebatur Ceterum Alexander quam regionem Darius
petisset omni cura vestigans tamen explorare non poterat more quodam persa
rum archana rerum regum mira celantium fide non metus non spem elicit fidem
qua prodantur occulta Vetus disciplina regum silentium vite periculo sanxerat
Lingua grauius castigatur quam ullum probrum Nec magnam rem magis susti
nere posse credunt ab eo cui tacere graue sit quod homini facillimum voluit
esse natura Ob hanc causam Alexander omnium que apud hostes gerebantur ign
arus urbem gazam obsidebat Preerat urbi Betys eximie in regem suum fidei
modicoque presidio muros ingentis operis tuebatur Alexander existimato locorum
situ agi cuniculos iussit facili ac leui humo acceptante occultum opus Quippe
multam arenam vicinum mare euomens nec saxa cotesque que interpellent spe
cus obstant Igitur ab ea parte quam oppidani conspicere non possent opus
orsus ut a sensu eos auerteret Turres muris admoueri iubet Sed eadem
humus admouendis inutilis turribus desidente sabulo agilitatem rotarum morabatur
et tabulata turrium perstringebat multique vulnerabantur impune cum idem re
cipiendis que admouendis turribus labor eos fatigaret Ergo receptui signo da
to postero die muros corona circumdari iussit ortoque sole priusquam admoueret
exercitum opem deum exposcens sacrum patrio more faciebat Forte preteruo
lans coruus glebam quam unguibus tenebat subito emisit que cum regis ca
piti incidisset resoluta defluxit ipsa tamen auis in proxima turre consedit
Illita erat turris bitumine ac sulphure in qua alis herentibus frustra se
alleuare conatus a circumstantibus capitur Digna res visa de qua va
tes consuleret Et erat non intacta ea superstitione mentis Ergo Aristander
maxima fides habebatur urbis quidem excidium augurio illo portendi Ceterum
periculum esse ne rex vulnus acciperet Ille cum unam urbem sibi quominus se
curus Egiptum intraret obstare cerneret tunc paruit vati signumque

receptui dedit. Hinc animus crevit obsessis. Egressique porta recedentibus inferunt si
gna cunctatione hostium suam fore occasionem rati. Sed acrius quam constantius p
lium inierunt. Quippe ut macedonum signa circumagi videre repente sistunt
gradum. Iamque ad regem prelianci(um) clamor pervenerat. cum denunciati
periculi haud sane memor loricam tamen quam raro induebat amicis orantibus
sumpsit et ad prima signa pervenit. Quo conspecto arabs quidam Darii mi
les maius fortuna sua facinus ausus gladium clipeo tenens quasi transfuga
genibus regis advolvitur. Ille assurgere supplicem recipique inter suos iussit.
At barbarus gladio strenue in dextra translato cervicem appetit regis. Qui
exigua corporis declinatione evitato ictu in vanum manum barbari lapsam am
putat gladio denunciato in illum diem periculo ut arbitrabatur ipse defunct(us).
Sed ut opinor inevitabile est fatum. Quippe dum inter primores prompcius
dimicat sagitta ictus est, quam per loricam adactam stantem in humero medicus eius
philippus evellit. Plurimus deinde sanguis manare cepit omnibus territis
quia quam alte penetrasset telum lorica obstante non cognoverant. Ipse non
oris quidem colore mutato supprimi sanguinem et vulnus obligari ius
sit. Diu ante signa vel dissimulato vel victo dolore perstiterat. Cum sup
pressus paulo ante sanguis medicamento quo retentus erat manare lo
gius cepit et vulnus quod recens adhuc dolorem non moverat frigente san
guine intumuit. Linqui deinde animo et submitti genu cepit. Quem proxi
mi exceptum in castra receperunt. Et Bethis interfectum ratus urbem
ovans victoria repetit. At Alexander nondum curato vulnere aggerem
quo menium altitudinem equaret extruxit. pluribusque cuniculis muros subrui
iussit. Oppidani ad pristinum fastigium menium novum extruxere munimentum.
Sed ne id quidem turres aggeri impositas poterat equare. Itaque interiora quoque
urbis infesta telis erant. Ultima pestis urbis fuit cuniculo subrutus mu
rus per cuius ruinas hostis intravit. Ducebat ipse rex antesignanos et
dum incautius subit saxo crus eius affligitur. Innixus tamen telo nondum prio
ris vulneris obducta cicatrice inter primores dimicat. Ira quoque accensus quod duo
in obsidione urbis eius vulnera acceperat. Bethim egregia edita pugna
multisque vulneribus confectum deseruerunt sui. Nec tamen segnius prelium ca
pessebat lubricis armis suo pariter atque hostium sanguine. Sed cum undique
telis esset circumductus insolenti gaudio iuvenis elatus alias virtutes etiam
in hoste imitatur. Non inquit Alexander non ut voluisti morieris. Sed
quidquid tormentorum in captivum inveniri potest passurum esse te cogita. Ille non
interrito modo sed contumaci quoque vultu intuens regem nullam ad minas
eius reddidit vocem. Tum Alexander videtis ne obstinatum ad tacendum
inquit. num genu posuit. num vocem supplicem misit. Vincam tamen

silentium et nihil aliud gemitu interpellabo Iram deinde vertit in rabiem iam tum peregrinos ritus nova subeunte fortuna Per talos enim spirantis lora traiecta sunt Religatumque ad currum traxere urbem equi gloriante rege Achillem a quo genus ipse duceret imitatum se esse pena in hostem capienda Cecidere Persarum Arabumque circa decem milia Nec macedonibus incruenta victoria fuit Obsidio certe non tam claritate urbis nobilitata est quam geminato periculo regis Qui Egiptum adire festinans Amyntham cum decem triremibus in Macedoniam ad inquisitionem novorum militum misit Namque etiam sibi satis erat multitudinis Tamen copie deminutarumque gentium militi minor quam domestico fides habebatur Egipcii olim Persarum opibus infensi quippe avare ac superbe imperitatum sibi esse credebant ad spem adventus eius erexerant animos Hot pote qui Amyntham quoque transfugam et cum precario imperio venientem leti recepissent Igitur ingens multitudo Pelusium qua intraturus videbatur convenerat Atque ille septimo die postquam a Gaza copias moverat in regionem Egipti quam nunc castra Alexandri vocant pervenit Deinde pedestribus copiis Pelusium petere iussis ipse cum expedita delectorum manu Nylo amne vectus est Nec sustinuere adventum eius Perse defectione quoque perterriti Iamque haud procul Memphi erat in cuius presidio Asthate pretor Darii relictus Oron amne superato Octigenta talenta Alexandro omnemque regiam supellectilem tradidit A Memphi eodem flumine vectus ad interiora Egipti penetrat Compositisque rebus ita ut nihil ex patrio more Egipciorum mutaret adire Iovis hamonis oraculum statuit Iter expeditisque et paucis vix tolerabile ingrediendum erat Terra celoque aquarum penuria est Steriles harene iacent quas ubi vapor accendit fervido solo et urente vestigia intolerabilis estus existat Luctandumque est non solum cum ardore et siccitate regionis Sed etiam cum tenacissimo sabulo quod prealtum et vestigio cedens moliuntur pedes Hec Egipcii vero maiora iactabant Sed ingens cupido animum stimulabat adeundi Iovem quem generis sui auctorem haud contentus mortali fastigio aut credebat esse aut credi volebat Ergo cum his quos secum ducere statuerat secundo amne descendit ad Mareothim paludem Eo legati Cirenensium dona attulere pacem et ut adiret urbes suas petentes Ille donis acceptis amicitiaque coniuncta destinata exequi pergit Ac primo quidem et sequente die tolerabilis labor visus nondum tam vastis nudisque solitudinibus aditis Iam tamen sterili emoriente terra Sed ut aperuere se campi alto obruti sabulo haud secus quam profundum equor ingressi terram oculis requirebant Nulla arbor nullum culti soli occurrebat vestigium Aqua etiam defecerat quam utribus cameli vexerant et in arido solo ac fervido sabulo nulla erat Ad hec sol omnia incenderat Siccaque et adusta erant ora Cum repente sive illud deorum munus sive

triremis navis tres ordines remorum habens et alio nomine dicitur trieris

casus fuit. obducte celo nubes condidere solem ingens estu fatigatis etiam si aqua
desiceret auxilium Enim vero ut largum quoque imbrem excussissent procelle pro
se quisque eum concipere Quidam obsitim impotentes sui ore quoque hyanti cap
tare ceperunt Quadriduum per vastas solitudines assumptum est Jamque
haud procul oraculo sedes aberant. cum complures corui agmini occurrunt
modico volatu prima signa antecedentes Et modo humi residebant cum
lenius agmen incederet. modo se pennis leuabant antecedencium iterque mon
strancium ritu Tandem ad sedem consecratam deo ventum est Incredi
bile dictu inter vastas solitudines. ita undique ambientibus ramis vix in
densam umbram cadente sole contecta est. multique fontes dulcibus a
quis manantibus alunt siluam Celi quoque mira temperies verno tempori
maxime similis omnes anni partes pari salubritate percurrit Accole sedis
sunt ab oriente proximi Ethiopum In meridiem versum arabes spectant
Trogoditis cognomen est Horum regio usque ad rubrum mare excurrit et qua
vergit ad occidentem Alij ethiopes colunt quos simuos vocant a septemtrione
Nasamones sunt gens sirtica nauigiorum spolijs questuosa quippe obsi
dent littora et estu destituta nauigia notis sibi vadis occupant Incole nemo
ris quos hamonios vocant dispersis in tuguriis habitant Medium nemus
pro arce habent cinctum triplici muro circumdatum Prima municio tyrannorum
veterem regiam clausit In proxima coniuges eorum cum liberis et pellicibus
habitabant Hic quoque dei oraculum est Ultima munimenta satellitum armige
rorumque sedes erant Est et aliud hamonis nemus in medio habet fontem quem
solis aquam vocant sub lucis ortu tepida manat. Media die cum vehemen
tissimus est calor frigida eadem fluit Inclinato ad vesperam calescit media noc
te feruida exestuat Quoque nox propius vergit ad lucem, multum ex nocturno
calore decrescit donec sub ipsum diei ortum assueto tempore languescat Id pro
deo colitur Non eandem effigiem habet quam vulgo dijs artifices accomo
dauerunt umbilico maxime similis est habitus smaragdo et gemmis coagu
mentatus Hinc cum responsum petitur nauigio aureo gestant sacerdotes.
multis argenteis pateris ab utroque nauigij latere pendentibus Sequntur
Sequuntur matrone virginesque patrio more inconditum quoddam carmen ca
nentes quo propiciari iouem credunt ut certum edat oraculum At tum quidem
regem propius adeuntem. maximus natu e sacerdotibus filium appellat
hoc nomen illi parentem iouem reddere affirmans Ille se vero et acci
pere ait et cognoscere humane sortis oblitus Consulit deinde an totius
orbis imperium fatis sibi destinaret pater Eque in adulatione compositus
terrarum omnium rectorem fore ostendit Post hec instituit querere an omnes

parentis sui interfectores penas dedissent. Sacerdos parentis eius interfectorem negat
ullius scelere posse violari, Philippi autem omnes interfectores luisse supplicia; adiecit
invictum fore donec excederet ad deos. Sacrificio deinde facto dona et sacer-
dotibus et deo data sunt. Permissumque amicis ut ipsi quoque consulerent Iovem. Nil
amplius quesierunt quam an auctor esset sibi divinis honoribus colendi suum re-
gem. Hoc quoque acceptum fore Iovi vates respondent. Vere ipsi victorem rege
divino honore colerent vera et salubri extimatione fidem oraculi vana profe- al' extimates
cto responsa, sicut videri potuissent. Sed fortuna quos uni sibi credere cogit
magna ex parte avidos glorie magis quam capaces facit. Iovis igitur filium se
non solum appellari passus est sed etiam iussit, rerumque gestarum famam dum
augeri vult tali appellatione corrumpit. Et macedones quidem assueti regio im-
perio, sed in maiore libertatis umbra quam cetere gentes, immortalitatem affecta-
tem contumacius quam aut ipsis expediebat aut regi aversati sunt. Sed hec suo
quecumque tempori reservientur; nunc cetera exequi pergam.

Alexander ab hammone rediens ut mareothim paludem haud procul insula
pharo sitam venit contemplatus loci naturam primum in ipsa insula statuerat ur-
bem novam condere. Inde ut apparuit magne sedis insulam haud capacem
esse, degit urbi locum ubi nunc est Alexandria appellationem trahens ex
nomine auctoris. Complexus quidquid soli est inter paludem ac mare lxxx stadi-
orum muris ambitum destinat, qui edificande urbi presessent relictis memphim
petit. Cupido haud iniusta quidem ceterum intempestiva incesserat, non interiora modo
Egipti sed etiam Ethiopiam invisere. Menonis Tytonisque celebrata regia co-
gnoscende vetustatis avidum trahebat pene extra terminos solis. Sed imminens bel-
lum cuius multo maior supererat moles ociose peregrinati tempora exemerat. Ita-
que Egipto preficit Eschilum rhodium et Peucesten macedonem quatuor mili-
bus militum in presidium regionis eius datis. Castra Nili fluminis Polemonem
tueri iubet; triginta ad hoc triremes date. Affrice deinde qua Egipto iuncta e-
st prepositus Appollonius, vectigalibus eiusdem Affrice Egiptique Cleomenes. Ex
finitimis urbibus commigrare Alexandriam iussis novam urbem magna multitu-
dine implevit. Fama est cum rex urbis futuri muri polenta ut macedonum
mos est destinasset avium greges advolasse et polenta esse pastos. Cumque id omen   Polenta genus leguminis vel farina subtilis de fabis vel tritico aut ordeo et cibus inde factus dicitur etiam polenta. Dicitur etiam farina mixta aqua. Polenta etiam dicuntur grana tosta et in manibus[?] confricata
pro tristi haberetur a plerisque esset acceptum respondisse vates magnam illam
urbem advenarum frequentiam culturam multisque cum terris alimenta pre-
bituram. Regem cum secundo amne deflueret assequi cupiens Hector Parme-
nionis filius eximio etatis flore in paucis Alexandro carus parvum navigium
conscendit pluribus quam capere posset impositis. Itaque mersa navis omnes destitu-
it. Hector diu flumini obluctatus cum madens vestis et adstricti crepi-
dis natare pedes prohiberent in ripam tamen semianimis evasit. Et ut primum
fatigatus spiritum laxavit quem metus et periculum intenderat nullo adiuvante   al' crepudijs

Quippe in diversum evaserat alii exanimatus est. Amissi eius desiderio vehement
afflictus rex est. repertumque corpus magnifico extulit funere. Oneravit hunc dolorem
nuncius mortis Andromachi quem prefecerat Sirie Vivum Samarite cre
maverant Ad cuius interitum vindicandum quanta maxima celeritate po
tuit contendit Advenientique sunt traditi tanti sceleris auctores Andro
macho deinde Memnona substituit affectis supplicio tirannis qui populares
interemerant Item deinde Rhodiorum et Chiorum legatos audit Atheme
ses victoriam gratulabantur. Et ut captivi grecorum sibi restituerentur ora
bant Rhodii et Achi Chii de presidio querebantur omnes ea que deside
rare visi impetraverunt Mytilenas eisque ob egregiam in partes fidem et
pecuniam quam in bellum impenderant reddidit et magnam regionem finium
adiecit Cypriorum quoque regibus qui a Dario defecerant ad ipsum et oppugna
ti Tyrum miserant classem pro merito honos habitus est Amphothe
rus deinde classis prefectus ad liberandam Cretham missus Namque et
Persarum et Spartanorum armis plereque eius insule obsidebantur ante
omnia mare a piraticis classibus vindicare iussus Quippe obnoxium erat pre
donibus in bellum utroque rege converso His compositis Herculi Tirio ex
auro Crateram cum xxx pateris dicavit Imminensque Dario ad Eufraten iter
pronunciari iussit At Darius cum Egipto divertisse in Affricam hoste
comperisset. Dubitavit utrumne circa Mesopotamiam subsisteret an interio
ra regni sui peteret Haud dubie potentior auctor presens futurus ultis
gentibus impigre bellum capessendi quas egre per prefectos suos moliebatur
Sed ut ydoneis auctoribus fama volgavit Alexandrum cum omnibus copiis quam
cumque ipse adisset regionem petiturum Haud ignarus quantum strenuior eo esset
omnia longinquarum gencium auxilia Babilonia contrahi iussit Bactriani Scy
the et yndi convenerant Nam et ceterarum gencium copie partibus simul affue
rant Ceterum cum dimidio ferme maior esset exercitus quam in Cylicia fuerat
multis arma deerant que summa cura comparabantur Equitibus equisque tegu
menta erant ex ferreis laminis serie inter se conexis quibus antea preter iacula
nichil dederat scuta gladiique adiciebantur equorumque domandi greges peditibus
distributi sunt ut maior pristino esset equitatus ingensque ut crediderat
hostium terror Ducente falcate quadrige comitum illarum auxilium sciente sit
ex summo themone haste prefixo ferro eminebat Utrimque a iugo ternos
direxerat gladios Inter gladios rotarum plurima spicula eminebant in ad
versum Alie deinde falces summis rotarum orbibus herebant et aliem terram
demisse quidquid obvium concitatis equis fuisset amputavere Hoc modo instru
cto exercitu ac per armato Babillone copias movit A parte dextra erat Ti
gris nobilis fluvius levam regebat Eufrates agmen Mesopotamie

campos impleuerat Tigri deinde superato cum audisset haud procul abesse hostem
Satropaten equitum prefectum cum mille delectis premisit. Mazeo pretori vi
milia data quibus hostem transitu amnis arceret Eidem mandatum ut re-
gionem quam Alexander esset aditurus popularetur atque ureret Quippe
credebat inopia debellari posse nihil habentes nisi quod rapiendo occupassent
Ipsi autem commeatus alii terra alii tigri sua clade facturus Hic cõmeatuũ
sarcinarum que maiore parte deposita Lycum amnẽ ponte iunxit et dies quinque
sicut ante Eufratem traiecit exercitum Inde octuaginta stadia fere progressus
ad alterum amnem Boumelo nomen est castra posuit Oportuna explicandis
copiis regio erat equitabilis et uasta planicies nec stirpes quidem et brevia
virgulta operiunt liberque prospectus oculorum etiam ad ea que procul recessere per-
mittitur Itaque si qua campi eminebant iussit equari. totumque fastigium extendi
Alexandro qui per numerum copiarum eius quantum procul conicctari poterat ex-
timabant vix fecerunt fidem tot milibus cesis maiores copias esse reparatas
Ceterum omnis periculi et maxime multitudinis contemptor undecimis castris ad Eu-
fratem peruenit Quo pontibus iuncto. equites primo ire phalangem sequi iubet
Mazeo qui ad inhibendum transitum cum vi milibus equitum occurrerat. non
ausus periculum sui facere Paucis deinde non ad quietem sed ad reparandos animos
diebus datis militi strenue hostem insequi cepit. metuens ne interiora regni sui
peteret, sequendusque esset per loca omnium solitudine atque inopia vasta Igitur
quarto die preter arbela peruenit Ad Tygrim tota regio ultra amnem recen-
ti fumabat incendio Quippe Mazeus quecunque adierat haud secus quam hostis
urebat Ac primo caligine quam fumus effuderat obscurante lucem insidiarum
metu substitit Deinde ut speculatores premissi tuta omnia nunciauerunt pau-
cos equitum ad temptandum vadum fluminis premisit Cuius altitudo primo
summa equorum pectora mox ut in medium alveum ventum est ceruices quoque equa-
bat Nec sane alius ad orientis plagam violentior invehitur. multorum torren-
tium non aquas solum, sed etiam saxa secum trahens Itaque a celeritate qua defluit
Tigri nomen inditum quia persica lingua tygram sagittam appellant Igitur pe-
des velut divisus in cornua circumdato equitatu levatis super capita armis
haud egre ad ipsum alveum penetrat Primus inter pedites rex egressus in ripam
vadum militibus manu quia vox exaudiri non poterat ostendit Sed gradum
vix firmare poterant cum modo saxa lubrica vestigium fallerent. modo
rapidior unda subduceret precipuus erat labor eorum qui humeris onera por-
tabant Quippe cum semetipsos regere non possent in rapidos gurgites
incommodo onere auferebantur Et dum sua quisque spolia consequi studet
maior inter ipsos quam cum amne orta luctatio Cumulique sarcinarum passim flui-
tantes plerosque perculerant Rex monere ut satis haberent arma retinere ce-
tera se redditurum Sed neque consilium neque imperium accipi poterat Obstrepe-

hic stirps radix truncus
hec stirps progenies origo

pebat hinc metus preter hunc inuicem natantium mutuus clamor. Tandem qua
leniore tractu amnis aperit vadum emersere nec quicquam preter paucas sarcinas
desideratum est. Deleri potuit exercitus si quis vincere ausus esset. Sed perpetua for
tuna auertit hostem inde. Sic granicum tot milibus equitum peditumque in vlteriori
stantibus ripa superauit. Sic angustiis Cilicie collibus tantam multitudinem hostium
audacie quoque que maxime vincit racio minui potest. quia numquam in discrimen
venit quia potest an temere fecisset. Mazeus qui si transeuntibus flumine sup
venisset. haud dubie oppressurus fuit incompositos in ripam. Demum etiam
parmatos adequitare cepit mille ad modum equites premiserat. quorum paucita
te alexander explorata. deinde contempta prefectorum peonum equitum diuisiona la
xatis habenis inuehi iussit. Insignis eo die pugna equitum et precipue Ari
stonis fuit prefectum equitatus persarum Satrapaten directa in gutture
hasta transfixit. fugientemque per medios hostes consecutus. ex equo precipitauit
et obluctanti gladio caput dempsit. Quod relatum magna cum laude ante
regis pedes posuit. Biduo ibi statiua rex habuit in proximum deinde pronuncia
ri iter iussit. Sed prima fere vigilia luna deficiens primum nitorem sideris sui con
didit. Deinde sanguinis colore suffuso lumen omne fedauit. Sollicitisque sub
ipsum tanti discriminis casum ingens religio et ex ea formido quedam incussa
est. Dys inuitis in vltimas terras trahi se querebantur. Iam nec flumina posse
adire nec sidera pristinum seruare fulgorem. uastas terras deserta omnia occurrere.
Ut in huius vnius hominis iactatione tot milium sanguinem impendi fastidio esse
patriam abdicari philippum patrem. celum vanis cogitacionibus petere. Ia
pro seditione res erat cum ad omnia interritus duces principesque militum fre
mentes adesse pretorio iubet Egipciosque vates quos celi ac siderum peritissimos
esse credebat quid sentiret expromere iubet. At illi qui satis scirent temporum
orbes implere destinatas vices. lunamque deficere cum aut terram subiret
aut sole premeretur. racionem quidem ab ipsis perceptam non edocent vulgus
ceterum affirmant solem grecorum lunam esse persarum. Quotiensque illa de
ficiat ruinam stragemque illis gentibus portendi. ceteraque exempla percensent
Persidis regum quos aduersis dys pugnasse lune ostendisset defectio
Nulla res multitudinem efficacius regit quam superstitio. Alioquin impotens seua
mutabilis. vbi vana religione capta est. melius vatibus quam ducibus suis
paret. Igitur edita in vulgus Egipciorum responsa rursus ad spem et fidu
ciam erexere torpentes. Rex impetu animorum vtendum ratus secunda vigilia ca
stra mouit. Dextra Tigrim habebat a leua montes quos Cordueos vocant
Hoc ingressi iter speculatores. qui premissi erant sub lucis ortum Darium aduen
re nunciauerunt. Instructo igitur milite et composito agmine antecedebat. Sed per
scitatum exploratores erant mille ferme qui speciem magni agminis fecerant. Quip
pe vbi explorari vera non possunt. falsa per metum augurantur. His cogni

Rex cum paucis suorum assecutus agmen refugientium ad suos alios cecidit alios cepit
equitesque premisit simul speculatum simul ut ignes quos barbari cremauerant vi-
cos extinguerent. Quippe fugientes raptim tectis aceruisque frumenti iniecerant
que cum in summo hesissent ad inferiora nondum penetrauerant. Extincto igne
plurimum frumenti repertum est copia aliarum rerum quoque uerum habundare coepe-
runt. Ea res ipsa militi ad persequendum hostem animum accendit. Quippe vren-
te et populante eo terram festinandum erat ne incendio cuncta preciperet.
In rationem ergo necessitas versa est. Quippe Mazeus qui antea per ocium
vicos incenderat iam fugere contentus. plera[que] inuiolata hostique reliquit.
Alexander haud longius centum quinquaginta stadiis Darium abs se abesse com-
perit. Itaque ad sacietatem quoque copia commeatuum instructus quatriduo
in eodem loco substitit. Intercepte deinde Darii littere sunt quibus greci mili-
tes sollicitabantur vt regem aut interficerent aut proderent. Dubitauitque
an eas pro concione recitaret satis confisus grecorum quoque erga se beniuo-
lencie ac fidei. Sed parmenio terruit non esse talibus promissis imbuendas au-
res militum affirmans patere vel insidiis vnius regem nichil nephas
esse auaricie. Secutus consilii auctorem castra mouit. Iter facienti Spado
e captiuis qui Darii vxorem comitabantur deficere eam nunciat. et vix spiritum ducere
itineris continui labore animique egritudine fatigata inter socrus et virgina
filiarum manus collapsa erat deinde extinctam ad ipsum nuncians alius superuenit. et
rex haud secus quam si parentis sue mors nunciata esset crebros edidit gemitus
lacrimisque obortis quales Darius prodidisset in tabernaculum in quo mater erat
Darii defuncto assidens corpori venit. Hic vero renouatus est meror vt pro-
stratam humi vidit recenti malo priorum quoque admonitam. Receperat in
gremium adultas virgines magna quidem mutui doloris solacia. Sed quibus
ipse deberet esse solacio. In conspectu erat nepos paruulus ob id ipsum miserabi-
lis quod nondum senciebat calamitatem ex maxima parte ad ipsum redundantem.
Crederes Alexandrum inter ipsas necessitudines flere et solacia non adhibere
sed querere. Cibo certo abstinuit omnemque honorem funeri patrio persarum
more seruauit. Dignus hercule qui nunc quoque tantum et mansuetudinis et con-
tinencie ferat fructum. Semel omnino eam viderat quo die ipsa capta est.
nec ut ipsam sed ut Darii matrem videret. Eximiamque pulcritudine forme eius
non libidinis habuerat incitamentum sed glorie. E spadonibus qui circa reginam
erant Tyriotes inter trepidacionem lugencium elapsus per eam portam que
quia ab hoste erat leuius custodiebatur ad Darii castra peruenit. Exceptusque
a vigilibus in tabernaculum regis perducitur gemens et veste lacerata. Quem ut
conspexit Darius multiplici doloris expectacione commotus et quod potissi-
mum timeret incertus. Vultus inquit tuus nescio quod ingens malum prefert

Commeatus . tus . tui . i . simul meatus . Commea-
tus . ce . dicuntur expense
necessarie qui simul pro-
illis qui simul iti-
nerant . vel hic

Sed tamen miseri hominis auribus parcas didici esse infelix et sepe calamitatis so
latium est nosse sortem suam Num quod maxime suspicor et loqui timeo ludibria
meorum nunciaturus es michi. et ut credo ipsis quoque omni tristiora supplicio Ad
hec Tyriotes istud quidem procul abest inquit Quantuscumque enim reginis honos
ab his qui parent haberi potest tuis auctore servatus est Sed uxor tua pau
lo ante excessit e vita Tunc vero non gemitus modo sed etiam eiulatus totis castris
exaudiebatur Nec dubitabat Darius quin interfecta esset. quia nequisset con
tumeliam pati Exclamabatque amens dolore Quod ego tantum nephas co
misi Alexander quem tuorum propinquorum necavi ut hanc vicem sevitie mee
reddas Odisti me non quidem provocatus Sed finge iustum intulisse te bellum
Cum feminis ergo agere debueras Tyriotes affirmare per deos patrios nichil
in eam gravius esse consultum Ingemuisse etiam Alex Alexandrum morti et non
parcius flevisse quam ipse lacrimaretur Ob hec ipse amantis animus in solicitudinem
suspitionemque revolutus est desiderium captive profecto a consuetudine stupri or
tum esse coniectans Summotisque igitur arbitris uno duntaxat Tyriote
retento iam non flens sed suspirans Vides ne in te Tyriote locum mendacio
non esse Tormenta iam hinc erunt Sed ne expectaveris per deos si quid tibi tui
regis reverencie est Num quod et scire expeto et querere pudet ausus est et
dominus et iuvenis Ille questioni corpus offerre deos testes invocare caste sancte
que habitam esse reginam Tandem ut fides facta est vera esse que affirmaret
Spado capite velato diu flevit Manantibus adhuc lacrimis veste ab hore
ore reiecta ad celum manus tendens Dii patrii inquit primum michi stabi
lite regnum Deinde si de me iam transactum est precor ne quis potius Asye
rex sit quam iste tam iustus hostis tam misericors victor Itaque quamquam frustra
pace bis petita omnia in bellum consilia converterat Victus tamen continentia
hostis ad novas pacis condiciones ferendas decem legatos principes cognatorum
misit Quos alexander consilio advocato introduci iussit E quibus maximo
natu Darium inquit ut pacem a te iam hoc tercio peteret nulla vis subegit
Sed tua iusticia et continentia expressit Matrem. coniugem liberos eius. nisi quod
sine illo sunt captos esse non sensimus pudicicie earum que supersunt curam haud
secus quam parens agens reginas appellas speciem pristine fortune retinere pateris
Voltum tuum video qualis Darii fuit cum dimitteremur ab eo Et ille tamen uxo
rem tu hostem luges atque stares. nisi cura te sepulture eius moraretur Et
mirum est si tam ab amico animo pacem petit Quid opus est armis inter quos
odia sublata sunt Antea imperio tuo finem destinabat Halym amnem qui ly
diam terminat Nunc quicquid inter hellespontum et Eufraten est in dote filie offert
Tibi tradit Ochum filium quem habes pacis et fidei obsidem retine matrem et duas
filias virgines redde pro tribus corporibus triginta milia talentum auri precatur acci
pias nisi moderacione animi tui notam haberem. non dicerem hoc esse tempus quo

pacem non dare solum sed etiam occupare debes Respice quantum post te reli
queris intuere quantum petas Periculosum est pergraue imperium Difficile est retinere
quod capere non possis Vides ne ut nauigia que modum excedunt regi ne
queant Nescio an Darius ideo tam multa amiserit · quia nimie opes magne
iacture locum faciunt facilius est quedam vincere quam tueri Quam hercule expedi
tius manus nostra continet quam capiunt ipsa mors vxoris Darii ad mouere per
minus iam misericordie tue litere quam licuit Alexander legatis excedere taber
naculo iussis quod placeret ad consilium refert Dum nemo quod sentiret au
sus est dicere incerta regis voluntate Tandem parmenio antea suasissem
ait vt captiuos apud damascum redimentibus redderes ingentem pecuniam
potuisse redigi ex hiis qui multi vincti virorum fortium occuparent manus
Et nunc magnopere censeo vt vnam anum et duas puellas itinerum agminum
que impedimenta triginta milibus talentum auri permutes Opimum regnum occu
pari posse condicione non bello Nec quemquam alium intra hystrum et Eufratem
possedisse terras ingenti spatio intervalloque desertis macedoniam potius res
piceret quam Bactra et yndos intueretur Ingrata oratio regi fuit Itaque vt fine
dicendi fecit Et ego inquit pecunia quam gloriam mallem si parmenio essem Nunc
Alexander de paupertate securus sum Et me non mercatorem memini sed regem
Nichil quidem habeo venale · sed fortunam meam vtique non vendo captiuos si pla
cet reddi honestius dono dabimus quam precio remittemus Introductis deinde
legatis ad hunc modum respondit Nunciate Dario me que fecerim clementer
et liberaliter non amicitie eius tribuisse Sed nature mee bellum cum captiuis et
feminis gerere non soleo armatus sit oportet quem oderim Quod si saltem pacem
bona fide peteret deliberarem forsitan an darem Verum enim vero cum modo
milites meos literis ad prodicionem modo amicos ad perniciem meam pecunia sollicitet ·
ad internicionem michi persequendus est · non ut iustus hostis sed ut percussor veneficus
Condiciones vero pacis quas affertis si accepero victorem eum faciunt Que
post Eufraten sunt liberaliter donat Vbi igitur me affatis obliti estis Nempe
vltra Eufraten sum fati liberalitate Summum ergo dotis quam promittit terminum
castra mea transeunt Hinc me depellite vt sciam vestrum esse quod ceditis ea
dem liberalitate dat michi filiam suam Nempe quam alicui seruorum suorum
scio nupturam Multum vero michi prestat si me mazeo generum preponit
Ite nunciate regi vestro et que amisit et que adhuc habet premia esse
belli Hoc regem esse te vtriusque terminos regni id quoque habiturum quod pro
xime lucis assignatura fortuna est Et me non venisse in Asiam vt ab
aliis acciperem sed ut aliis darem Si secundus tibi et non par michi vellet
haberi facerem forsitan que petit Ceterum nec mundus duobus solibus loquitur in plurali ex auctoritate
pot regi nec duo summa regna saluo statu terrarum vnus pot habere

Proinde aut dedicione hodie aut in crastinum bellum parent nec aliam sibi quam ex
pertus esset polliceatur fortunam Legati respondent cum bellum in animo sit fa
cere eum simpliciter quod spe pacis non frustretur ipsos petere ut quam primum di
mittantur ad regem eum quoque bellum parare debere Dimissi nunciant ad
esse certamine Ille quidem confestim Mazeum cum tribus equitum milibus ad
itinera que hostis petiturus erat occupanda premisit Alexander corpori eius uxoris
iustis persolutis omnique graviore comitatu intra eadem munimenta cum modico
presidio relicto duo cornua dimiserat peditum utrimque lateri circumdato
milite Impedimenta sequebantur agmine premissum Deinde cum suis Sathis
equitibus Meniddam iubet explorare ubi Darius esset At ille cum Mazeus
procul consedisset non ausus ultra procedere Non aliud quam fremitum ho
minum hynitumque equorum exaudisse nunciat Mazeus quoque conspectis pro
cul exploratoribus in castra se recepit adventus hostium nuncius Igitur
Darius qui in patentibus campis decernere optabat armari militem iubet acie
mque disponi In levo cornu Bactriani ibant Equites mille ad modum Da
he totidem que et Aratosii Suanique quatuor milia explebant Hos centum
falcati currus sequebantur Proximus quadrigis erat Bessus cum octo mi
libus equitum Massagete duobus milibus agmen claudebat pedites his plu
rimarum gentium non immixtos Sed sue quisque nacionis iunxerant copias Per
sas deinde cum Marsis Sogdianisque Ariobarzanes et Oribates ducebant
Illi partibus copiarum Sunc Orsines preerat a septem regibus oriundus
Ad Cyrum quoque nobilissimum regem originem sui referebat Hos alie
gentes ne sociis quidem satis note sequebantur Post quas quinqua
ginta quadrigas Pharnabazus magno Caspiorum agmine antecedebat
Indi ceterique rubri maris accole nomina verius quam auxilia post currus
erant Claudebatur hoc agmen aliis falcatis curribus quibus peregrinum
militem adiunxerat Hunc armeni quos minores appellant Armenos Ba
bilonii utrosque bellithe et qui montes cosseorum incolebant sequebantur
Post hos ibant Cortue gentes quidem euboice Medos quondam secuti sed
iam degeneres et patrii moris ignari Applicaverat his Phrygas et
Cathaonas Parthorum deinde gens incolentium terras quas nunc Parthi
Scithia profecti tenent claudebat agmen Hec sinistri cornu acies fuit
Dextrum tenebat nacio maioris armenie Cadusiique et Capadoces et
Syri At Medi his quoque falcati currus quinquaginta erant Summa to
tius exercitus equitum quadraginta quinque milia pedestris acies ducenta milia
expleverat Hoc modo instructi decem stadia procedunt iussique subsistere
armati hostem expectabant Alexandri exercitum Pavor cuius causa non

subierat invasit Quippe limphati trepidare ceperunt omnium pectora occulto
metu percurrente celi fulgor tempore estivo ardenti similis internitens ig-
nis prebuit speciem. flammasque ex Darii castris splendere velut illatis te-
mere presidiis credebant Quod si perculsis Mazeus qui presidebat itineri
supervenisset ingens clades accipi potuit Nunc dum ille segnis in eo quem occu-
paverat tumulo sedet contentus non lacessi Alexander cognito pavore exer-
citus signum ut consisterent dari ante ipsos arma deponere ac levare corpora
iubet admonens nullam subiti causam esse. hostem procul stare Tandem
compotes sui pariter arma et animos recepere Nec quicquam ex presentibus tutius
visum est quam eodem loco castra munire Postero die Mazeus cum delectis
equitum in edito colle ex quo Macedonum castra prospiciebantur consederat
sive metu sive quia speculari modo iussus erat ad Darium rediit Macedo-
nes eum ipsum collem quem deseruerat occupaverunt Nam et tutior planici-
es erat et inde acies hostium que in campo explicabatur conspiciebatur Sed
caligo quam circa humidi effundebant montes universe quidem rei faciem
non abstulit Ceterum agminum discrimina [vel divisiones] atque ordinem prohibuit perspici
multitudo inundaverat campos. fremitusque tot milium etiam procul stantium
aures impleverat fluctuari animo rex et modo suum modo Parmenionis consilium
sera extimatione perpendere Quippe eo ventum erat unde recipi exercitus nisi
victor sine clade non posset Movebat eum multitudo hostium respectu paucitatis
sue gentes Sed in dubium reputabat quantas res cum hac gente gessisset quanto-
que populos fudisset Itaque cum spes metum vinceret periculosius differre bellum
ratus ne desperatio suis cresceret Itaque dissimulato eo mercenarium equitem ex
poni et precedere iubet ipse phalangem sicut antea dictum est in duo cornua ex-
tenderat utrumque cornu equites tegebant Namque iam nitidior lux discussa ca-
ligine aciem hostium ostenderat et Macedones sive alacritate sive tedio expec-
tationis ingentem pugnantium more edidere clamorem redditum et a Persis ne-
mora vallesque circumiectas terribili sono impleverat Nec iam Macedones
poterant contineri quin cursu quoque ad hostem contenderent Melius adhuc
ratus in eodem tumulo castra muniri vallum iaci iussit. Strenueque opere
perfecto in tabernaculum ex quo tota acies hostium conspiciebatur secessit Tum vero
universa futuri discriminis facies in oculis erat armis insignibus equi virique
splendebant et omnia intentiori cura preparari Apud hostem sollicitudo pre-
torum agmina sua interequitantium ostendebatur ac pleraque inania sicut fre-
mitus hominum equorum hynnitus armorum internitentium fulgor sollicitam expec-
tatione mentem turbaverant Igitur sive dubius animi sive suos experiretur
consilium adhibet quod optimum factu esset exquirens Parmenio
peritissimus inter duces artium belli furto non prelio opus esse censebat Inte-

posse nocte opprimi posse hostes discordes moribus linguis adhuc somno et im
proviso periculo territos quid in nocturna trepidatione coituros At per diem primum ter
ribiles occursuros facies Scitharum Bactrianorumque hirta illis ora et inte
sas comas esse preterea eximiam vastorum magnitudinem corporum vanis
et inanibus militem magis quam iustis formidinis causis moveri Deinde tan
tam multitudinem circumfundi paucioribus posse non in Cilicie angustiis
et inviis callibus Sed in aperta et lata planicie dimicaturos Omnes ferme par
menioni assentiebant Polypercon haud dubie in eo consilio positam victo
riam arbitrabatur Quem intuens rex Namque parmenione nuper acrius quam
vellet increpitum rursus castigare non sustinebat latrunculorum inquit et furum
ista solercia est qua precipitis michi Quippe illorum votum unicum
est fallere Mee vero glorie aut absenciam Darii aut angustias locorum aut
furtum noctis obstare non paciar Palam luce aggredi certum est Malo me
fortune peniteat quam victorie pudeat Ad hec illud quoque accedit vigilias
agere barbaros et in armis stare ut ne decipi quidem possint compertum
habeo Itaque ad prelium vos parate Sic incitatos ad corpora curanda di
misit Darius Ad quod parmenio suaserat hostem facturum esse coniec
tans frenatos equos stare magnamque exercitus partem in armis esse
ac vigilias intenciore cura servari iusserat Ergo ignibus tota eius castra
fulgebant Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circui
bat solem et meridiem sacrumque et eternum ignem invocans ut illis digna
vetere gloria maiorum quam monimentis fortitudine inspiraret Et profecto
si qua divine opis auguria humana mente concipi possent deos stare se
cum Illos nuper macedonum animis subitam incussisse formidine Adhuc
limphatos ferri agique arma iacientes expetere presides persarum imperii
debitas a vecordibus penas Nec ipsum ducem saniorem esse Quippe
ritu ferarum predam modo quam expeteret intuentem in perniciem que ante
al's predam pedes posita esset incurrere Similis apud macedones quoque sollicitudo erat
noctemque velut in ea certamine edicto metu egerunt Alexander non alias
magis territus ad vota et preces Aristandrum vocari iubet Ille in can
dida veste verbenas manu preferens capite velato preibat preces regi
pre Iovem mynervamque victoriam propitiante Tunc quidem sacrificio rite
perpetrato reliquum noctis acquieturus in tabernaculum redijt Sed nec somnum
capere nec quietem pati poterat Modo e iugo montis aciem in dextrum
persarum cornu dimittere agitabat modo recta fronte concurrere hosti
interdum hesitare an potius in levum detorqueret agmen Tandem gra
vatum animi anxietate corpus altior somnus oppressit Iamque luce

orta Duces ad accipienda imperia conuenerant insolito circa pretorium silencio attoniti
Quippe alias accersire ipsos et interdum morantes castigare assueuerat Tunc ne
vltimo quidem rerum discrimine excitatum esse et non mirabantur et non som
no quiescere sed pauore marcere credebant Non tamen quisquam ex custodibus
corporis intrare tabernaculum audebat et iam tempus instabat nec miles sine
iussu Ducis aut arma capere poterat aut ordines ire Diu Parmenio cunc
tatus cibum ut caperent ipse pronunciat Iamque necesse erat Tunc demum
intrat in tabernaculum sepius nomineque compellatum cum voce non posset tac
tu excitauit Multaque inquit lux est instructam aciem hostis admouit tuus
miles adhuc inermis expectat imperium Vbi est vigor ille animi tui Nem
pe semper excitare vigiles soles Ad hec alexander Credis ne me prius
somnum capere vigilare potuisse quam exonerare animum sollicitudine que quietem
morabatur Signumque pugne tuba dari iussit Et cum in eadem admi
racione Parmenio assueraret quod solutum se curis somnum cepisse dixisset
Minime inquit mirum est Ego enim cum Darius terram vreret vicos incen
deret alimenta corrumperet potens mei non eram Nunc vero quod
metuam cum acie decernere paret Hercule votum meum impleuit Sed
huius consilii postea quoque racio reddetur Vos ite ad copias quibus quisque
preest ego iam adero et quod fieri velim exponam Raro admodum
admonitu agens amicorum dum metu discriminis adeundum erat Vti solebat
Tunc quoque munimento corporis sumpto processit ad milites haud alias
tam alacrem viderant regem et vultu eius interrito certam spem victo
rie augurabatur Atque ille prorupto vallo exire copias iubet Aciemque
disponit In dextro cornu locati sunt equites quos agmina appellabat
Preerat his Clytus cui iunxit philote turmas ceterosque prefectos
equitum. Lateri eius applicuit Vltima Meleagri ala stabat quam pha
lanx sequebatur Post phalangem Agyraspides erant His Nicanor
parmenionis filius preerat In subsidiis cum manu sua Cenos post eum
Horestes Lyncestesque sunt post illos Polipercon Dux peregrini militis huius
agminis Ay Amynthas princeps erat Et phaligrus balattis eos re
gebat in societatem nuper ascitos Hec dextri cornu facies erat In leuo Cra
terus Peloponensium equites habebat Achcorum et locrensium et Malcone
sium turmis sibi adiunctis Hos thessali equites claudebant philippo du
ce peditum acies equitatu tegebatur ffrons leui cornu hec erat Sed
ne circuiri posset a multitudine vltimum agmen valida manu cin
xerat Cornuaque subsidiis firmauit non recta fronte sed a latere positis

Ut si hostis circumvenire aciem temptasset parati pugne forent Hic agriani erant quibus Attalus preerat adiunctis sagittariis Cretensibus ultimos ordines avertit a fronte ut totam aciem orbe muniret Illyrii hic erant adiuncto milite mercede conducto Tracas quoque simul obiecerat leviter armatos circuitu
adeoque aciem versabilem posuit ut qui ultimi stabant ne circumvenirentur verti tamen et in frontem circumagi possent Itaque non prima quam latera non latera munitiora fuere quam terga His ita ordinatis precepit ut si falcatos currus cum fremitu barbari emitterent ipsi laxatis ordinibus impetum incurrentium silencio exciperent haud dubie sine noxa transcursuros si nemo se opponeret Sin autem sine fremitu immisissent eos ipsi clamore terrerent Pavidosque equos telis utrimque suffoderent Qui cornibus preerant extendere ea iussi ita ut nec circumvenirentur si arctius starent nec tamen ultimam aciem exinanirent Impedimenta cum captivis inter quos mater liberique Darii custodiebantur haud procul acie in edito colle constituit modico presidio modico relicto Levum cornu sicut alias Parmenioni tuendum datum ipse in dextro stabat Nondum ad iactum teli pervenerat Cum Bion quidam transfuga quanto maximo cursu potuerat ad regem pervenit nuncians murices ferreos in terram adfodisse Darium qua hostem equites emissurum esse credebat Notatumque certo signo locum ut fraus evitari a suis posset observari iussa fuga iussa duces convocat Expositoque quod nunciatum erat monet regionem monstratam declinent equitemque periculum edoceant Ceterum hoc tamen exercitus exaudire non poterat usu aurium intercipiente fremitu duorum agminum Sed conspectu omnium duces et proximum quemque interequitans alloquebatur emensis tot terris spem victorie de qua dimicandum foret hoc unum superesse discrimen Granicum hic amnem Ciliciaeque montes et Syriam Egiptumque preeuntibus raptas ingencia spei glorieque incitamenta referebat Reprehensos fuga persas pugnaturos quia fugere non possent tercio iam die metu exangues armis suis oneratos in eodem vestigio herere Nullum desperacionis illorum maius indicium esse quam quod urbes quod agros suos urerent quicquid non corrupissent hostium esse confessi Nomina vero vana gencium ignotarum ne extimescerent Neque enim ad belli discrimen pertinere qui ab his Scytharum quive Cadusii appellantur Ob id ipsum quod ignoti essent ignobiles esse quoniam ignorari viros fortes At imbelles ex latebris suis erutos nichil preter nomina ferre Macedones virtute assecutos nequis toto orbe locus esset qui tales viros ignoraret Intuerentur barbarorum inconditum agmen alium nichil preter iacula habere alium funda saxa librare paucis iusta arma esse Itaque illinc plures dimicaturos [illegible] hinc plures dimicaturos nec postulare se ut fortiter capesserent prelium

in id ceteris fortitudinis fuisset exemplum. Se ante prima signa dimicaturum spondens
pro se quot acciperet totidem corporis decora fore ipsos vnum pene se prede consortis ex
sortem in illis colendis ornandisque vsurpare victorie premia. Hec se for
tibus viris dicere si qui dissimiles eorum essent illa fuisse dicturum premis
se eos vnde fugere non possent tot terrarum spacia emensis tot amnibus
mensibus que post tergum obiectis iter in patriam et penates manu esse fa
ciendum sic duces sic proximi militum instructi sunt. Darius in leuo cor oro Darii
nu erat magno suorum agmine delectis equitum peditumque stipatus contemp
serat que paucitatem hostis vacuam aciem esse extentis cornibus ratus. Cete
rum sicut curru eminebat dextra leuaque ad circumstancia agmina oculos ma
nusque circumferens. Terrarum inquit quas occeanus hinc abluit illinc claudit
hellespontus paulo ante domini iam non de gloria sed de salute et quod saluti pre
ponitis libertate pugnandum est. Hic dies imperium quo nullum amplius vidit
etas aut constituet aut finiet. Apud granicum minima virium parte cum hoste
certauimus. In Cilicia victos Siria poterat excipere magna munimenta regni tigris
atque Eufrates erant. Ventum est eo vnde pulsis ne fuge quidem locus est omnia
tam diutino bello exhausta post tergum sunt non incolas suos vrbes non culto
res habent terre. Coniuges quoque et liberi sequuntur hanc aciem parata hostibus
preda nisi pro carissimis pignoribus corpora opponimus. Quod mearum fuit par
cium exercitum quem pene immensa planicies vix caperet comparaui. equos arma di
stribui. commeatus ne tante multitudini deessent prouidi locum in quo acies ex
plicari posset elegi. Cetera in vestra potestate sunt. Audete modo vincere famam
infirmissimum aduersus fortes viros telum contempnite. Temeritas est quam
adhuc pro virtute timuistis que ut primum impetum effudit velut quedam animalia
amisso aculeo torpent. Hii vero campi deprehendere paucitatem quam Cilicie
montes absconderant. Videtis ordines raros. cornua extenta. mediam aciem
vanam et exhaustam. Nam vltimi quos locauit auersos terga iam prebent.
Obteri mehercule equorum vngulis possunt etiam si nichil preter falcatos currus
emisero et bello vicerimus si vincimus prelio. Nam ne illis quidem per fugam
locus est hinc eufrates illinc tigris prohibet inclusos et que antea pro illis [illegible]
ad fugam erant in contrarium versa sunt. Nostrum mobile et expeditum agmen
illud preda graue. Implicatos ergo spoliis nostris trucidabimus. Eademque res et
causa erit victorie et fructus. Quod si quem e nobis nomen gentis mouet co
gitet macedonum illic arma esse non corpora. Multum enim sanguinem inuicem
hausimus et semper grauior in paucitate iactura est. Nam Alexander qua
tuscunque ignauis et timidis videri potest. vnum animal est. Et quid ni creditis te
merarium et vecors adhuc nostro pauore quam sua virtute felicius. Nichil autem pot
esse diuturnum cui non subest racio. licet felicitas aspirare videatur.

tamen ad ultimum temeritati non sufficiat. Preterea breves et mutabiles vices rerum sunt
et fortuna numquam simpliciter indulget. Forsan dii ita fata ordinaverunt ut Persarum
imperium quod secundo cursu per CCXXX annos ad summum fastigium evexerant ma
gno motu concuterent magisque affligerent admonerentque nos fragilitatis
humane cuius nimia in prosperis rebus oblivio est. Modo Grecis ultro bel
lum inferebamus nunc in sedibus nostris propulsamus illatum. Iactamur invicem
varietate fortune videlicet imperium quia mutuo affectamus una gens non
capit. Ceterum etiam si spes non subesset necessitas tamen stimulare deberet. Ad
extrema perventum est. Matrem meam duas filias, Ochum in spem huius imperii
genitum principes illam sobolem regie stirpis duces necnon regium instar vi
nctos habet nisi quod in vobis est. Ego ipse maiore mei parte captivus sum. Eripite
viscera mea ex vinculis, restituite michi pignora, pro quibus ipsi mori non recusat
pugnatis. Parentes liberos meam coniugem in illo carcere amisi. Credite
nunc omnes extendere ad vos manus, implorare patrios deos, opem vestram mi
sericordiam fidem exposcere ut compedibus ut servitute ut precario victu
ipsos liberetis. An creditis equo animo his servire quorum reges esse fastidiunt?
Video admoveri hostium aciem, sed quo propius discrimen accedo hoc minus his
que dixi possum esse contentus. Precor vos per deos patrios eternumque ignem
qui prefertur altaribus, fulgoremque solis intra fines regni mei orientis, per
eternam memoriam Cyri qui ademptum Medis Lydisque imperium primus in
Persidem intulit, vindicate ab ultimo dedecore nomen gentemque Persarum.
Ite alacres et spiritu pleni, ut quam gloriam accepistis a maioribus vestris poste
ris relinquatis. In dextris vestris iam libertatem, opem, spem futuri tempo
ris geritis. Effugit mortem quisquis contempserit, timidissimum quemque conse
quitur. Ipse non patrio more solum sed etiam ut conspici possim curru vehor,
nec recuso quominus imitemini me, sive fortitudinis exemplum sive igna
vie fuero. Interim Alexander ut et demonstratum a transfuga insidiarum locum
circuiret et Dario qui cornu tuebatur occurreret, obliquum incedere iubet.
Darius quoque eodem suum obvertit, Besso admonito ut Massagetas equites
in levum Alexandri cornu a latere invehi iuberet. Ipse ante se falcatos currus
habebat, quos signo dato universos in hostem effudit. Ruebant laxatis ha
benis aurige quo plures nondum satis proviso impetu obtererent. Alios
ergo haste multum ultra temonem eminentes, alios ab utroque latere dimisse
falces laceravere. Nec sensim Macedones cedebant, sed effusa fuga tur
baverant ordines. Mazeus quoque perculsis metum incussit, mille equitibus
ad diripienda hostis impedimenta circumvehi iussis, ratus captivos quoque
qui simul asservabantur rupturos vincula, cum suos appropinquantes
vidissent. Non fefellerat Parmenionem qui in levo erat. Propere igitur
Polydamanta mittit ad regem qui et periculum ostenderet et quid fieri vellet

consuleret Ille audito polidamante Abi inquit nuncia Parmenioni si aciem
vicerimus · non nostra solum rep recuperatos sed etiam que hostiu sunt occupa
turos proinde non est qd' virium quicqȝ subducat ex acie · ȝ ut me et philippo pre
digni est · contempto sarcinaru dampno fortiter dimicet Interim barbari
impedimenta turbauerant · cesisqȝ plerisqȝ custodum capti conualis ruptis quicqȝ
obvium erat quo armari possunt corripiunt Et aggregati suorum equitibus
macedonas ancipiti circumventos malo invadunt · letiqȝ circa Sisygambim erant
vicisse Dariu ingenti cede prostratos hostes ad ultimu etiam exutos nunciant
Quippe eandem fortuna esse ubiqȝ credebant et victores persas ad predam
Sisigambis hortantibus captivis ut animum a merore allevaret in eodem quo antea
fuit perseuerabat Non vox illa decidit ei Non oris color vultus ve mutatus e
Sedit immobilis credo preco · que gaudia veritia irritare fortuna adeo vt quid
mallet intuentibus eam fuerit incertu Inter hec amindas prefectus equitu Ale
xandri cum paucis turmis opem impedimentis laturus aduenerat At incertum suo
ne consilio an regis imperio Sȝ nō sustinuit caursorȝ Scytharuqȝ impetum Quip
pe vix temptato certamine refugit ad regem amissorum impedimentoru magis
testis qȝ vindex iam consiliu Alexandri dolor vicerat Et ne cura recuperandi
sua milites a prelio averteret Non immerito verebatur Itaqȝ harathen du
cem hastatu que sarrisoforos vocabant aduersus Scythas mittit Inter h
currus qui circa signa prima turbauerant aciem in phalangem inuecti erant
macedones Confirmatis animis in mediu agmen accipiunt vallo similis
acies erat Iunxerant hastas et ab vtroqȝ latere temere incurrentiu ilia · i. intestina
suffodiebant Circuire deinde et currus et propugnatores precipitare coeperunt
Ingens ruina equorum aurigarumqȝ aciem compleuerat Hy territos regere nō
poterant qui crebra iactatione ceruicu nō iugu mō excusserant · ȝ etiam curru
euerterat Vulnerati interfectos trahebant nec consistere territi nec progredi
debiles poterant Pauce tn̄ euasere quadrige in ultima aciem hiis qbȝ
inciderunt miserabili morte consumptis Quippe amputata virorū membra
humi iacebant Et qui calidis adhuc vulneribus aberat dolor trunci qȝ et
debiles tamē arma nō omittebant donec multi sanguine effuso exanimati
procumberent Interim Arectis Scytharu qui impedimenta diripiebant
duce occiso grauius territis instabat Superuenere deinde a Dario Bactriani
pugneqȝ vertere fortuna Multi ergo macedonu primo impetu obtriti sȝ
plures ad Alexandru refugerunt Tum perse clamore sublato qualem
victores solent edere ferociter in hostem quasi vbiqȝ profligatum incurrerent
Alexander territos castigare adhortari preliu qd' iam elanguerat solus
accendere Confirmatisqȝ tandem animis ire in hostem iubet Rarior a
cies erat in dextro cornu persaru Inde Bactriani discesserat ad opprimeda

impedimenta Itaque Alexander laxatos ordines invadit et multa cede hostium in
vehitur At qui in levo cornu erant perse spe posse eum includi agmen suum a ter
go dimicantis opponunt Ingens periculum in medio herens adisset ni equites
Agriani calcaribus subditis circumfusos regi barbaros adorti essent versos
que cedendo in se obverti coegissent Turbata erat utraque acies Alexander
et a fronte et a tergo hostem habebat Qui aversum eum instabant Et ab agrianis
equitibus premebantur Bactriani impedimentis hostium direptis reversi
suos ordines recuperare non poterant Plura simul abrupta a ceteris agmina
ubicumque alium alii fors miscuerat dimicabant Duo reges iunctis prope agmi
nibus prelium accendebant plures perse cadebant par ferme utrimque numerus
vulnerabatur Curru Darius Alexander equo vehebatur Utrumque delecti
tuebantur sui inmemores Quippe amisso rege nec volebant salvi esse nec
poterant Ante oculos suis quisque regis mortem occumbere ducebat egregium Ma
ximum tamen periculum adibant quos maxime tuebantur Quippe sibi quisque cesi
expectabat decus Ceterum sive ludibrium oculorum sive certa species fuit qui
circa Alexandrum erant vidisse se crediderunt paululum super caput regis
placide volantem Aquilam non sono armorum non gemitu morientium territam
Diuque circa equum Alexandri pendenti magis quam volanti similis apparuit
Certe vates Aristander alba veste indutus et dextra preferens lauream
militibus in pugnam intentis avem monstrabat haud dubium victorie
auspicium Ingens ergo alacritas et fiducia paulo ante territos accendit ad
pugnam Utique postquam auriga Darii qui ante ipsum sedens equos regebat
hasta transfixus est Nec aut perse nec aut macedones aut perse dubitavere
quin ipse rex occisus esset Ergo lugubri ululatu et incondito clamore gemi
tuque totam fere aciem adhuc equo marte pugnantium turbavere Co
gnati Darii et armigeri levoque cornu in fugam destinaverant currum quem
a dextra parte stipati in medium agmen receperunt Dicitur acinace stric
to Darius dubitasse an fuge dedecus honesta morte vitaret Sed eminens
curru nondum omnem suorum aciem prelio decedentem prelio destituere e
rubescebat dum inter spem et desperationem hesitat sensim perse ce
bantur et laxaverunt ordines Alexander mutato equo quippe plures
fatigaverat resistentium adversa ora fodiebat fugientium terga Iamque non
pugna sed cedes erat cum Darius quoque currum suum in fugam vertit He
bat in tergis fugientium victor sed prospectum oculorum nubes pulveris quo
ad celum referebatur abstulerat Ergo haud secus quam in tenebris errabant
ad sonum note vocis aut signum subinde coeuntes Exaudiebant tamen strepitus
habenarum quibus equi currum vehentes identidem verberabantur Hec
sola fugientis vestigia excepta sunt At in levo macedonum cornu quod

Parmenio sicut ante dictum est turbatur. longe alia fortuna utriusque partis res ge-
batur. Mazeus cum omni suo equitatu vehementer invectus urgebat Macedo-
num alas. Iamque habundans multitudine acies circuire ceperat. Tum Parme-
nio equites nunciare iubet Alexandro in quo discrimine ipsi essent. mature sub-
veniretur non posse sisti fugam. Iam multum viae processerat rex imminens fugientium
tergis cum a Parmenione tristis nuncius venit. refrenare equos iussi qui vehe-
bantur agmen constitit. fremente Alexandro eripi sibi victoriam e manibus
et Darium felicius fugere quam sequi. Interim ad Mazeum superati regis fama per-
venit. Itaque quamquam validior erat tamen fortuna territus perculsis languidius
instabat. Parmenio ignorabat quidem causam sua sponte pugne remisse. sed
occasione vincendi strenue est usus. Thessalos equites ad se vocari iubet. en
qui videtis inquit istos qui ferociter modo instabant pedem referre subito pavore
perterritos nimirum nobis. nobisquoque regis nostri fortuna vicit omnia persarum
cede strata sunt. Quid cessatis an ne fugientibus quidem pares estis. Vera
dicere videbatur et spe languentes erexerat. subditis calcaribus proruere in
hostem et illi iam non sensim sed citato gradu recedebant nec quicquam fuge nisi
quod nondum terga verterant deerat. Parmenio tamen ignarus que in dextro cor-
nu fortuna regis esset repressit suos. Mazeus dato pugne spacio non recto
itinere sed maiore et ob id tutiore circuitu Tigrim superat et Babiloniam cum
reliquiis devicti exercitus intrat. Darius paucis fuge comitibus ad Lycum
amnem contenderat. Quo traiecto dubitavit an solveret pontem. Quippe
hostem iam affore nunciabatur. sed tot milia suorum que nondum ad amnem
pervenerant ponte reciso videbat hostis predam fore. abeuntem cum intactum sineret
pontem dixisse constat malle sequentibus iter dare quam auferre fugientibus. Ipse
ingens spacium fuga emensus media fere nocte Arbelam pervenit. Quis tot
ludibria fortune ducum agminum cedem multiplicem devictorum fugam cla-
des nunc singulorum nunc communium aut animo assequi queat. aut oratione com-
plecti. Prope modum seculi res in unum illum diem fortuna cumulavit.
Alii qua brevissimum patebat iter. Alii diversos saltus et ignotos sequen-
tibus calles petebant. equites peditesque confusi sine duce armatis inermes
integris debiles implicabantur. Deinde misericordia in metum versa qui
sequi non poterant inter mutuos gemitus deserebantur. Sitis precipue
fatigatos et saucios perurebat. Passimque omnibus rivis prostraverant corpora
preterfluentem aquam hyanti ore captantes. Quam cum avide turbidam
hausissent tendebantur extemplo precordia premente limo resolutisque et
torpentibus membris. Cum supervenisset hostis novis vulneribus exci-
tabantur. Quidam occupatis proximis rivis diverterant longius ut
quicquid occulti humoris usquam manaret exciperent. Nec ulla adeo avia et

i. lacus qui fit ex pluuia

sita lacuna erat. Ut vestigantium sitim falleret. Ex proximis vero itineri
vicis ululatus senum feminarumque exaudiebantur barbaro ritu Darium
adhuc regem clamantium. Alexander ut supra dictum est inhibito suorum im-
petu ad Lycum amnem peruenerat. Ubi ingens multitudo fugientium onerauerat
pontem. Et plerique cum hostis urgeret in flumen se precipitauerunt graues-
que armis et prelio ac fuga defatigati gurgitibus hauriebantur. Iamque non
pons modo fugientes sed ne amnis quidem capiebat agmina sua improuide subinde
cumulantes. Quippe ubi intrauit animos pauor id solum metuunt quod solum for-
midare ceperunt. Alexander instantibus suis ne impune abeuntem hostem pro-
mitteret sequi habentia esse tela et manus fatigatas tantoque cursu et corpora
exhausta et preceps in noctem diei tempus causatus est. De vera de leuo cornu quod
adhuc in acie stare credebat sollicitus reuerti opem suis statuit. Iamque signa conuer-
terat a Parmenione missi illius quoque partis victoriam nunciant. Sed nullum eo die
maius periculum accidit dum copias reducit in castra. Pauci enim et incompositi se-
quebantur ouantes victoria. Quippe omnes hostes aut in fugam effusos aut in acie
cecidisse credebant. Cum repente ex aduerso apparuit agmen equitum qui primo ex-
hibuere cursum. Deinde macedonum paucitate conspecta turmas in obuios concita-
uerunt. Ante signa rex ibat dissimulato magis periculo quam spreto. Nec defuit ei
perpetua in dubiis rebus felicitas. Namque prefectum equitatus auidum certaminis
et ob id ipsum incautius inferentem hasta transfixit. Quo ex equo lapso proximum ac de-
inde eo plures eodem telo. Inuasere turbatos amici quoque. Nec perse multi cadebant.
Quippe non uniuerse acies quam hec tumultuarie manus uehementius iniecere cer-
tamine. Tandem barbari cum obscura luce tutior videretur fuga esse quam pug-
dispersis agminibus abiere. Rex extraordinario periculo defunctus incolumes suos
reduxit in castra. Cecidere Persarum quorum numerum victores finire potuerunt xxx m.
Macedonum minus quam ccc desiderati sunt. Ceterum hanc victoriam rex maiore
ex parte virtuti quam fortune sue debuit. Animo non ut antea loco vicit. Nam et aciem
peritissime instruxit et promptissime ipse pugnauit et magno consilio iacturam
sarcinarum impedimentorumque contempsit cum in ipsa acie summe rei videret esse
discrimen. Dubioque adhuc pugne euentu pro victore se gessit. Perculsos
deinde hostium fudit fugientes quod in illo ardore animi vix credi potest pruden-
tius quam auidius persecutus est. Nam si parte exercitus adhuc in acie stante instare
cedentibus perseuerasset aut culpa sua victus esset aut aliena virtute vicisset.
Iam si multitudine equitum occurrentium extimuisset victori aut fede fugiendum
aut miserabiliter cadendum fuit. Nec duces quidem copiarum sua laude frau-
dandi sunt. Quippe uulnera que quis excepit indicia virtutis sunt. Ephestionis
brachium hasta ictum est. Perdicca et Cenos et Menidas sagittis prope occisi.
Et si vere existimare macedonas qui tunc erant uolumus, fatebimur et regem talibus
ministris et illos tanto rege fuisse dignissimos.

al' inhibuere

Que interim ductu imperioque Alexandri vel in Grecia vel hil
liriis ac Tracia gesta sunt si suis quecumque temporibus reddere
voluero interrumpende sunt res Asie quas utique ad fugam morte
que Darii universas in conspectu dari Et sicut inter se coherent
ita opere ipso coniungi haud paulo aptius videri potest Igitur que
in prelio apud harbelam coniuncta sunt ordiar dicere Darius
media fere nocte harbelam pervenerat Eodemque magne par
tis amicorum eius ac militum fugam fortuna compulerat Quibus convocatis ex
ponit haud dubitare se quin Alexander celebrimas urbes agrosque omni copia rerum
habundantes petiturus erat predam opimam · paratamque ipsum et milites spectare
id suis rebus tali in statu saluti fore quippe se deserta cum expedita manu petiturum
Ultima igitur regni sui adhuc intacta esse inde bello vires haud egre reparaturum
occuparet Sane gazam avidissima gens et ex longa fame satiaret se auro mox
futura prede sibi didicisse usu preciosam supellectilem pellicesque et spadonum agmi
na nichil aliud fuisse quam onera et impedimenta eadem trahentem Alexandrum quibus
rebus antea vicisset inferiorem fore plena omnis desperacionis videbatur oracio
Quippe Babiloniam urbem opulentissimam dedi cernentibus iam ausa et iam
cetera ornamenta regni causamque belli victorem occupaturum At ille docere
cepit non speciosa dictu sed usu necessaria in rebus adversis sequenda esse ferro geri
bella non auro viris non corbium tectis omnia sequi armatos · sic maiores suos per cul
sos in principio celeriter rerum pristinam reparasse fortunam Igitur sive confirma
tis eorum animis · sive imperium magis quam consilium sequentibus medie fines ingressus
est paulopost Alexandro traditur harbela regia supellectili Darii que gaza re
pleta iiii talentum fuere Preterea preciose vestes totius ut supra dictum est exer
citus opibus in illam sedem congestis Ingruentibus deinde morbus quos odor
cadaverum totis iacientium campis vulgaverat maturius castra movit Eunti

et
felicitate

bus a parte leva Arabia odorum fertilitate nobilis regio campestre iter
tigrim et Eufraten iacentia tam uberi et pingui solo ut a pastu repelli pec
cora dicantur ne sacietas perimat Causa fertilitatis est humor qui ex utroque
amne manat toto fere solo propter venas aquarum resudante Ipsi amnes
ex armenie montibus profluunt Ac magno deinde aquarum divortio iter quod cepe
runt ~~paulatim in artius coeunt~~ percurrunt · vi et l stadia mensi sunt qui
amplissimum intervallum circa armenie montes notaverunt Item medie et Gordianorum
terras secare ceperunt paulatim in artius coeunt et quo longius manat hoc
angustius inter se spacium terre relinquunt Vicina maxime sunt in campis quos
Mesopotamiam incole appellant Mediam namque ab utroque latere concludunt
eadem per Babiloniorum fines in rubrum mare prorumpunt Alexander quart
is castris ad menniam urbem pervenit Caverna ibi est ex qua fons ingentem vim
bituminis fundit Adeo ut satis constet Babilonios muros ingentis

Eufrates fluvius est
Mesopotamie de paradi
so oriens copiosissimus
gemmis · qui per mediam
Babiloniam influit et
Mesopotamia autem
in quibusdam partibus ita
irrigat · sicut Nilus
Alexandriam etc.

operis huius bitumine interlitos esse Ceterum Babiloniam procedenti Alexandro Ma
zeus qui ex acie in eam urbem confugerat cum adultis liberis supplex occurrit ur
bem seque dedens. Gratus adventus eius fuit regi. Quippe magni operis obsidio
futura tam munite urbis ad hoc vir illustris et manu promptus. famaque et
in proximo prelio celebris et ceteros ad deditionem sui maturiq exemplo vi
debatur. Igitur hunc quidem benigne cum liberis excepit Ceterum quadrato
agmine quod ipse ducebat velut in acie migratent ingredi suos iubet Magna
pars Babiloniorum constiterat in muris avida cognoscendi novum regem plu
res obviam egressi sunt inter quos Bagophanes arcis et regie pecunie cu
stos ne studio a mazeo vinceretur. totum iter floribus coronisque constrave
rat argenteis altaribus utroque latere dispositis que non thure modo sed omnibus
odoribus cumulaverat Dona eum sequebantur greges pecorum equorum leo
nesque quoque et pardales caveis preferebantur Magi deinde suo more car
men canentes post hos Caldei Babiloniorumque non vates modo sed etiam artifi
ces cum fidibus sui generis ibant. laudes hi regum canere soliti Caldei side
rum motus et statutas vices temporum ostendere Equites deinde Babilonii suo
equorumque cultu ad luxuriam. magisque ad magnificentiam exacto ultimi ibat Rex
armatis stipatus oppidanorum turbam post ultimos pedites ire iussit ipse
Descriptio Babilonie cum curru urbem ac deinde intravit Postero die suppellectilem Darii et
omnem pecuniam recognovit Ceterum ipsius urbis pulcritudo ac vetustas non
solum regis sed etiam omnium oculos in semet haud imerito convertit Semira
mis eam condiderat. verum ut plerique crediderunt belus cuius regia ostenditur.
Murus instructus laterculo coctili bitumine interlitus spacium xxx duorum pedum
latitudine amplectitur Quadrige inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur
Altitudo muri l. cubitorum eminet spatio, Turres denis pedibus quam murus
altiores sunt. totius operis ambitus ccclxviii stadia complectitur singulorum sta
diorum structuram singulis diebus perfectam esse memorie traditum est Edificia non
sunt admota muris sed fere spacium iugeri unius absunt Ac ne totam quidem
urbem tectis occupaverunt per lxxx stadia habitatur Nec omnia continua sunt
Credo quia tutius visum est pluribus locis spargi Cetera serunt coluntque ut ubi
nisi externa vis ingruat obsessis alimenta ipsius ex urbibus solo subministrentur
Eufrates interfluit magneque molis crepitudinibus cohercetur Sed omnium operum ma
gnitudinem circumveniunt caverne ingentis multitudinis presse ad accipiendum impe
tum fluminis quod nisi apposite crepitudinis fastigium excesserit urbis tecta corri
peret nisi essent specus lacusque qui exciperent coctili laterculo structi sunt totum
opus bitumina adstringitur. Pons lapideus flumini impositus iungit urbem
hic quoque inter mirabilia orientis opera numeratus est Quippe Eufrates altum
limum vehit quo penitus ad fundamenta iacienda egesto vix suffulciendum
operi firmo reperiunt solum Arene autem subinde cumulate et saxis quibus

pons sustinetur ad nexe morantur amnem qui retentus acrius quam si libero cursu
mearet illiditur Arcem quoque ambitus xx stadia complexa habent xxx pedes
in terram turrium fundamenta dimissa sunt ad lxxx summum munimenti fastigium
peruenit Super arcem vulgatum grecorum fabulis miraculum pensiles orti sunt
summam murorum altitudinem equantes multarumque arborum umbra et proceritate
ameni saxa pileque que totum onus sustinent instructe sunt super pilas lapide — pila hic dicitur pes pontis vel quod sustinet pontem
quadrato solum stratum est patiens terre quam altam iniciunt et humoris quo
rigant terras Adeoque validas arbores sustinent moles ut stipites earum viii
cubitorum spatium crassitudinis equent ad l pedum altitudinem emineant frugi
fere sunt ut si terra naturali alerentur Et cum vetustas non opera solum ma
nufacta sed etiam ipsam naturam excedendo paulatim perimat Hec moles que
tot arborum radicibus tanti nemoris pondere onerata est inviolata durat quippe
viginti lati parietes sustinent undecim pedum intervallo distantes ut pro
cul visentibus silue montibus suis imminere videantur Sirie regem Babi
lonie regnantem hoc opus esse molitum memorie proditum est amore coniugis
victum que desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis virum compulit
amenitatem nature genere huius operis imitari Diutius in hac urbe constitit
rex quam usquam nec alius locus discipline militari magis nocuit Nichil urbis
eius corruptius nichil ad irritandas alliciendasque immodicas cupiditates in
structius liberos coniugesque cum hospitibus stupro coire modo precium flagitio detur
parentes maritique patiuntur Conviuales ludi tota perside regibus purpuratisque
cordi sunt Babilonii maxime in vinum et que ebrietatem sequuntur effusi sunt fe
minarum convivia ineuntium in principio modestus est habitus Deinde summa quoque
amicula exuunt paulatimque pudorem profanant ad ultimum honos auribus ha
bitus sit ima corporum velamenta proiciunt Nec meretricium hoc dedecus est sed
matronarum virginumque apud quos comitas habetur vulgati corporis vilitas
Inter hec flagitia exercitus ille domitor Asie per xxxiiii dies saginatus ad
ea que sequebantur discrimina haud dubie debilior futurus fuit si hostem
habuisset Ceterum quominus dampnum sentiret identidem incremento noua
bantur Namque Amynthas Andromeni ab Antipatro Macedonum peditum
vi milia adduxit D preterea eiusdem generis equites cum his dc thracas
adiunctis peditibus sue gentis iii m d et ex peloponenso mercenarius miles
ad iiii milia aduenerat cum clxxx equitibus Idem Amynthas adduxerat l
Macedonie principum liberos adultos ad custodiam corporis quippe inter
epulas hii sunt ministri idemque equos ineuntibus prelium admouent venantemque
comitantur et vigilias vigiles ante cubili fores seruant Maiorumque pre
fectorum et ducum hec incrementa sunt et rudimenta Igitur rex arci Babilo
nie Agathone preside esse iusso cum D et macedonum cccque mercede conductis
prefectos qui regioni Babilonie ac Cilicie preessent Maneadum et Appollodorum
reliqua eorum similiter cum tribus talentis dat utrique preceptum ut in supplementum

milites legerent Mazeo transfugam Satrape Babilonie donat Bagophanem qui ar
cem tradiderat, sequi se iussit armenia Mithreni Sardium proditori data est
Pecunia deinde Babilonie tradita macedonibus equitibus. sexcenti Denarii
tributo. peregrinus eques quingenos accepit Ducenos pedestrium stipendium
mensium His ita compositis in regione que Sattapono vocatur pervenit fer
tilis terra copia rerum et omni commeatu habundans Itaque diutius ibi sub
stitit ac ne desides ocio dimitterent animos iudices dedit premiaque proposuit
de virtute militari certantibus nove qui fortissimi iudicati essent singulis
militum milibus prefuturi erant nec fortitudinis premia gesserant Ingens
militum turba convenerat egregio interfutura certamini testis eadem cuiusque fac
torum et de iudicibus latura sentenciam Quippe vero ne an falso honos cuique ha
beretur ignorari non poterat Primus omnium virtutis causa donatus est Aetarras
senior qui omissum apud Alicarnassum a iunioribus prelium unus maxime
accenderat proximus ei Antigonus iussus est tercium locum philotas Angleus
obtinuit Quartus Amynthe datus post hos Anthigonus et Ablicestes
Amyntas fuit x. Septimus locum Theodatus vltimum obtinuit Hellanicus
In disciplina quoque militaris rei a maioribus pleraque summa utilitate mutavit
Nam cum ante equites in suam quisque gentem describerentur seorsum a ceteris
excepto nationum discrimine prefectis Non utique suarum gencium sed electis attri
buit Tuba cum castra movere vellet signum dabat cuius sonus plerumque tumul
tuancium fremitu exoriente haud satis exaudiebatur Ergo perticam que un
dique conspici posset supra pretorium statuit Ex qua signum eminebat pariter omnibus
conspicuum observabatur ignis noctu fumus interdiu Iamque susam aditus
Abulites regionis eius prefectus sive Darii iussu ut Alexandrum retineret
sive sponte filium obviam misit traditurum se urbem promittens benigne iu
venem excepit rex. et eo duce ad hyspadum amnem pervenit Delicatam ut fama
est vehentem aquam Hic Abulides cum donis regalis opulencie occurrit dro
mados cameli inter dona erant velocitatis extra eximie xii elephanti a Dario
ex India acciti iam non terror ut supaverat macedonum. sed auxilium opes victi ad
victorem transferente fortuna Ut vero urbem intravit incredibilem ex thezau
ris summam pecunie egessit l. talentum argentei non signati forma sed rudi
pondere Multi reges tantas opes longa etate cumulaverant liberis poste
risque ut arbitrabantur. quas una hora in externi regis manus intulit.
Consedit deinde regia sella multo excelsiore quam pro habitu corporis Itaque pe
des cum in ymum gradum non contingeret unus ex regiis pueris mensam
subdidit pedibus Et cum spadonem Darii inqui ingemiscentem conspexisset
Rex causam mesticie requisivit Ille indicat Darium vesci in ea solitum sacris
sacratam eius mensam ad ludibrium recidentem sine lacrimis conspicere non posse.
Subiit ergo regem verecundia violandi hospitales deos. iamque subduci

iubebat cum philotas. Minime vero hec secretus Rex sed omnem quoque accipe men-
sam ex qua libavit hostis epulas tuis pedibus esse subiectam. Rex persidis fi-
nem aditurus susam urbem Archelao et presidium et iii tradidit xenophilo ar-
cis cura mandata est macedonum etate gravibus presidere arcis custodie iussit
thezaurorum Calicrati tutela permissa. Satrape regionis Susiane restitu-
ta abuleti. Matrem quoque et liberos in eadem urbe deponit ac forte macedo-
nicas vestes multamque purpuram dono ex macedonia sibi missam cum hiis que
fecerant tradi Sysigambi iubet. omni namque honore eam et filio quoque pietate
prosequebatur. Admonerique iussit ut si cordi quoque vestis esset conficere eam nepo-
tes suas asuefaceret donoque se docet dare. Ad hanc vocem lacrime oborte pro-
didere animum aspernantis id munus quippe non aliud magis contumelia persarum
femine accipiunt quam ad monem lane manus. Nunciant qui donum tulerant tristem
esse Sysigambim. dignaque res et excusatione et solacio visa. Ipse igitur
pervenit ad eam. et mater inquit hanc vestem qua indutus sum sororum non solum
donum sed etiam opus vides. nostri decepere me mores. cave obsecro in contumelia accipias
ignorantiam que tui moris esse cognovi ut spero abunde servata sunt. Scio
aput vos filio in conspectu matris nephas esse considere nisi cum illa permisit quo-
tiensque ad te veni donec ut considerem adnuereis restiti procumbens vene-
rari me sepe voluisti inhibui dulcissime matris olympiadis nomen tibi reddo. Mi-
tigato animo eius rex quartis castris pervenit ad tygrim fluvium pasitigrim
incole vocant. Oritur in montibus Uxiorum et per l stadia silvestris pre-
ceps inter saxa devolvitur. Accipiunt deinde eum campi quos clementiori alveo pre-
terit. Nam navium patiens de c sunt stadia mollioribus soli per quod leni
tractu aquarum persico mari se insinuat. amne superato cum viiii cl peditum et agri-
anis sagittariisque grecorum mercenariis tribus milibus additis tractum in re-
gionem Uxiorum pervenit finitima Susis est. et in primam presidem excurrit
arctum iter inter se et susianos aditum relinquens Madathes erat regionis
prefectus haud sane temporum homo quippe ultima pro fide experiri decre-
verat. Sed periti locorum Alexandrum docent occultum iter esse per calles et aversum
ab urbe si misisset leviter armatos super capita hostium evasuros. Cum consi-
lium placuisset eidem itineris fuere duces. in cl mercede conducti et Agria-
ni fere mille thauroni prefecto dati ac post solis occasum iter ingredi iussi.
Ipse tertia castris motis circa solis ortum superat angustias. Cesa que ma-
teria cratibus et pluteis faciendis ut qui turres cepit admovere extra || Pluteum dicitur tabulatum vel cratis crudo corio contexta
teli iactum essent urbem subsidere cepit. precrupta erant omnia saxis et co-
tibus impedita. multis vulneribus depulsi ut quibus non cum hoste so-
lum sed etiam cum hoste loco dimicandum esset. subibant tamen quia rex inter
primos constiterat interrogans tot urbium victores an erubescerent herere
in obsidione castelli exigui et ignobilis simul admonens. Inter hec eminus
petebatur Alexander quem ex crassitudine obiecta milites descendere pellere

nequiebant tuebantur Tandem tauro super arces se cum suo agmine ostendit
Ad cuius conspectum et hostium animi labare et macedones acrius prelium
inire ceperunt Anceps opidanos malum urgebat nec sisti vis hostium poterat
paucis ad moriendum pluribus ad fugam animus fuit magna pars in arcem
concessit Inde xxx oratoribus missis ad deprecandum triste responsum a
Rege redditur non esse venie locum Itaque suppliciorum metu perculsi ad Sy
sigambim Darii matrem occulto itinere ignotoque hostibus mittunt que pe
terent ut ipsa regem que mitigaret aut ignari parentis eam loco diligi coli
que Madathes sororis filiam secum matrimonio iunxerat Dario propinqua
cognatione contingens Diu Sysigambis supplicantibus repugnavit abnuens
deprecationem pro illis non convenire fortune in qua esset adiecitque metuere
se ne victoris indulgenciam fatigaret sepius cogitare captiuam esse se que
reginam fuisse ad ultimum victa Alexandrum litteris ita deprecata est ut ipsum
excusaret quod deprecaretur petere se ut illis quoque si minus sibi ignosceret pauci
pro necessario atque propinquo suo iam non hoste supplice tantum vitam seruare
moderationem clementiamque regis que tunc fuit Vel una hec res posset
ostendere non Madatis modo ignovit Sed et omnes et deditos et captiuos et lib
ertate atque immunitate donauit urbem reliquit intactam agros sine tributo
colere permisit A victore Dario plura mater non impetrasset Uxiorum deinde
gentem subactam Susianorum Satrape contribuit Diuisione cum Parmenio
ne copijs illum campestri itinere precedere iubet ipse cum expedito agmine
iugum montium cepit quorum perpetuum dorsum in persidem excurrit omni hac regione
vastata tercio die persidem quinto angustias quas illi Susidas pilas vocant
intrat Ariobarzanes has cum xx milibus peditum occupauerat rupes ab
scisas et undique preruptas in quarum cacuminibus extra teli iactum bar
bari stabant de industria quieti et pauentibus similes donec in artissimas
fauces penetraret agmen quod ubi contemptu sui pergere viderent tunc
ingentis magnitudinis saxa per montium prona deuoluunt que incussa sepius
subiacentibus petris maiore vi incidebant nec singulos modo sed agmina
proterebant fundis quoque excussi lapides et sagitte undique ingerebantur
nec id miserrimum fortibus viris erat sed quod multi quidem ferarum ritu
veluti in fouea deprehensi caederentur Ita igitur in rabiem versi emi
nentia saxa complexi ut ad hostem peruenirent alius alium leuantes co
nabantur ascendere ea ipsa multorum simul manibus conuulsa in
eos qui commouerant recidebant nec stare ergo poterant nec uerti nec
testitudine quidem tegi cum tante olis onera propellerent barbari
Regem non modo dolor sed etiam pudor temere in illas angustias ducti ex
ercitus angebat Inuictus ad eam diem invictusque fuerat Nichil frustra ausus

impune Cilicie fauces intrauerat · mari quoque nouum iter in Pamphilia aperuerat
iter · tunc hesitabat deprehensa felicitas · nec aliud remedium erat quam reuerti quo
venerant Itaque signo receptui dato deprensatis ordinibus scutisque super
capita consertis retro euadere ex angustiis iubet · xxx · fuere stadia que
remensi sunt · tum castris vndique apto loco positis non consultare modo
quod agendum esset · sed vates quoque adhibere cepit a superstitione animi · Sed
quid tunc producere Aristander cui tunc plurimum credebat ex vatibus pote
rat Ita dampnatis intempestiuis sacrificiis peritos locorum conuocari iubet
Per medium iter ostendebant tutum apertumque · sed rex dimittere insepultos
erubescebat Itaque tradito more quo vix vllum militie tam solempne erat
munus quam humandi suos · captiuos ergo quos nuper exceperat vocari iubet
Inter quos erat quidem grece persice persiceque lingue peritus qui frustra eum in
presiden montium dorso exercitum ducere affirmat siluestres esse calles vix sin
gulis peruios omnia contegi frondibus amplexasque arborum ramos siluos co
mittere Namque persis ab altero latere perpetuis montium iugis clauditur quod
in longitudinem m · d · in latitudine clxx stadia percurrit Hoc dorsum a
Caucaso monte ad rubrum pertinet quaque deficit mons aliud munimentum fre
tum obiectum est Planicies deinde sub radicibus montium spaciosa procu
bit fertilis terra multis vicis atque vrbibus frequens Araxis amnis per
hos campos multorum aquas torrentium euoluit in medium Medus ad mare et
ad meridiem reuersus minor amnis eo quam accepit euehitur · gignendeque her
be non alius aptior quidquid abluit floribus vestiens Platanique et populi
contegunt ripas ita ut procul visentibus continuata videantur montibus
nemora · riparum quippe obumbratus amnis presso in solum amne di
labitur · imminentque colles ipsi quoque frondibus leti radices eorum humore
subeunte regio non alia tota Asia salubrior habetur · temperatum celum huic
perpetuum atque iugum spacium et vmbrosum quod estus leuat illic mare adiunctum
quod mito tempore terras fouet hic captiuus expositus interrogatus a Rege
auditu ne an oculis comperta haberet que diceret Pastorem se fuisse
omnes eos calles percurrisse respondit bis captum semel a persis in licia
iterum ab ipso Subiit animum regis memoria oraculo edite sortis Cumque
consulenti responsum erat ducem in persidem ferentis vie lycium ciuem
fore Igitur promissis quanta et presens necessitas exigebat et ipsius fortuna
honoratum armari iubet macedonum more et quod bene verteret monstrare
iter quamuis arduum et preceps euasurum se esse cum paucis nisi forte crederet
quo ipse pecoris causa isset Alexandrum pro gloria et perpetua laude ire non posse
Etiam atque etiam docere quam captiuus quam difficile iter esset maxime armatis
Tum Rex predem inquit me accipe neminem eorum qui sequuntur recusaturum
qua duces Craterus igitur ad custodiam castrorum relicto cum peditibus quos

assueverat et hys copiis quas Meleager ducebat et sagittariis equitibus M. Pre
cepit ut castrorum specie manente plures de industria ignes fieri imperet quo
magis barbari credant ipsum regem in castris esse. Ceterum si forte Ariobar
zanes cognovisset per callium anfractus intrare ad occupandum iter suum partem
copiarum temptasset opponere Cratherus eum illato terrore retineret ad pro
pius periculum conversum agmen. Sin autem ipse hostem fefellisset et saltum
occupasset cum trepidantium barbarorum tumultum exaudisset persequentium re
gem id ipsum iter quo pridie pulsi fuerant ne dubitarent ingredi / quippe va
cuum fore hostibus in semet adversis. Ipse tertia vigilia silenti agmine ac ne
tuba quidem dato signo pergit ad demonstratum iter callium. Callem tridui a
limenta portare militem iusserat leviter armatum. Sed preter invias rupes
ac prerupta saxa vestigium subinde fallentia nix cumulata vento ingredi
entes fatigabat. quippe velut delati hauriebantur. Et cum a commilitonibus
allevarentur trahebant magis adiuvantes quam sequebantur. Nox quoque et
ignota regio et dux incertus an satis fidus duplicabat metum. Si custo
des fefellissent quasi feras bestias ipsos posse deprehendi / ex unius captivi
vel fide vel animo pendere et regis salutem et suam. Tandem venere in
iugum a dextra iter ad ipsum Ariobarzanem erat. Hic Philotam et Cenon
cum Amyntha et Polipercon expeditam habentes manum reliquit monitos
ut quia pedes equiti pediti erat mixtus et quam pinguissimum esset solo et pa
bulo fertile sensim procederent. Duces erant itineris de captivis dati. Ipse
cum armigeris et ala quam agema appellabant ardua semita sed longius
a stacionibus hostium remota multa cum vexatione processit. Medius erat
dies et fatigatis necessaria quies. Quippe tantundem itineris supererat quantum e
mensi erant sed minus precipitis atque ardui. Itaque refectis sompno cibo que
militibus prima vigilia surgit et cetera quidem haud egre preterit. Ce
terum qua se montium iugum paulatim ad planiora demittit ingens vorago
concursu cavata torrentium iter rupat. Ad hec arborum rami alius alio im
plicati et coherentes ut perpetuam obiecerent sepem. Desperatio igitur ingens
adeo ut vix lacrimis abstinerent incesserat. Precipue obscuritas terrori erat.
Nam etiam si qua sidera internitebant continenti fronde tecte arbores
conspicere prohibebant. Ne auditus quidem usus suberat silvas quatiente ve
nto qui concurrentibus ramis maiorem quam proflatu sonum edebant. Tandem
expectata lux omnia que terribiliora nox fecerat minuit. Circuiri brevi spacio
poterat eluvies et sibi quisque dux itineris ceperat fieri. Evadunt ergo in e
ditum verticem ex quo hostium statione conspecta strenue armati a tergo se
ostendunt. Nichil tale metuentibus quorum pauci qui congredi ausi erant cesi
sunt. Itaque hinc morientium gemitus hinc ad suos recurrentium miserabilis
facies integros quoque antequam discrimen experirentur in fugam vertit q°

quo fremitu deinde in caſtra quis Cratherus preſidebat illato ad occupandas anguſtias in quibus pridie heſerant miles ſeducitur ſimul et philotas cum Poliptonte Amyntha que et Conon diuerſum iter ingredi iuſſis aliud terrorem intulit Barbaris Undique ergo macedonum armis fulgentibus ancipiti malo oppreſſi memorabile tamen prelium edunt ut opinor ignaviam quoque neceſſitas acuit et ſepe deſperatio cauſa eſt nudi complectebantur armatos et ingenti corporum mole ſecum ad terram detrahentes ipſorum telis pleroſque fodiebant Ariobarzanes tamen decem fere cum equitibus et quinque peditum ſtipatus per mediam aciem Macedonum cum multo ſuorum atque hoſtium ſanguine erupit Perſepolim urbem caput regionis occupare feſtinans ſed a cuſtodibus urbis excluſus conſecutis ſtrenue hoſtibus cum omnibus fuge comitibus renovato prelio cecidit Cratherus quoque raptim agmine acto ſupervenit Rex eodem loco quo hoſtium copias fuderat caſtra muniuit Quamquam enim undique fugati hoſtes victoriam conceſſerant cum prealte precipiteſque foſſe pluribus locis abiecte abruperant iter ſenſim et caute progrediendum erat non hoſtium ſed locorum fraude ſuſpecta procedenti ei littere redduntur a Tyridate cuſtode pecunie regie indicantes eos qui in urbe eſſent audito eius adventu diripere velle theſauros dimiſſos expeditum iter eſſe Quamquam Araxes amnis interfluat Nullam virtutem regis iſtius magis quam celeritatem laudaverim relictis pedeſtribus copiis tota nocte cum equitibus itineris tanto ſpatio fatigatis ad Araxem prima luce pervenit Vici erant in propinquo quibus dirutis pontem ex materia eorum ſubditis ſaxis ſtrenue induxit Iamque haud procul urbe erat cum miſerabile agmen inter pauca fortune exempla memorandum regi occurrit Captivi erant greci ad iiii milia fere quos perſe vario ſuppliciorum modo affecerant alios pedibus quoſdam manibus auribusque amputatis inuſtiſque barbarorum litterarum notis in longum ſui ludibrium reſervaverant Et cum ſe quoque aliene dicionis eſſe cernerent volentes regi occurrere non prohibuerant Inuſitata ſimulacra non homines videbantur nec quicquam in illis preter vocem poterat agnoſci Plures igitur lacrimas commovere quam profuderant Ipſi quippe in tam multiplici variaque fortuna ſingulorum intuentibus ſimiles quidem ſed tamen diſpares penas quis maxime miſerabilis eſſet liquere non poterat Ut vero Iovem illi tandem grecie ultorem aperuiſſe oculos conclamavere omnes pari ſupplicio affecti ſibi videbantur Rex abſterſis quas profuderat lacrimis bonum habere animum iubet viſuros urbes ſuas coniugeſque et caſtra inde duo ab urbe ſtadia convenit Greci conceſſerant vallo deliberaturi quod potiſſimum a rege peterent Cumque aliis ſedem in Aſia rogare aliis reverti domum placeret Euthemon cimeus ita locutus ad eos fertur Hii qui modo etiam ad opem petendam ex tenebris et carcere erubuimus ut nunc est ſupplicia

nostra · quorum nos pudeat magis peniteat incertum est quam ostentare grecie velut
letum spectaculum cupimus atque optime miserias ferunt qui abscondunt Nec
vlla tam familiaris est infelicibus patria quam solitudo et status prioris ob
livio Nam qui multum in suorum misericordia ponunt ignorant quam celeriter lacrime
inarescant Nemo fideliter diligit quem fastidit Nam et calamitas que
rula est et superba felicitas Ita suam quisque fortunam in consilio habet
cum de aliena deliberat Et nisi mutuo miseri essemus · olim alius a
lio potuissemus esse fastidio Quid mirum est fortunatos semper parem que
rere Obsecro vos olim vita defuncti queramus locum vbi horribi
les cicatrices celet exilium Ingrati prorsus coniugibus quas iuvenes duxi
mus revertemur / liberi in flore etatis · et rerum cognoscent et fratres · ergastuli
detrimenta et quota pars nostri tot obire terras potest / Procul Europa
in vltima orientis relegati senes debiles membrorum parte mulctati tol
lerabimus scilicet que armatos victores fatigaverunt Coniuges deinde quas
captis sors et necessitas vnicum solatium applicuit · Parvosque liberos
trahimus nobiscum · an relinquimus · cum hijs venientes nemo agnosce
re volet Relinquimus ergo exemplo presentium pignora cum incertum sit an visu
ri simus illa que petimus Inter hec latendum est que nos miseros nosse
ceperunt Hec Euctemon Contra Theetetus atheniensis orsus est dicere
Neminem pium habitu corporis suos estimaturum vtique sevicia hostis non
natura calamitosum dignum esse cum malo qui erubesceret fortune Tri
stem enim de mortalitate ferre sententiam et desperare misericordiam quam ipse al
teri denegaturus sit Deos quod ipsi nunquam optare ausi forent offerre patriam
coniuges liberos et quicquid homines vel vita estimant vel morte redimunt
quin illi ex hoc carcere erumpent alium domi esse celi haustum alium lucis
aspectum · mores · sacra linguis commercium etiam a barbaris expeti que in
genita ipsi omissuri sint sua sponte · non ob aliud tam calamitosi quam quod illis
carere coacti essent Se certum rediturum ad penates · et in patriam tanto be
neficio regis vsurum · si quos contubernii liberorumque quos servitus coegisset
agnoscere amor detineret relinqueret · quibus nichil patria carius est
pauci huius sententie fuere ceteris consuetudo natura potior vicit / con
senserunt petendum esse a rege vt aliquam ipsis attribueret sedem C ad
hoc allecti quos Alexander ratus quod ipse prestare cogitabat petituros Iume
ta inquit assignari que vos veherent et singulis vestrum milia dena
rium dari iussi / cum redieritis in greciam · prestabo · ne quis statum suum si hec
calamitas absit vero credat esse meliorem Illi a bortis lacrimis terram in
tuebantur · Nec aut erigere vultus aut loqui audebant Tandem rege
tristicie causam exigente Euctemon similia · hijs que in consilio dixerat
respondit Atque ille non fortitudine solum eorum · sed etiam penitentie miser

tria milia denarium dari iussit Deinde vestes adiecte sunt et armenta cum pecoribus
ac frumento data ut coli serique attributus his ager posset Postero die
convocatos copiarum duces nullam infestiorem urbem grecis esse quam regiam ve
terum persidis regum Hinc illa inmensa agmina infusa hinc Darium prius
Deinde Xerxem Europe impium intulisse bellum excidio illius parentandum
esse maioribus Iamque barbari deserto oppido qua quemque metus agebat dif
fugerant Cum et phalangem nichil cunctatus inducit Multas urbes
refectas opulentia regia partim expugnaverat partim in fidem acceperat
Sed urbis huius divicie vicere preterita In hac totius persidis congesse
rant barbari aurum atque argentumque cumulatum erat vestis ingens modus
suppellex non ad usum sed ad ostentationem luxus comparata Atque inter ipsos
victores ferro dimicabatur Pro hoste erat qui preciosiorem occupaverat p
dam et cum omnia que reperiebant capere non possent iam res non occupa
bantur sed extimabantur Lacerabant regias vestes ad se quemque partes tra
hentes dolabra preciose artis vasa cedebant Nichil neque intactum erat neque
integrum ferebantur abrupta simulacrorum membra ut quisque evelleret trahe
bat Neque avaricia solum sed etiam crudelitas in capta urbe grassata est Auro
argentoque onusti vilia captivorum corpora trucidabant Passimque obvii ce
debantur quos antea precium sui miserabiles fecerat Multi ergo hostium manus
voluntaria morte occupaverunt preciosissima vestium induti e muris semet
ipsos cum coniugibus ac liberis in preceps iacientes Quidam ignes quod
paulo post facturus hostis videbatur subiecerant edibus ut cum suis vi
vi cremarentur Tandem suis rex corporibus et cultu feminarum abstinere
iussit Ingens captive pecunie modus traditur prope ut fidem excedat Ce
terum haud de aliis quoque dubitamus aut credimus in huius urbis fuisse
C xx talenta Ad que vehenda namque ad usus belli secum portare decre
verat iumenta et camelos et a Susis et a Babilone contrahi iussit Ac
cessere ad hanc pecunie summam captis persagadis vi talentum Cirus per
sagadum urbem condiderat quam Alexandro prefectus eius Globaris
tradidit Rex arcem Persepolis iii Macedonum presidio relictis Nicar
chiden tueri iubet Thiridatique quoque qui gazam tradiderat servatus est
honos quem apud Darium habuerat magnaque exercitus parte et impedimen
tis sibi relictis Parmenona Cratheremque prefecit Ipse cum iii equitibus
peditumque expedita manu interiorem persidis regionem sub ipsum vergiliarum
sidus petiit multisque imbribus et prope intollerabili tempestate vexatus
procedere tamen quo intenderat perseveravit Ventum erat ad iter perpetuis
obsitum nivibus quas frigoris vis gelu astrinxerat locorumque squalor et
solitudines vie fatigatum militem terrebat humanarum rerum terminos se

Et squalor idem quod sor
diditas pollucio asperi
tas vel hic

videre credentem omnia vasta atque sine ullo humani cultus vestigio attoniti intuebantur
et antequam lux quoque et celum ipsos defecerant reverti iubebant. rex castigare super se-
dit. Ceterum ipse equo desiluit. pedesque per nivem et concretam glaciem ingredi ce-
pit. Erubuerunt non sequi primum amici. deinde copiarum duces ad ultimum mili-
tes. primusque rex dolabro glaciem perfringens iter sibi fecit. Exemplum regis
ceteri imitati sunt. Tandem prope modum invias silvas emensi humani cultus ra-
ra vestigia. et passim errantes pecorum greges reperire. et incole qui sparsis tu-
guriis habitabant callibus inviis septos esse credidissent ut aspexere hostium
agmen interfectis his qui comitari fugientes non poterant devios montes et ni-
vibus obsitos petiverunt. Inde per colloquia captivorum paulatim feritate miti-
gata tradidere se regi. Nec in deditos gravius consultum. vastatis inde agris
persidis vicisque compluribus redactis in potestatem ventum est in Mardorum
gentem bellicosam et multum a ceteris persis cultu vite abhorrentem. Spe-
cus in montibus fodiunt in quos seque ac coniugem et liberos con-
dunt pecudum aut ferarum carne vescuntur. ne feminis quidem pro nature
habitu molliora ingenia sunt. Come prominent hirte. vestis super genua est.
funda vinciunt frontem. Hoc et ornamentum capitis et telum est. Sed hanc
quoque gentem idem impetus domuit. Itaque xxx°. die postquam a persepoli
profectus erat eodem rediit. Dona deinde amicis ceterisque pro cuiusque me-
rito dedit prope modum omnia que in ea urbe ceperat distributa. Ceterum
ingentia animi bona illam indolem qua omnes reges antecessit. illam subeundis
periculis constantiam in rebus moliendis efficiendisque velocitatem in deditos
fidem. in captivos clementiam in voluptatibus quoque permissis et usitatis tem-
perantiam haud tollerabili vini cupiditate fedavit. hoste et emulo reparante tum
maxime bello nuper subactis quos vicerat, novumque imperium aspernantibus de
die inibat convivia. quibus femine intererant. non quidem quas violari ne-
phas esset, quippe pellices licentius quam decebat cum armato vivere assuete.
Ex his thais. et ipsa temulenta vino maximam apud grecos gratiam affir-
mat si regiam persarum iussisset incendi expectare hoc eos quorum ur-
bes barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferente sententiam unus et alter
et ipsi mero onerati assentiunt. Rex quoque fuit avidior quam patientior. Quin
igitur ulciscimur greciam et urbi faces subicimus. omnes incaluerant mero.
Itaque surgunt temulenti ad incendendam urbem cui armati pepercerant. primus
Rex ignem regie iniecit. tum et ministri pellicesque. multa cedro edificata e-
rat regia que celeriter igne concepto late fudit incendium. Quod ubi exercitus qui haud pro-
cul urbe tendebat conspexit ratus fortuitum ad opem ferendam concurrit. Sed ut ad
vestibulum regie ventum est. vident regem ipsum adhuc aggerentem faces. Omissa
igitur quam portaverat aqua. igni aridam materiam in incendium iacere ceperunt. Hunc exitum
habuit regia totius orientis unde tot gentes antea iura petebant. patria tot regum

vrbis quondam grecie terror molita .M. et x. nauium classem et exercitus quibus euro
pa inondata est contabulato mari est molibus perfossisque montibus in quorum
specus fretum immissum est Ac ne tam longa quidem etate que excidium eius secu
ta est resurrexit Alias vrbes habuere macedonum reges quas nunc habent parthi
huius vestigium non inueniretur nisi araxes amnis ostenderet haud procul me
nibus fluxerat Inde vrbem fuisse xx. stadijs distantem credunt magis quam
sciunt accole. Pudebat macedones tam preclaram vrbem a comessabundo rege
deletam esse Itaque res in serium versa est et imparauerunt sibi vt crederent
illo potissimum modo esse delendam. Ipsum ut primum grauatam ebrietate mente
quies reddidit penituisse constat et dixisse maiores penas grecis persas datu
ros fuisse si ipsum in solio regia quam xerxem conspicere coacti essent Postero die
Lycio itineris quo persidem intrauerat ducere xxx. talenta dono dedit Hinc in
regionem medie transijt Vbi supplementum nouorum e Cilicia militum occurrit
peditum erant V. equites mille vtrisque platon Atheniensis preerat His
copijs auctus Darium persequi statuit Ille in Ecbatana peruenerat. caput medie
vrbs hanc nunc tenent parthi. Estiua agentibus sedes est Adire deinde
Bactra decreuerat Sed veritus ne celeritate Alexandri occuparetur consilium
iterque mutat Aberat ab eo Alexander stadia M. D. sed iam nullum interuallum ad
versus velocitatem eius satis longum videbatur Itaque prelio magis se quam
fuge parabat xxx milia peditum sequebantur in quibus grecorum erant iiij mi
delis erga regem ad vltimum inuicta. funditorum quoque et sagittariorum manus iiij
milia expleuerat preter hos iij et cc. equites erant maxime parthienorum Bessus
preerat Bactriane regioni prefectus cum hoc agmine Darius paulum declinauit
via militari iussis precedere lixis impedimentorum custodibus. Consilio deinde
aduocato Si cum ignauis inquit et pluris qualemcumque vitam honesta mor
te estimantibus me fortuna iunxisset potius quam verba frustra consumerem Sed
maiore quam vellem documento et virtutem vestram et fidem expertus magis co
niti debeo vt dignus talibus amicis sim quam dubitare an vestri similes ad
huc sitis Ex tot milibus que sub imperio meo. bis me victum bis fugientem per
secuti estis. Fides vestra et constantia ut regem me esse credam facit proditores et
profuge in vrbibus meis regnant. non hercule. quia tanto honore digni habentur
sed premijs eorum vestri sollicitentur animi meam fortunam vos quam victoris ma
luistis sequi. quibus dignissimis si ego non possum. Dij pro me gracias referant
et me hercule referent Nulla erit tam surda posteritas. nulla tam
ingrata famaque que non in celum vos debitis laudibus referat Itaque
etiam si consilium fuge a qua multum abhorret animus agitassem. vestra tamen
virtute fretus obuiassem hosti Quousque enim in regno exulabo et per fines
imperij mei mei externum et aduenam persequar regem cum liceat experto
belli fortunam aut recuperare que amisi aut honesta morte defungi. nisi forte
satius est expectare victoris arbitrium et Mazei et Mitrenis exemplo pre

carum accipere Regnum nationis bonius. Tot iam malit ille sue glorie quam ire obsequi
net desinerunt ut hoc decus mei capitis aut demere mihi quisquam aut condonare
possit nec hoc imperium vivus amittam. Idemque erit regni mei qui spiritus finis. Si
hic animus, si hec lex, nulli non parta libertas est. Nemo e vobis fastidium, nemo mul-
tum superbum ferre cogetur. Sua cuique dextra aut ultionem tot malorum pariet aut
finem. Equidem quam versabilis fortuna sit documentum ipse sum. Nec immerito mi-
tiores vices eius expecto. Et si iusta et pia bella dii aversantur, fortibus tamen
viris licebit honeste mori. Per ego vos decora maiorum, qui totius orientis re-
gna cum memorabili laude tenuerunt, per illos viros quibus stipendium Mace-
donia quondam tulit, per tot navium classis in greciam missas, per tot trophea
regum oro et obtestor ut nobilitate vestra gentisque dignos spiritus capiatis, ut
eadem constantia animorum qua preterita tollerastis experiamur. Deinde quid-
quid sors tulerit me certe in perpetuum aut victoria nobilitabit aut pugna. Hec
dicente Dario presentis periculi species omnium simul corda animosque prestrinxerat. Nec
aut consilium suppetebat aut vox, cum Arthabazus vetustissimus amicorum
quem hospitem Philipi fuisse sepe diximus: Nos vero inquit preciosissimam
vestem induti armisque quanto maxime cultu possumus adornati regem in
aciem sequimur ea quidem mente ut victoriam speremus, mortem non re-
cusemus. Assensu excepere ceteri hanc vocem. Sed Nabarzanes qui
in eodem consilio erat cum Besso inauditi antea facinoris societate inita
regem suum per milites quibus ambo preerant comprehendere et vincire
decreverant ea mente ut si Alexander eos insecutus foret tradito rege
vivo inirent gratiam victoris, magnum profecto cepisse Darium existimatu-
ri. Sin autem effugere potuissent interfecto Dario regnum ipsi occuparent bel-
lumque renovarent. Hoc parricidium cum diu volutassent Nabarzanes
aditum nepharie spei preparans: Scio me inquit sententiam esse dicturum prima
quidem specie haudquaquam auribus tuis gratam. Sed medici quoque graviores
morbos asperis remediis curant, et gubernator ubi naufragium timet quid-
quid servari potest redimit. Ego tamen non ut dampnum facias suadebo, sed
ut te ac regnum tuum salubri ratione conserves. Aliis [dijs] adversis bellum inimus
et pertinax fortuna Persas angere non desinit. Novis initiis et omnibus
opus est auspiciis et imperium interim alii trade qui tam diu rex appelletur
donec Asia decedat hostis victor. Deinde tibi reddat regnum. Hoc autem
brevi futurum ratio promittit. Bactra intacta sunt. Indi et Sage in
tua potestate. tot populi tot exercitus tot equitum peditumque milia ad renovan-
das vires parata habent ut maior belli moles supersit quam exhausta
sit. Quid ruimus belvarum ritu in perniciem non necessariam? fortium virorum
est magis mortem contempnere quam odisse vitam. Sepe tedio laboris ad vi-
litatem sui compelluntur ignavi. At nihil virtus inexpertum omittit. Itaque

Ultimum omnium mors est. ad quam non pigre ire satis est. Proinde si Bactra quod
per latissimum receptaculum est petimus prefectum regionis eius Bessum regem tempo-
rum gratia statuamus compositis rebus iusto regi tibi fiducia restituet imperium .r.
Haud mirum est Darium non temperasse animo quamquam tam impie voci quantum
nephas inesset latebat Itaque pessimum inquit mancipium reperisti exoptatum
tibi tempus quo parricidium aperires Strictoque acinace interfecturus eum
videbatur ni propere Bessus et Bactriani deprecarentur tristem specie ceterum
si perseverasset vincturi circumstetissent Nabarzanes interim elapsus mox et
Bessus consecutus copias quibus preerant a cetero exercitu secedere iubent secre-
tum inituri consilium Artabazus convenientem presenti fortune sententiam orsus
mitigare Darium temporum identidem admonens cepit. ferret equo animo qua-
liumcumque suorum tamen vel stultitiam vel errorem instare Alexan-
drum gravem etiam si omnes presto essent quid futurum si persecuti fugam ipsius
alienentur a rege. Egre paruit Arthabazo Et quamquam movere castra statuerat
turbatis tamen omnium animis eodem in loco subsistit Sed attonitus mesticia sil
et desperatione et de tabernaculo se inclusit Ergo in castris que nullius rege-
bantur imperio varii animorum motus erant Nec in commune ut ante consule-
batur Dux grecorum militum Patron arma capere suos iubet Paratosque
esse ad obsequendum imperium Perse secesserant. Bessus cum Bactrianis erat
temptabatque Persas abducere Bactra et intacte regionis opulenciam simulque que
manentibus instarent pericula ostentans Persarum omnium ferme eadem fuit
vox nephas esse deseri regem Inter hec Arthabazus omnibus imperatoriis
fungebatur officiis Ille Persarum tabernacula circuire hortari monere nunc
singulos nunc universos non ante destitit quam satis constaret imperata facturos
Idem egre a Dario impetravit ut cibum caperet animumque regis adverteret
At Bessus et Nabarzanes olim agitatum scelus exequi statuunt regni
cupiditate accensi Dario autem incolumi tantas opes spectare non poterat
Quippe in illis gentibus regum eximia maiestas est Ad nomen quoque bar-
bari conveniunt et pristine fortune veneratio sequitur adversa Inflabat impi-
os animos regio cui preerant armis virisque et spacio locorum Nulli earum gen-
cium secunda terciam partem Asye tenet multitudo iuniorum exercitus quos ami-
serat Darius equabat Itaque non illum illi modo sed etiam Alexandrum sper-
nebant. inde vires imperii repetituri si regionis potiri contigisset Diu omnibus
cogitatis placuit per milites Bactrianos ad omne obsequium destinatos regem
comprehendere mitterque nuncium ad Alexandrum qui indicaret vivum adservari eum
si id quod metuebant proditionem aspernatus esset occisuri Darium. et Bactra cum
suarum gencium manu petituri Ceterum palam comprehendi Darius non pote-
rat tot Persarum milibus laturis opem regi Grecorum quoque fides timebat

Itaque que vi non poterant. fraude aſſequi temptant. penitenciam ſeceſſionis ſimulare
decreuerant. et excuſare apud regem conſternationem ſuam. Interim qui perſas
ſollicitarent mittuntur. Hinc ſpe hinc metu militares animos verſant ruine rem
ſubdere illos capita in perniciem trahi cum Bactriana pateant acceptura eos domus
et opulentia animis quantum concipere non auderent. Hec agitantibus Arthaba
zus ſupervenit. ſiue regis iuſſu ſiue ſua ſponte affirmans mitigatum Darium
et eundem illis amicicie gradum parere illi lacrimantes nunc purgare ſe. nunc
Arthabazum orare vt cauſam ipſorum tueretur precesque perferret. Sic per
acta nocte ſub lucis exortum et Nabarzanes cum Bactrianis militibus in ve
ſtibulo pretorii aderat titulum ſolemnis officii occulto ſceleri preferentes. Da
rius ſigno ad eundum dato currum priſtino more conſcendit. Nabarzanes ce
terique parricide procumbentes humi quem paulo habituri erant ſubſtitu ſuſtinuere
venerari. lacrimas etiam penitencie indices profuderunt adeo humanis ingeniis
parata ſimulacio eſt. preces deinde ſupplices admote que affirmabant flere omnes
coegerunt. At ne tum quidem cogitati ſceleris penituit. cum intuerentur quales
et regem et virum fallerent. Ille quidem ſecurus periculi quod inſtabat Alexan
dri manus. quas ſolas timebat effugere properabat. Patron autem grecorum
dux precepit ſuis vt arma que in ſarcinis antea ferebantur induerent ad
omne imperium parati et intenti. Ipſe currum regis ſequebatur occaſioni imminens
alloquendi eum. quippe Beſſi facinus preſenſerat. Sed ipſum Beſſus id
ipſum metuens cuſtos verius quam comes a curru non recedebat. Diu ergo
Patron cunctatus ac ſepius ſermone reuocatus inter fidem timoremque he
ſitans regem intuebatur. Qui ut tandem aduertit oculos Bubacem ſpado
nem inter ceteros proximos currum ſequentes percunctari iubet. Numquid
ipſi velit dicere Patron. Se vero ſed remotis arbitris loqui velle cum eo reſ
pondit. Iuſſusque propius accedere ſine interprete. Nam haud rudis grece lingue
Darius erat. Rex inquit ex l grecorum ſupereſſimus pauci omnes tue fortune co
mites. Et in hoc tuo ſtatu idem qui florente te fuimus. quaſcumque terras
elegeris pro patria et domeſticis rebus petituri. Secunde adverſeque res tue
copulauere nos tecum per hanc fidem inuictam oro te et obteſtor in noſtris
caſtris tibi tabernaculum ſtatue nos corporis tui cuſtodes eſſe paciaris. omiſimus
greciam. Nulla Bactra ſunt nobis ſpes omnis in te vtinam et in ceteris eſſet.
plura dici non attinet. cuſtodiam corporis. externus et alienigena non de
poſcerem ſi crederem alium poſſe preſtare. Beſſus quamquam erat greci ſermonis
ignarus tamen ſtimulante conſciencia indicium profecto Patronem detuliſſe cre
debat et interpretis relato ſermone greci exempta dubitacio eſt. Darius
autem quantum ex vultu concipi poterat haud ſane territus percunctari
Patrona cauſam conſilii quod afferret cepit. Ille non vltra differendum

vatus Bessus inquit et Nabarzanes insidiantur tibi in ultimo discrimine et for
tune tue et vite. Hic dies aut parricidis aut tibi futurus ultimus. Et Patron
quidem egregiam conservati regis gloriam tulerat. Eludunt videlicet quibus for
te temere humana negocia volui agique persuasum est nexu quodam causarum latentium et
multo ante destinatarum suum quemque ordine immutabili lege percurrere. Darius
certe respondit quamquam sibi Grecorum militum fides nota sit numquam tamen a popularibus
suis recessurum. Difficilius sibi esse dampnari quam decipi. Quidquid fors tulisset
inter suos pati malle quam transfuga fieri. Sero se perire si salvum esse milites
sui nollent. Patron desperata regis salute ad eos quibus preerat redijt omnia
pro fide experiri paratus. Et Bessus occidendi protinus regis impetum concepe
rat. Sed veritus ne gratiam Alex. nisi vivum eum tradidisset inire non posset
Dilato in proximam noctem sceleris consilio agere gratias incipit quod perfidi ho
minis iam Alexandri opes spectantis prudenter cauteque vitasset. Donum eum hosti
laturum fuisse regis caput. Nec mirari hominem mercede conductum omnia ha
bere venalia sine pignore sine lare terrarum orbis exulem ancipitem hostem
ad nutum licentium circumferri. Purgenti deinde se prius deos celestes fidei in
vocanti sue Darius vultu assentiebatur haud dubius quin deferret a gre
cis. Sed eo rerum ventum erat. ut tam periculosum esset non credere suis quam de
cipi. Trecenti erant quorum inclinata in scelus levitas timebatur iiij. Patron
habebat. quibus si credidisset salutem suam dampnata popularium fide par
ricidio excusationem providebat offerri. Itaque preoptabat immerito quam iure vio
lari. Besso tamen insidiarum consilium purganti respondit Alexandri sibi non minus
iusticiam quam virtutem esse perspectam. Falli eos qui proditionis ab eo pre
mium expectent. Violate fidei neminem acriorem fore vindicem ultoremque.
Iamque nox appetebat cum Perse more solito armis positis ad necessaria ex
proximo vico ferenda discurrunt. At Bactriani ut imperatum a Besso erat ar
mati stabant. Inter hec Darius Arthabazum acciri iubet. Expositisque que
Patron detulerat haud dubitare Arthabazus quin transeundum esset in castra
Grecorum. Persas quoque periculo vulgato secuturos. Destinato sorti sue. Et iam
nullius salubris patiens consilii unicam in illa fortuna opem Arthaba
zum ultimum illum visurus amplectitur. Perfususque mutuis lacrimis inherentem
sibi avelli iubet. Capite deinde velato ne inter gemitus digredientem velut
a rege intueretur in humum pronum corpus abiecit. Tum vero custodie eius
assueti quos regis salutem vel periculis inde tueri oportebat dilapsi sunt cum
armatis quos iam adventare credebant haud rati se futuros pares.
Ingens ergo in tabernaculo solitudo erat paucis spadonibus. quia quo disce
derent non habebant circumstantibus regem. At ille remotis arbitris aliud atque
aliud consilium animo volutabat. Iamque solitudinem quam paulo ante peti

pro solatio petiverat perosus Babatem vocari iubet Quem intuens Ite inquit
consulite vobis Ego hic legem fati mei expecto fforsitan mireris q vitam
nō finiam alieno scelere qm̄ meo mori malo Post hanc vocem spado gemitu
non tabnaculū modo ꝭ etiam castra compleuit Irrumpē deinde alij lacera
tisqꝫ vestibus lugubri et barbaro vlulatu regem deplorare ceperunt Pers
ad illos clamore sublato attoniti metu nec arma capere ne in Bactrianis i
ciderent nec quiescē audebant ne impie desserere regem viderentur Va
rius ac dissonus clamor sine duce ac sine imperio totis castris referebatur
Besso et Nabarzano nunciauerant sui regem a semetipso interceptum esse
Planctus eos deceperat Itaqꝫ citatis equis advolant sequentibus quos ad
ministeriū sceleris delegerant Et cum tabnaculū intrassent quia regem vime
spadones indicabant comprehendi vinciriqꝫ iusserant Rex curru paulo
ante vectus et deorū auspitiis a suis honoribus cultus nulla externa
vi admota captiuus seruorū suorū in sordidū vehiculū pellibus vndiqꝫ
contectū imponitur Pecunia regis suppellex q quasi belli iure diripitur
onustiqꝫ preda per scelus vltimū parta fugam intendunt Artabazus cu
hiis quibus imperabat grecisqꝫ militibus petebat Parthienen omnia tutiora
parricidarū contuitu ratus Perse promissis Bessi onerati maxime quia nemo
alius erat quem sequerentur coniunxere se Bactrianis agmen eorū tertio as
secuti die ne tamen honos regi nō haberetur aureis compedibus Dariū vinciunt
noua ludibria subinde excogitante fortuna et ne forte cultu regio posset
agnosci sordidis pellibus vehiculum intexerant Ignoti iumenta agebat
ne ꝑcunctantibus in agmine monstrari posset custodes procul sequebant
Alexander audito Dariū mouisse a Bathanis omisso itinere quod pete
bat in mediam fugientem insequi pergit strenue thabas oppidum est
in parte latonie vltima peruenit Ibi transfuge nunciant precipitē fu
gam Bactra petere Dariū Certiora deinde cognoscit ex Bagistane Babilo
nio equidem iunctum regem ꝭ in periculo esse aut mortis aut vinculorū
affirmabat Rex ducibus aduocatis maximū inquit opus sed labor bre
uissimus superest Darius haud procul destitutus a suis aut oppressus in
illo corpore posita ē nrā victoria et tanta res celeritatis est premiū Se
pariter conclamant paratos ipsos insequi Nec labori nec periculo parcere
Igitur raptum agmen cursus magis qm̄ itineris modo ducit nec noct
na quidem quiete diurnos labores relaxante Itaqꝫ quingenta stadia pro
cessit peruentū erat in vicum vbi Darium Bessus comprehenderat
Ibi Melon Darij interpres excipitur corpore eger non potuerat agmē
assequi et deprehensus celeritate regis transfugam se assimulabat Ex hoc
acta cognoscit Sed fatigatis necessaria quies erat Itaqꝫ delectis equitū

vii et quos dimicas appellabant adiungit dorso duo graviora arma porta
bant Ceterum equis vehebantur cum res locusque posceret pedestris acies erat
Hoc agentem Alexandrum adeunt Orsilos et Mitracenes qui Bessi parri
cidium exosi transfugerant nunciabantque stadia quingenta abesse Persas ipsos
brevius iter monstraturos Gratus regi adventus transfuga fuit Itaque
prima vespera ducibus ysdem cum expedita equitum manu monstratam
viam ingreditur Phalange quantum festinare posset sequi iussa. Ipse quadra
to agmine incedens ita cursum regebat ut primi coniungi ultimis possent
Trecenta stadia processerant cum occurrit Brozubelus Mazei filius Sirie
quondam pretor Is quoque transfuga nunciabat Bessum haud amplius quam du
centa stadia abesse Exercitum ut pote precaveret incompositum inordina
tumque procedere si festinaret sequi superventurum Darium adhuc vivere Stre
nuo alioquin cupiditatem consequendi transfuga iniecerat Itaque calcaribus sub
ditis effuso cursu eunt Iamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur
Sed prospectum adeo ademerat pulveris nubes paulisper vero inhibuit cursu
donec consideret pulvis Iamque conspecti a barbaris erant et abeuntium agmen
conspexerant nequaquam futuri pares si Besso tantum animi fuisset ad prelium quan
tum ad parricidium fuerat Namque et numero barbari prestabant et robore
ad hec refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri et
fama maximum in bello utique momentum pavidos in fugam convertit et ceteros
ceteri facinoris eius participes vehiculum Darii assecuti ceperunt hortari
ut conscenderet equum et se hosti fuga eriperet Ille deos ultores adesse te
statur et Alexandri fidem implorans negat se parricidas velle comitari
Tum vero ira quoque accensi tela mittunt in regem multisque confossum vulne
ribus relinquunt Iumenta quoque ne longius prosequi possent convulnerant
duobus servis qui regem comitabantur occisis Hoc edito facinore ut vesti
gia fuge spargerent Nabarzanes hircaniam Bessus Bactra paucis equi
tum comitantibus petebant Barbari ducibus destituti · quaquemque dux aut
spes ducebat aut pavor dissipabantur Quingentos tamen equites congrega
verant Sed incerti adhuc resistere melius esset an fugere Alexander ho
stium trepidatione comperta Nicanorem cum equitum parte ad inhibendum fu
gam premittit · ipse cum ceteris sequitur tria ferme milia resistencia occisa sunt
Reliquum agmen pecudum more intactum agebatur iubente rege ut cedibus
abstineretur Nemo captivorum erat qui monstrare Darii vehiculum posset
singuli ut quemque prenderat scrutabantur nec tamen ullum vestigium
fuge regis extabat Festinantem Alexandrum vix tria milia equitum persecuta
sunt At in eos qui lenius sequebantur incidebant universa fugientium
agmina vix credibile dictu plures captivi quam qui caperent erant. Adeo

Mors Darii

omem sensum territus fortuna penitus excusserat Ut nec hostium paucitate nec multitudine suorum satis cernerent Interim iumenta que Darium vehebant nullo regente decesserant militari via et errore delata per iiii stadia in quadam valle consistebant estu simul et vulneribus fatigata Haud procul erat fons ad quem monstratum a peritis Polistratus macedo siti macratus accessit ac dum galea haustam aquam sorberet tela iumentorum deficientium corporibus infixa conspexit miratusque confossa potius quam abacta esse semiuiui hominis

Desiat finis quinti libri Ubi Mors Darii et principium iuxta aliquos Codices qui incipit ibi Pugne discrimen invicit etc.

Materia Principii Sexti libri est bellum inter Antipatrum et Lacedemonios et victoria Antipatri De Lacedemoniis

Interim dum talia fierent ab Alexandro bellum ortum est inter Macedones et Lacedemonios Antipater macedonie prefectus in hoc bello contra Regem lacedemoniorum obtinuit Sicut hic exponitur Pugne discrimen invicit Obtruncatis quidem qui promptius resistebant magnam partem hostium fugere ceperant fugere victores Donec Auidius sequentes in planum deducere multi cadebant Sed ut primum locus in quo stare possent fuit equis viribus dimicatum est Inter omnes tamen Lacedemonios rex eminebat non armorum modo et corporis specie sed etiam magnitudini animi quo uno vinci non potuit Undique cominus nunc / nunc eminus petebatur Diuque arma circumferens alia tela clipeo excipiebat corpore alia vitabat Donec hasta femora perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem ergo clipeo suo exceptum armigeri sui raptim in castra referebant iactationem vulnerum haud facile tolerantem Non tamen omisere Lacedemonii pugnam et ut primum sibi quam hosti equiorem locum capere potuerunt Densatis ordinibus effusi fluentem in se aciem excepere Non aliud discrimen vehementius fuisse memorie traditum est Duarum nobilissimarum bello gentium exercitus pari marte pugnabant Lacedemonii veteres triumphos Macedones presentia decora intuebantur Illi pro libertate hii pro dominatione pugnabant Lacedemoniis dux macedonibus locus deerat Diei quoque unius tam multiplex casus modo spem modo metum utriusque partis augebat velut de industria inter fortissimos viros certamen equante fortuna Ceterum angustie loci in quo heserant pugna Non patiebantur pugna totis ingredi viribus Expectabant ergo plures quam inierant prelium et qui extra teli iactum erant clamore mutuum suos accendebant

Tandem Laconum obtinuerat ipsum agmen prosequebatur acies languescere lubrica
arma sudore vix sustinens pede deinde referre cepit et urgente hoste apertius
fugere Insequebatur dissipatus victor et emensus cursu omne spatium quod
acies Laconum obtinuerat ipsum agmen persequebatur ille in fugam suorum et pro
ximos hostes conspexit deponi se iussit Expertusque membra an impetum animi se
qui possent postquam deficere sensit poplitibus semet excepit galeaque strenue
sumpta Clipeo protegens corpus hastam dextera vibrabat ultro vocans ho
stem si quis iacenti spolia demere audebat Nec quisquam fuit qui sustineret co
minus ingredi procul missilibus appetebatur Ea ipse in hostem torquens donec
lancea nudo pectori infixa est qua ex vulnere evulsa inclinatus ac deficiens ca
put clipeo paulisper excepit Deinde linquente spiritu pariter ac sanguine mori
bundus in arma procubuit Lacedemoniorum v. et ccc. lx. ex macedonibus haud
amplius x. Ceterum vix quisquam nisi saucius revertitur in castra Hec victoria
non Spartam modo sociosque eius sed etiam omnes qui fortunam belli spectaverant
fregit Nec fallebat Antipatrum dissentire ab his gratulantium vultus Sed
bellum finire cupienti opus erat decipi Et quamquam fortuna rerum placebat
invidiam tamen quo maiores res erant quam quas prefecti modus caperet me
tuebat Quippe Alexander vinci voluerat Antipatrum vicisse Nec tacitus
quidem indignabatur sue dampnum glorie existimans quicquid cessisset alie
ne Itaque Antipater qui probe nosset spiritus eius non est ausus ipse agere
arbitria victorie Sed consilium grecorum quid fieri placeret consuluit a quo
Lacedemonii nichil aliud quam ut oratores mittere ad regem liceret precati
Tegeate veniam defectionis propter auctores impetraverunt Megalopolitanis
quorum urbs obsessa erat ad defensionis eius Athasetoli C.xx. talenta dari
iussi sunt Hic fuit exitus belli quod repente ortum quod repente finitum est
quam Darium Alexander apud harbelam superaret Sed ut primum instantibus curis
laxatus est animus militarium rerum quam quietis. Ocii quam patientior excepere
eum voluptates. Et quem arma persarum non fregerunt vitia vicerunt
Intempestiva convivia et potandi pervigilandi quam insana libido. ludique et
greges pellicum omnia in externum lapsa sunt. morem quemque emulatus quasi
potiorem suorum Itaque popularium animos oculosque pariter offendit. ut
a plerisque amicorum pro hoste haberetur Tenaces quippe discipline sue soli
tosque parco ac parabili victu ad implenda nunc desideria defungi In pere
grina et victarum gentium mala impulerat hinc sepius comparate in caput
eius insidie secessio militum et liberior inter mutuas querelas Dolor ipsius
deinde nunc ira nunc suspiciones quas excitabat inconsultus pavor Ceteraque
his similia que deinde dicentur Igitur cum intempestivis conviviis dies
pariter noctesque consumeret. satietatem epularum ludis interpellabat non con

tus artificum quos ex grecia exciuerat Turbe quippe captiue videbantur suo
more canere inconditum et abhorrens peregrinis auribus carmen Inter quas
vnam ipse rex conspexit mestiorem quam ceteras et producentibus eam verecunde
reluctantem Excellens erat forma et formam pudor honestabat deiectis in
terram oculis et quantum licebat ore velato suspitionem prebuit regi nobiliorem
esse quam ut inter conuiuales ludos deberet ostendi Ergo interrogata que nam
esset neptem se ochi qui nuper regnasset in persis filio genitam esse
respondit vxorem ystapsis fuisse propinquus hic darii fuerat magni et
ipse exercitus pretor Adhuc in animo reliquie pristini moris herebant Itaque
fortuna regia stirpe genite et tam celebre nomen Neptem ochi reueritus non
dimitti non modo captiuam sed etiam restitui ei suas opes iussit virum quoque re
quiri vt reperto coniugem redderet Postero autem die precepit Ephestioni
vt omnes captiuos in regiam deberet adducere vbi singulorum nobilitate spe
ctata secreuit a volgo quorum eminebat genus Decem hii fuerunt inter quos
repertus est Meathles darii frater non illius fortuna quam indole animi
sui clarior xxvi talentum e proxima preda redacta erant quibus xii in
Not(a) donac(i)o(nem) congiarium militum assumpta sunt Par huic pecunie summa custodum frau
de subtracta est Oxidathes erat nobilis Perses qui a dario capitali
supplicio destinatus cohibebatur in vinculis Huic liberato satropeam me
die attribuit fratremque darii recepit in cohortem amicorum omni vetuste cla
ritatis honore seruato Hinc in Perthienem peruentum est Tunc ignobilem
gentem nunc caput omnium qui post eufrathen et tigrim amnes siti rubro
mari terminantur Scythe regionem campestrem ac fertilem occupauerunt
graues adhuc accole sedes habent et in Europa et in Asia qui super bosso
rum mare colunt ascribuntur Asye At qui in Europa sunt ab leuo tracie
latere ad Boristhenem atque inde ad thanaym alium amnem recta plaga at
tinent Tanays europam et Asiam medius interfluit Nec dubitatur quin
Scythe qui parthos condiderunt non a Bossforo sed ex Europe regione penetra
uerint Vrbs erat ea tempestate clara Hec compilos condita a grecis
Ibi statiua Rex habuit commeatibus vndique aduectis Itaque rumor ociosi mi
litis vitium sine autore percrebuit regem contentum rebus quas gessisset
in macedoniam protinus redire statuisse Discurrunt lymphatis similes et
sarcinula et itineri sarcinas aptant Signo dato crederes vt vasa col
ligerent totis castris tumultus Hinc contubernales suos requirentium hinc
onerancium plaustra Perfertur ad regem fecerant fidem rumore teme
re volgato greci milites redire iussi domos quorum equitibus singulis de
narium sena milia dedit Ipsis quoque finem militie adesse credebant Haud
secus quam par erat territus Alexander qui yndos atque vltima orientis

peragrare statuit. Pretores copiarum in pretorium contrahit obortisque lacrimis ex medio
glorie spatio reverti se victi magis quam victoris fortunam in patriam relaturus con-
questus est. Nec sibi ignaviam militum obstare sed deorum invidiam qui fortissimis
viris subitum patrie desiderium admonuissent paulo post in eandem cum maiori
laude famaque redituris. Tum vero pro se quisque operam suam offerre
difficillima queque poscere polliceri militum quoque obsequium si animos eorum
leni et apta oratione permulcere voluisset. Numquam infractos et abiectos rece-
ssisse quo ipsius alacritatem et tanti animi spiritus haurire potuissent. Ita se
facturum esse respondit. Illi vero vulgi aures prepararent sibi. Satisque
omnibus que in rem videbantur esse compositis vocari ad contionem exer-
citum iussit apud quem talem orationem habuit. Magnitudinem rerum quas

Oratio Alexandri

gessimus milites intuentibus vobis minime mirum est. Et desiderium quietis et
satietatem glorie occurrere. Ut omittam Yllirios Triballos Boetiam Spar-
tam Achaeos Peloponesum quorum alia ductu meo alia imperio auspi-
cioque perdomui. Ecce orsum bellum ad Hellespontum Ionas Eoliden
servicio barbarie impotentis exemimus Cariam Lidiam Capadociam Fri-
giam Paffagoniam Pamphiliam Pisidas Ciliciam Siriam Phenicem
Armeniam Persidem Medos Parthienen habemus in potestatem. Plures regiones
complexus sum quam alii urbes ceperunt. Et nescio an enumeranti mihi
quedam ipsarum rerum multitudo subduxerit. Itaque si certam crederem
satis esse possessionem terrarum quas tanta velocitate domuimus ego
enim o milites ad penates meos ad parentem sororesque et ceteros cives vel
retinentibus vobis erumperem ut ibi potissimum parta vobiscum laude
et gloria fruerer ubi vos uberrima victorie premia expectant. Li-
berum coniugum parentumque leticia pax quies rerum per virtutem
partarum secura possessio. Sed in novo et si verum fateri volumus pre-
cario imperio adhuc iugum eius rigida cervice subeuntibus barbaris tempore
milites opus est. Dum mitioribus ingeniis imbuuntur. Et efferatos melior
consuetudo permulceat. Fruges vero maturitatem statuto tempore ex-
pectant. Adeo etiam illa sensus omnis experta tamen sua lege mitescunt.
Quid creditis tot gentes alterius imperio ac nomine assuetas non sacris
non moribus non commercio lingwe nobiscum coherentes eodem prelio do-
mitam esse quo victe sunt. Vestris armis continentur non suis moribus.
Sed qui presentes metuunt in absentia hostes erunt. Cum feris bestiis res est
quas captas et inclusas quas ipsarum natura non potest longior dies mi-
tigat. Et adhuc sic ago tamquam omnia subacta sint armis que fuerunt
in dicione Darii. Hircaniam Nabarzanes occupavit. Bactra vero
possidet parricida Bessus sed etiam minitatur Sogdiani Massa-

gitte Sage vndi sui iuris sunt Omnes hy simul si terga nostra viderint
sequentur Illi enim eiusdem nationis sunt nos alienigene et externi. suis quisque
autem placidius parent etiam cum is preest quem magis timere potest Proin
de aut que non habemus occupanda sunt Aut que cepimus amittenda
In corporibus egris milites nichil quod nociturum est medici relinquunt
Sic nos quidquid obstat imperio recidamus Parua sepe scintilla contemp
ta magnum excitauit incendium Nichil tuto in hoste despicitur quem spre
ueris valentiorem negligentia facies Nec Darius quidem hereditarium
persarum accepit imperium. sed in sedem Ciri beneficio Bagoe castrati ho
minis admissus Nec uos magno labore credatis Bessum vacuum regnum
occupaturum Nos vero peccauimus milites si darium ob hoc vicimus ut ser
uo eius traderemus imperium ausus scelus regem suum etiam externe opis
egentem. certe cui nos victores pepercissemus quasi captiuum in vincul
hunt ad vltimum ne a nobis conseruari posset occidit Hunc vos regnare
patiemini quem equidem cruci affixum videre festino omnibus regibus gentibus
que etiam fidei quam violauit meritas penas soluentem at hercule si
eunde mox grecorum vrbes aut hellespontum vastari nunciatum erit uo
bis quo dolore afficiemini Bessum premia vestre victorie occupasse
Tunc ad repetendas vos festinabitis. tunc arma capietis Quanto autem
prestat territum adhuc. et vix sue mentis compotem opprimere quarta tridui
nobis iter superest qui tot proculcauimus niues tot amnes superauimus tot
montium iuga transcurrimus Non mare illud quod exestuans iter fluctibus
occupat euntes nos moratur non Cilicie fauces et angustie includunt pla
na omnia et prona sunt limine victorie stamus. Pauci nobis fugitiui Et do
mini sui interfectores super sunt Egregium mehercule opus et inter premia glo
rie vestre numerandum posteritati. famaeque tradetis Darium quoque hostem finito
post mortem illius odio parricidas esse vos vltos neminem impium effugisse ve
stras manus Hoc perpetrato quanto creditis Persas obsequentiores fore. cum in
tellexerint vos pia bella suscipere et Bessi sceleri non nomini suo irasci Summa
militum alacritate iubemium quocumque vellet duceret Oratio excepta est Nec
rex moratus impetum tertioque Parthienem die ad finem Hircanie pene
trat Cratheiro relicto cum hijs copijs quibus preerat et ea manu quam
Amynthas ducebat additis sexcentis equitibus et totidem sagittarijs.
vt ab incursione barbarorum Parthienem tueretur phorigiun impedimen
ta modico subsidio dato campestri itinere ducere iubet Ipse cum phalange
et equitatu centum quinquaginta stadia emensus castra in valle qua hirca
niam adeunt communit Nemus prealtis arboribus vmbrosum est pinque
vallis solum rigantibus aquis que ex petris imminentibus manant Ex

ripis radicibus montium Profectus amnis effunditur qui tria fere stadia in longitu
dine vniuersus fluit Deinde saxo quod alueolum interpellat repercussus duo itinera velut
dispensatis aquis diuidit Inde torrens et saxorum per que currit asperitate viole
cior terram preceps subit per trecenta stadia conditus labitur Rursusque ve
lut ex alio fonte conceptus edit et nouum alueum intendit priore sui parte spa
ciosior Quippe in latitudinem decem et trium stadiorum effunditur Rursusque
velut angustioribus coheratus ripis iter cogit Tandem in alterum amnem
cadit cui Ridagno nomen est Incole affirmabant quecumque dimissi essent in ca
uernam que propior esset fonti Rursus sibi aliud os amnis aperitur Itaque Ale
xander duos qua subeunt aque terram precipitari iubet quorum corpora
vbi rursus erumpit expulsa videre qui missi erant vt exciperent Quartum
iam diem eodem loco quietem militi dederat cum litteras Nabarzanis qui Da
rium cum Besso intercepetat accipit quarum sententia hec erat se Dario non
fuisse inimicum ymmo etiam que credidisset vtilia esse suasisse Et quia fidele
consilium regi dedisse prope occisum ab eo agitasse Darium custodiam corporis
sui contra ius phasque peregrino militi tradere damnata popularium fide quam
per duo milia et trecentos annos inuiolatam regibus suis prestitissent Se in
precipiti et lubrico stantem consilium a presenti necessitate repetisse Darium quoque
cum occidisset Bagoan hac excusacione satisfecisse popularibus quod insidiantem
peremisset Nichil esse miseris mortalibus spiritu carius amore eius ad vltima
esse propulsum Sed ea magis esse secutum que optasset incolumi calamita
te suam quemque venire fortuna Si venire se iuberet sine metu esse ventu
rum Non timere ne fidem datam tantus rex violaret Deos a deo falli
non solere Ceterum si cui fidem daret videretur indignus multa exilia pa
tere fugienti patriam esse vbicumque vir fortis sedem sibi elegerit Nec du
bitauit Alexander fidem quomodo Perse accipiebant dare inuiolatum si ve
nisset fore Quadrato tamen agmine et composito ibat speculatores subinde
premittens qui explorarent loca Leuis armatura ducebat agmen Phalanx
eam sequebatur Post pedites erant impedimenta Et gens bellicosa et
natura situs difficilis aditus curam regis intenderat Namque perpetua vall
iacet vsque ad mare Caspium patet Duo terre eius velut media brachia
excurrunt flexu modico sinum faciunt lune maxime similem cum eminent cor
nua nondum plenum orbem sydere implentem Cercete et Mosym et Ca
libes a leua sunt ab altera parte Locosiri et Amazonum campi et illos qua
vergit ad septemtrionem hos ad occasum conuersa prospectat Mare Caspium
dulcius ceteris ingentis magnitudinis alit pisces In eo longe diuersum
ab aliis colorem Quidam Caspium Quidam Hircanum appellant Alii sunt
qui Meothidem Paludem in id cadere putent et argumentum afferunt aquam

que dulcior sit quam cetera maria infuso paludis humore mitescere. A septemtrione
ingens in littus mari incumbit. longeque agit fluctus et magis exestuans stagnat
Idem alio celi statu recipit in se fretum eodemque impetu quo effusum est relabens
terram nature sue reddit Et quidam credidere non Caspium mare esse sed ex
yndia et hircania cadere Cuius fastigium ut supra dictum est perpetua valle sub-
mittitur Hinc rex viginti stadia processit semita prope modum invia cui silua im-
minebat Torrentesque et eluuies iter morabantur Nullo tamen hoste obvio pene-
trat Tandemque ad ulteriora perventum est preter alios comeatus quorum tunc copia
regio abundabat. Pomorum quoque ingens modus nascitur et uberrimum gignendis
uvis solum est Frequens arbor speciem quercus habet cui folia multo melle
tinguntur Sed nisi solis ortu incole occupaverint vel modico tempore succus
extinguitur Triginta hinc stadia processerat cum phrathafernes ei occurrit
Seque et eos qui post Darii mortem profugerat dedens Quibus benigne ex-
ceptis ad oppidum Aruas pervenit Hic ei Cratherus et erigius occurrunt pre-
fectum thaurorum gentis Pharadathem adduxerant Hic quoque in fidem re-
ceptus multis exemplo fuit experiendi clementiam regis Satrapen deinde hir-
canie dedit Manapin Exul hic regnante ochio ad philippum pervenerat
Thaurorum quoque gentem Pharaditi reddidit Iamque rex Hircanie ultima
intraverat. cum Arthabazus quem Dario fidissimum fuisse supra diximus cum
propinquis Darii ac suis liberis modicaque grecorum militum manu occurrit
Dexteram venienti obtulit rex quippe et hospes philippi fuerat cum ochio
regnante exularet et hospitii pignora erga regem suum ad ultimum fides ser-
vata vincebat Comiter igitur exceptus Tu inquit rex deorum queso perpetua
felicitate floreas Ego ceteris letus hoc uno torqueor quod precipiti senectute
diu frui tua bonitate non possum Nonagesimum septimum annum agebat nove
iuvenes omnes eadem matre geniti patrem comitabantur Hos Arthabazus
dextere regis admovit precatus ut tam diu viverent donec utiles Alexan-
dro essent Rex iter pedibus faciebat Plerumque tunc admoveri sibi et Ar-
thabazo equos iussit ne ipso gradiente pedibus senex equo vehi erubesceret
Ut deinde castra sunt posita grecos quos Arthabazus adduxerat convocari iu-
bet At illi nisi fides lacedemoniis et Peloponensibus daretur respondent si-
quid agendum ipsis foret deliberaturos. Legati erant lacedemoniorum mis-
si ad Darium quo victo applicuerant se grecis mercede apud Persas mi-
litantibus Rex omissis sponsionum fideique pignoribus venire eos iussit for-
tunam quam dedisset habituros Diu cunctantes plerisque consilia variantibus
tandem esse venturos se pollicentur At Demotrathes atheniensis qui ma-
xime macedonum opibus semper obstiterat desperata venia gladio se
transfigit Ceteri sicut constituerant ditioni Alexandri et ipsos se permittunt

decem milia et quingenti milites erant preter hos legati ad Darium missi nonaginta
in supplementum distributis milites ceteri remissi domum preter lacedemonios quos
tradi in custodiam iussit Mardorum erat gens confinis hircanie cultu vite aspe
ra et latrocinijs assueta Nec sola nec legatos miserat nec videbatur imperata fac
tura Itaque rex indignatus si una gens posset efficere ne invictus esset impe
dimentis cum presidio relictis invicta manu comitante procedit Noctu iter
fecerat et prima luce hostes in conspectu erat Tumultus magis quam prelium fuit
Deturbati ex collibus quos occupaverant Barbari profugerunt proximique vici ab
incolis deserti capiuntur Interiora regionis eius haud sane adire sine maxi
ma vexatione exercitus poterant iuga montium prealte silve rupesque invie se
piunt Et que plana sunt novo munimenti genere impedierant Barbari
arbores dense sunt de industria consite Quarum teneros adhuc ramos manu
flectunt quos intortos rursus inserunt terre Inde velut ex alia radice leciores
virent trunci Hos qua natura fert adolescere non sinunt Quippe alium ali
quasi nexu conserunt Qui ubi multa fronde vestiti sunt operiunt terram Ita
que occulto connexu ramorum velut laquei perpetua sepe claudunt iter Una
ratio erat cedendo aperire saltum Sed hoc quoque operis crebri Namque nodi nu
daverant stipites et in se implicati arborum rami suspensis circulis similes len
to vimine frustrabantur ictus Incole autem ritu ferarum virgulta subire soli
ti tum quoque intraverant saltum occultisque telis hostem lacessebant Ille ve
nantium modo latibula scrutatus plerosque confodit Ad ultimum circumire saltum
milites iubet Ut si qua pateret irrumperent Sed ignotis locis plerique oberrabant
Exceptique quidam sunt inter quos equus regis Bucefalam vocabant Quem
Alexander non eodem quo ceteras pecudes animo existimabat Nam nec ille
suo dorso patiebatur insidere alium et regem cum vellet ascendere sponte
genua submittens excipiebat Credebaturque sentire quem veheret Maiore ergo
quam decebat ira simul ac dolore stimulatus equum vestigari iubet Et per int
pretem ni reddidissent neminem esse victurum Hac denuntiatione territi
cum ceteris donis equum adducunt Sed non sic mitigatus cedi silvam iubet Ag
gestaque humo et montibus planiciem ramis impeditam exaggerari Iamque ali
quantulum altitudinis opus creverat cum Barbari desperati regionem quam occu
paverant posse retineri gentem suam dedidere Rex obsidibus acceptis Phra
dati eos tradere iussit Inde quinto die in stativa revertitur Arthabazo de
inde geminato honore quam Darius habuerat eum remittit domum Tandem
ad urbem Hircanie in qua regia Darii fuerat ventum est Ibi Nabarzanes
accepta fide occurrit dona ingentia ferens Inter que Bagoas erat spe
singulari spado Atque in ipso flore pueritie cui Darius fuerat assuetus
Et mox Alexander assuevit eiusque maxime precibus Nabarzani ignovit
Erat ut supradictum est Hircanie finitima gens Amazonum circa Thermodonta

amnem remistyre incolencium campos reginam habebant Thalestrim omnibus inter
cam Caucasum montem et phasim montem amnem imperitantem Nec cupidine vi
scendi regem accensa finibus regni sui excessit Et cum haud procul abesset pre
misit indicantes venisse reginam adeundi eum cognoscendique avidam Pro
tinus facta potestate veniendi ceteris iussis subsistere trecentis feminarum comi
tata processit Atque ut primum regis in conspectum fuit equo ipsa desiluit Duas
lanceas dextra ferens Vestis non toto Amazonum corpori obducitur. Nam
leua pars ad pectus est nuda cetera deinde velantur Nec tamen sinus vestis
nodo colligunt Infra genua descendit Altera papilla intacta servatur que mu
liebris sexus liberos alat Aduritur dextera vt arcus facilius intendant et
tela vibrent Interrito vultu regem Talestris intuebatur haud quaquam
rerum fame parem oculis perlustrat Quippe hominibus barbaris in corporum
maiestate veneratio sit est Magnorumque operum non alios capaces putant
quas quos eximia eximia specie donare natura dignata est Ceterum interro
gata num aliquid petere vellet haud dubitavit fateri ad communicandos cum re
ge liberos se venisse dignam ex qua ipse generaret heredes ffeminini sexus
se retenturam marem se reddituram patri Alexander an cum ipso militare vel
let interrogat At illa causata sine custode regnum reliquisse petere perseverabat ne
se irritam spei abire pateretur Acrior ad venerem femine cupido quam regis hac
ut paucos dies subsisteret perpulit Tredecim dies in obsequium desiderii eius ab
sumpti Tum illa regnum suum rex Parthienem tenuerunt Hic vero palam
cupiditates suas solvit. continenciam et moderationem in altissima quaque
fortuna eminencia bonam superbiam ac lasciviam convertit Patrios mores disci
plinamque macedonum regum salubriter temperatam et habitum civilem velut le
viora magnitudine sua ducens persice regie par deorum potencie fastigia
emulatur Iacere humi venerabundos cepit ipsum paulatimque servilibus mini
steriis tot victores imbuere et captivis pares facere expectabat Itaque purpureum
diadema distinctum albo. quale Darius habuerat. capiti circumdedit vestemque per
sicam sumpsit Nemo non quidem veritus quod a victoris insignibus in devicti
transiret habitum Et ille se quidem Persarum spolia gestare dicebat Sed cum illis
quoque mores induerat superbiam que habitus animi cum insolentia sequebatur litteras
quoque quas in Europam mitteret veteres anuli gemma obsignabat hiis quas
in Asiam scriberet Darii anulus imprimebatur. vt appareret unum animum
duorum non capere fortunam Amicos vero et equites hii namque principes mi
litum aspernantes quidem sed recusare non ausos Persicis ornaverat vesti
bus Pellices quadringenta sexaginta que Darii fuerant regiam implebat
quas spadonum greges et ipsi muliebria pati assueti sequebantur Hoc luxu ac
peregrinis infecta moribus veteres Philippi milites rudis natio volupta
tes palam aduersantur totis castris vnius omnia sensus ac sermo erat plus

amissum victoria quam esset quesitum bello Dum maxime conuicti ipsos cum alienis mo
ribus et externis quidem tante more domos quasi in captiuo habitu reuersuros pu
dere se iam sui regem victis quam victoribus similiorem ex macedonie imperatore
Darii Satrapen factum Ille vero ignarus et principes amicorum et exercitum
grauiter offendi gratiam liberalitate et donis reparare temptabat Sed non opinor
liberis precium seruitutis ingratum est Igitur ne in seditionem res verteretur ocium
interpellandum erat bello cuius materia oportune alebatur Namque Bessus
veste regia sumpta Arthaxerxem se appellari iusserat Scythasque et ceteros Tha
nays accolas contrahebat Hec Nabarzanes nunciabat quem receptum in fidem
regno quod antea obtinuerat prefecit Et cum graue spoliis apparatuque luxurie
agmen vix moueretur suas primum deinde totius exercitus sarcinas exceptis admodum
necessariis referre iussit in medium Planicies spaciosa erat in qua vehicula ho
nusta produxerant expectantibus cunctis quid deinde esset imperaturus iumenta ius
sit abduci suisque primum sarcinis face subducta ceteras incendi precepit Flagrabant
exurentibus dominis que ut ex urbibus hostium raperent sepe flammas extinxe
rant nullo sanguinis precium audente deflere cum regias opes idem ignis exureret
Breuis deinde oratio mitigauit dolorem Habiles militie et ad omnia parati leta
bantur potius sarcinarum quam discipline fecisse iacturam Igitur Bactrianam regio
nem petebat Sed Nicanor parmenionis filius subita morte correptus magno
desiderio sui affecerat cunctos Rex ante omnes mestus cupiebat quidem subsistere
funeri affuturus Sed penuria commeatuum festinare cogebatur Itaque philotas
cum duobus milibus et sescentis relictus ut iusta funeri persolueret Ipse contendit
ad Bessum iter facienti littere afferre afferuntur a finibus Satraparum e quibus cogno
scit Bessum quidem hostili animo occurrere cum exercitu Ceterum Sathabarzanen
quem antea ipse Satrapam prefecisset defecisse ab eo Itaque quamquam Besso immine
bat Tamen Sathabarzanem opprimendum ratus optimum cum leui armatura
equestres copias ducit Totaque nocte strenue facta improuisus hosti superuenit
cuius cognito aduentu Sathabarzanes cum duobus milibus equitum nec plures
contrahi poterant Bactra perfugit ceteri proximos montes occupauerunt Pre
rupta rupes est qua spectat occidentem eadem qua vergit ad orientem lenior
submissa fastigio multis arboribus obsita perhennem habet fontem ex quo lar
ge aque manant Circuitus eius triginta duo stadia comprehendit In ver
tice herbidus campus in hoc multitudinem imbellem considere iubent Ipsi
qua rupes erat arborum truncos et saxa obmoliuntur tredecim milia arma
ta erant In horum obsidione Crathero relicto ipse Sathabarzanem se
qui festinat Et quia longius abesse eum cognouerat ad expugnandos
eos qui edita montium occupauerant rediit Ac primo expugnari iubet quidquid
ingredi posset Deinde ut occurrebat inuie cotes et prerupte rupes irritus

fi

labor videbatur obstante natura Ille ut erat animi semper obluctantis difficultati
bus. cum et progredi arduum et reverti periculosum esset versabat se ad omnes co
gitationes aliud atque aliud Ita ut fieri solet vbi prima queque dampnantur
subitiente animo Hesitanti quod ratio non potuit fortuna consilium subministravit
Vehemens favonius erat et multa materia miles aditum per saxa molitus
Hec vapore torrido iam aruerat Ergo aggeri alias arbores iubet igni dari
alimenta celeriter que stipitibus cumulatus fastigium montis equatum est Tunc
vndique ignis iniectus cuncta complectens Flammam in ora hostium ventus
ferebat ffumus ingens velut quadam nube absconderat celum Sonabat
incendio silue atque ea quoque que non incenderat miles concepto igne proxima
queque adurebant Barbari suppliciorum vltimum si qua intermoreretur ignis
effugere temptabant Sed qua flamma dederat locum hostis obstabat Varia
igitur clade consumpti sunt Alia in medio ignis precipitavere se quidam manibus
obtulerant pauci semiusti venere in potestatem Hinc ad Cratherum qui Arthaba
zanam obsidebat reddit Ille omnibus preparatis expectabat adventum capte vr
bis titulo sicut par erat cedens Igitur Alexander turres admoveri iubet. ipsoque
aspectu barbari territi e muris supinas manus tendentes orare ceperunt iram in
Sathabarzanem defectionis auctorem reservaret supplicibus semet dedentibus
parceret Rex data venia non obsidionem modo solvit. sed omnia sua incolis red
didit Ab hac vrbe digresso supplementum novorum militum occurrit Zoilus quin
gentos milites equites ex Grecia adduxerat tria milia ex Illirico Antipater mi
serat Tessali equites centum xxx^ta cum philippo erant Ex Libia duo milia
sescenti peregrinus miles advenerat Trecenti equites gentis eiusdem sequebantur
Hic manu adiecta Drangas bellicosa natio est Satrapes erat Barzanezes
sceleris in regem suum particeps Besso Is suppliciorum que meruerat metu pro
fugit in Yndiam Iam nonum diem stativa erant cum externa vi non invic
tus modo rex sed etiam invictus intestino facinore petebatur Dymnus modi
ce auctoritatis apud regem et gratie exoleti cui Nicomaco erat nomen a
more flagrabat obsequio vni sibi dediti corporis vinctus Is quod ex vul
tu quoque percipi poterat similis attonito remotis arbitris cum iuvene secessit
in templum archana se et silenda afferre prefatus Suspensumque expecta
tione per mutuam caritatem et pignora vtriusque animi rogat affirmet iu
reiurando que comisisset silencio esse tecturum Et ille ratus nichil quod eciam
cum periurio detegendum foret indicaturum per presentes deos adiurat Tunc
Dymnus aperit in tercium diem regi insidias comparatas Seque eius consilii for
tibus viris et illustribus esse participem Quibus iuvenis auditis se vero fidem
in parricidio dedisse constanter abnuit Nec vlla religione vt scelus tegat pos
se constringi Dymnus amore et metu amens dexteram exoleti complexus et

lacrimas cepit orare primum ut particeps consilii et operis fieret si id substinere non
posset attamen ne proderet se cuius ipsum benivolentie preter alia hoc quoque haberet
fortissimum pignus quod caput suum permisisset fidei adhuc inexperte ad ultimum adversantem
scelus perseverantem metu mortis terret ab illo capite coniuratos pulcherrimum
facinus incohaturos alias deinde effeminatum et muliebriter timidum alias pro
ditorem amatoris appellans nunc ingentia promittens interdumque regnum versabat
animo tanto scelere procul abhorrentem Strictum deinde gladium modo
illi modo suo admovens iugulo supplex idem et infestus expressit ut tandem non
solum silentium sed etiam operam polliceretur Namque habunde constantis animi
et dignus qui pudicus esset nihil ex pristina voluntate mutaverat sed se captum
amore Dymni simulabat nihil recusare Sciscitatur inde pergit cum quibus tante
rei societatem inisset Plurimumque referre quales viri tam memorabiles operi
admoturi manus essent Ille et amore et scelere malesanus simul gratias egit si
mul gratulatur quod fortissimis iuvenum non dubitasset se iungere Demetrio cor
poris custodi Peucolao Nicanori Adicit his Aphobetum Locenum Dioxenum
Archopolim Amyntham Ab hoc sermone dimissus Nicomachus ad fratrem Ce
balino erat nomen que acceperat defert Placet ipsum abstinere in tabernaculo ne
si regiam intrasset non asuetus adire regem coniurati proditos se esse restisse
rent Ipse Cebalinus ante vestibulum regie Neque enim propius aditus ei pate
bat consistit opperiens aliquem ex prima cohorte amicorum quo introduceretur ad re
gem. Forte ceteris dimissis unus Philotas Parmenionis filius incertum
quam ob causam substiterat in regia Huic Cebalinus ore confuso magne perturba
tionis notas pre se ferens aperit que ex fratre comperat et sine dilatione nun
ciari iubet regi Philotas laudato eo protinus intrat ad Alexandrum Multoque
invicem de aliis rebus sermone consumpto nihil eorum que ex Cebalino cog
noverat nunciat Sub vesperum eum prodeuntem in vestibulo regie excepit iuvenis
an mandatum executus foret requirens Ille non vacasse sermoni suo regem
causatus discessit Postero die Cebalinus venienti in regiam presto est
intrantemque admonet pridie communicate cum ipso rei Ille cure sibi esse res
pondit At ne tum quidem regi que audierat aperit Ceperat Cebalino esse
suspectus Itaque non ultra interpellandum ratus nobili iuveni Metron erat
ei nomen super armamentarium posito quod scelus pararetur indicat Ille Ceba
lino in armamentario abscondito protinus regi corpus forte curanti quid ei
index detulisset ostendit Rex ad comprehendendum Dymnum missis satellitibus
armamentarium intrat Ibi Cebalinus gaudio elatus Habeo te inquit incolu
mem ex impiorum manibus ereptum Percunctatus deinde Alexander que no
scenda erant ordine cuncta cognovit Rursusque instat querere quotus dies
esset ex quo Nicomachus ad eum detulisset indicium Atque illo fatente iam tercium

facinore

eſſe exiſtimans haud incorrupta fide tanto poſt deferret que audierat vinciri eum
iuſſit Ille clamitare cepit eodem temporis momento quo audiſſet ad philotham
decucurriſſe ab eo percontata Rex item querens an philotam adiſſet an in-
ſtitiſſet ei ut perveniret ad ſe perſeverante eo affirmare dixerat manus ad celum ten-
dens manantibus lacrimis hanc ſibi a cariſſimo quondam amicorum relatam
gratiam querebatur Inter hec Dymnus haud ignarus quam ob cauſam accer-
ſeretur a rege gladio quo forte erat cinctus graviter ſe vulnerat occurſuque ſa-
tellitum inhibitus perfertur in regiam, quem intuens rex · quod inquit in te Dymne
tantum cogitavi nephas vt tibi macedonum dignior philotas me quoque ipſo
videretur Illum quoque defecerat vox itaque edito gemitu vultuque a conſpectu
regis averſo ſubinde colapſus extinguitur Rex venire philotam in regiam
iuſſo · Cebalinus inquit vltimum ſupplicium meritus ſi in caput meum preparatas
inſidias biduo texiſſet huius criminis philotam reum conſtituit ad quem protinus
indicium detuliſſe ſe affirmat quo propriore gradu amicicie me contingis hoc
maius eſt diſſimulationis tue facinus et id Cebalino magis quam philote convenire
fateor · faventem habes iudicem ſi quod admitti non potuit ſaltem negari poteſt
Ad hec philotas haud ſane trepidus ſi animus vultu extimaretur Ceba-
linum quidem ſcorti ſermonem ad ſe detuliſſe. Sed ipſum tam levi auctori nihil
credidiſſe veritum ne iurgium inter amatorem et exoletum non ſine ri-
ſu detuliſſet Cum Dymnus interemerit ſemet qualiacumque eſſent non fuiſſe
reticenda Complexuſque regem orare cepit vt preteritam vitam potius quam
culpam ſilentii non facti illius intueretur Haud facile dixerim crediderit-
ne ei rex an altius iram ſuppreſſerit dextram reconciliate gratie pignus ob-
tulit et contemptum magis quam celatum indicium eſſe videri ſibi dixit Ad-
vocato tamen conſilio amicorum cui tamen philotas adhibitus non eſt Nicomachum in-
duci iubet Is eadem que detulerat ad regem ordine expoſuit Erat Crathe-
rus regi carus in paucis Et eo philote ab emulatione dignitatis adverſus neque
ignorabat ſepe Alexander auribus nimia iactatione virtutis atque opere gravem
fuiſſe et ob ea non quidem ſceleris ſed contumacie tum ſuſpectum non aliam pre-
mendi inimici occaſionem aptiorem futuram ratus odio ſuo pietatis preferens ſpeciem
Vtinam inquit in principio quoque huius rei nobiſcum deliberaſſes ſuaſiſſemus
ſi philote velles ignoſcere patereris potius ignorare eum quantum deberet tibi quam
vſque ad metum mortis adductum cogeres ſepius de periculo ſuo quam de tuo beneficio
cogitare Ille enim inſidiari tibi ſemper poterit Tu non philote ſemper poteris igno-
ſcere Nec eſt quod extimes eum qui tantum auſus eſt venia poſſe mutari
Scit eos qui miſericordiam conſumpſerunt amplius ſperare non poſſe At ego et-
ſi ipſe vel penitentia vel beneficio tuo victus quieſcere volet Parmenionem
patrem eius tanti ducem exercitus inveteratum apud milites tuos auctoritate

haud multum infra magnitudinis tue fastigium positum scio non equo animo salu
tem filij debiturum tibi quedam beneficia odimus meruisse mortem confiteri pudet
Superest ut malit videri iniuriam accepisse quam vitam Proinde scito tibi cum illis
de salute esse pugnandum Satis hostium superest ad quos persequendos ituri
sumus. latus a domesticis hostibus muni. Hos si submoves nichil metuo ab
externo Hec Cratherus Nec ceteri dubitabant quin coniurationis indicium
suppressus non fuisset nisi auctor aut particeps Quem enim pium et bo
ne mentis non amicum modo sed ultima plebe. auditis que ad eum delata
erant non protinus ad regem fuisse cursurum ne Cebalini quidem exemplo
qui ex fratre comperta ipsi nunciasset Parmenionis filium prefectum equita
tus archanorum regis arbitrum simulasse. etiam non vacasse sermoni suo
regem. ne index alium internuncium quereret Nicomachum religione quoque
deum astrictum conscientiam suam exonerare properasse Philotam assumpto per
ludum iocumque pene toto die gravatum esse Pauca verba ad caput re
gis pertinencia tam longo et forsitan super vacuo inserere sermoni At enim
si non credidisset talia deferentibus pueris cur igitur extraxisset biduo
tanquam iudicio haberet fidem Dimittendum fuisse Cebalinum Si delationem eius
dampnabat In suo quemque periculo magnum animum habere cum de salute regis ti
meretur credulos esse debere vana quoque deferentes admittere Omnes igitur
questionem de eo ut participes sceleris indicare cogeretur habendam esse decernunt
Rex admonitos ut silencio consilium premerent dimittit pronunciari Deinde
iter in posterum iubet ne qua initi consilii daretur nota Invitatus est etiam
Philotas ad ultimas ipse epulas et rex non cenare modo sed etiam familiariter
colloqui cum eo quem dampnaverat substinuit Secunda deinde vigilia
luminibus extinctis cum paucis in regia coeunt Ephestion et Cratherus et hi
ex amicis ex armigeris autem perdiccas et leonatus per hos imperatum qui
pretorium excubabant armati vigilarent Iamque ad omnes aditus dispositi erant
milites equites itinera quoque obsidere iussi ne qui ad Parmenionem. qui tunc
medie magnisque copiis preerat occultus evaderet Atharreas autem cum ccc.
armatis intraverat regiam Huic x. Sathellites traduntur quorum singulos
deni armigeri sequebantur Hii ad alios coniuratos comprehendendos di
stributi Atharreas cum ccc. ad philotam missus clausum aditum moliebatur
l iuvenum promptissimis stipatus Nam ceteros cingere undique domum ius
serat ne occulto aditu philotas posset elabi. Illum sive securitate animi
sive fatigatione resolutum sompnus oppresserat quem Athareas torpentem
adhuc occupat. Tandem sari sopore discusso cum inicerentur catene Vi
cit inquit bonitatem tuam rex inimicorum acerbitas Nec plura elocutum
capite velato in regiam adducunt Postero die rex edixit omnes

qui ferunt aquas | qui ferunt ligna

armati coierunt Sex milia fere militum venerant Preterea turba lixarum Calonumque
impleverat regiam Philotam armigeri agmine suo tegebant, ne ante conspici
posset a vulgo quam rex allocutus milites esset De capitalibus rebus reges vetusto
macedonum more inquirebant erat exercitus in pace erat vulgi. et nichil potestas prius
regum valebat nisi prius valuisset auctoritas Igitur primum Dymni cadaver
infertur Plerisque quid passus, quo ve casu extinctus esset ignaris Rex deinde
in contionem procedit vultu preferens dolorem. amicorum quoque mesticia expec-
tationem haud eciam fecerat parvam Demisso rex in terram vultu. attonito stu-
Oratio Alexandri penti que similis stetit. tandem recepto animo Pene inquit milites hominum
scelere vobis ereptus sum deorum providentia et misericordia vivo Conspectusque vestri
venerabilis cogit ut vehemencius parricidis irascerer. quoniam primus unus vite
mee fructus est tot fortissimis et de me optime meritis referre adhuc graciam
possem Interrupit que orationem militum gemitus, oborte que sunt omnibus lacrime
Tum rex quanto inquit maiorem in animis vestris motum excitabo cum tanti sce-
leris auctores ostendero quorum mentionem adhuc reformido Et tamquam salvi es-
se possint nominibus abstineo Sed vincenda est memoria pristine caritatis et
coniuracio impiorum civium detegenda Quomodo autem tantum facinus sileam par-
menio illa etate tot meis. tot parentis meis meritis devictus omnium nobis
amicorum vetustissimus ducem se tanto sceleri prebuit Minister eius philotas
Peucolaum et Demetrium et hunc Dymnum cuius corpus aspicitis Ceterosque eiusdem
amentie in caput meum subornavit fremitus undique indignancium querencium
que tota contione obstrepebat qualis solet esse multitudinis et maxime mi-
litaris ubi aut studio agitur aut ira Nicomacus deinde et Metron et Ceba-
linus producti que quisque tulerat exponunt Nullus eorum indicio philotam in
participes sceleris destinabat Itaque indignatione expressa vox indicum sile-
cio excepta est Tum rex Qualis inquit ergo animi vobis videtur qui
huiusmodi rei delatum indicium idipsum suppressit quod non fuisset vanum Dymni exit(us)
declarat incertam rem deferens tormenta non timuit Cebalinus ne momentum
quidem temporis distulit exonerare se ut eo ubi lavabar irrumperet philotas
solus nichil timuit. nichil credidit. O magni animi virum Iste regis periculo com-
moveretur vultum mutaret indicem tante rei solus audiret. subest nimirum
silencio facinus et avida spes regni precipitem animum ad ultimum nephas
impulit Pater medie preest Ipse apud multos copiarum duces meis pre-
potens viribus maiora quam capit sperat Orbitasque mea quod sine liberis sum sper-
nitur. sed errat Philotas In vobis parentes. liberos. consanguineos meos habeo
vobis salvis orbus esse non possum Epistolam deinde Parmenionis interceptam
quam ad filios Nicanorem et philotam scripserat recitat Haud sane in-
dicium gravioris consilii ferentem Namque summa eius hec erat Primum vo(bis)

curam agite deinde vestrorum · sic enim que destinavimus efficiemus Adiciebat quod sic esse scrip
tam ut sive ad filios pervenisset · a conscijs posset intelligi · sive intercepta si esset
falleret ignaros At enim Dymnus cum ceteros participes sceleris nominaret phi
lotam non nominavit · Hoc quidem illius non innocencie sed potentie indicium
est quod sic ab hys timetur etiam a quibus prodi potest · ut dum de se fateantur il
lum tamen celent Ceterum philotam ipsius indicat vita Hamynte qui michi co
sobrinus fuit ei qui et in macedonia capiti meo impias comparavit insidias · so
cium se et conscium adiunxit Hic athalo quo graviorem inimicum non habui soro
rem suam et matrimonium dedit Huic cum scripsissem et pro iure tam familiaris
atque amicitie qualis sors edita esset Iovis hamonis oraculo sustinuit scribere
michi · se quidem gratulari · quod in numerum deorum receptus essem Ceterum misereri
eorum quibus vivendum esset sub eo · qui modum hominis excederet Nec sunt
etiam pridem animi alienati a me Et invidentis glorie mee indicia / que equi
dem milites quamdiu licuit in animo meo pressi Videbar enim partem michi visce
rum meorum abrumpere si in quos tam magna contuleram viliores michi
facerem · sed iam non verba punienda sunt · lingue temeritas pervenit ad gla
dios · Hos si michi creditis philotas in me acuit si michi ipsi admisit vel di
misit quo me conferam milites equitatui aptimi me exercitus parti principibus no
bilissime iuventutis unum prefeci spem victoriam meam fidei · tutelequem mee eius
commisi Patrem in idem fastigium in quo ipsi me posuistis admovi Mediam qua
nulla opulentior regio est · tot civium sociorumque milia imperio eius dicionique subieci
Unde presidium petieram periculum extitit Quam felicius in acie cecidissem potius
hostis preda quam civis victima Nunc servatus ex periculis que sola timui in h
incidi que timere non debui Soletis identidem a me petere milites ut sa
luti mee parcam ipsi michi prestare potestis quod suadetis id faciam Ad vras
manus ad vestra arma confugio Invitis vobis salvus esse nolo volentibus non
possum nisi vindicor Cum philotam religatis post tergum manibus ex sole
to amiculo velatum iussit induci facile apparebat motos esse tam miserabili habitu
non sine invidia paulo ante conspecti ducem equitatus pridie viderant regis
interfuisse convivio repente non reum quidem sed etiam dampnatum ymo vinctum in
tuebantur Subibat animos parmenionis quoque tanti ducis tam clari fortuna qua
quomodo duobus filys orbatus hectore ac Nicanore orbatus tum eo quem
reliquum calamitas fecerat absens diceret causam Itaque Amynthas regius
prefectus inclinatam ad misericordiam contione rursus aspera in philotam
oratione commovit proditos eos esse barbaris neminem ad coniugem suam
in patriam et ad parentes fuisse rediturum velut truncum corpus dempto ca
pite sine spiritu sine nomine in aliena terra ludibrium hostis futuros Haud qua
quam prospere ipsius Amynthe oratio grata regi fuit · quod coniugum quod patrie

admonitos pigriores ad cetera munera exequenda Tunc Cenos quamquam philote sororem in matrimonio secum coniunxerat tamen acrius quam quisquam in philotam invectus est Parricidam esse regis patrie exercitus clamitans saxumque quod forte ante pedes iacebat arripuit emissurus in eum ut plerique credere tormentis subtrahere cupiens. sed rex manus eius inhibuit dicendi prius causam debere fieri reo potestatem nec aliter iudicari passurum se affirmans Tum dicere orsus philotas. sive conscientia sceleris sive periculi magnitudine amens. et attonitus non attollere oculos non hiscere audebat. lacrimis deinde manantibus linquente animo in eo a quo tenebatur incubuit Abstersisque amiculo eius oculis paulatim recipiens spiritum ac vocem dicturus videbatur Iamque intuens rex eum Macedones inquit de te iudicaturi sunt Quero an patrio sermone sis apud eos usurus Tum philotas preter macedones inquit plerique assunt quos facilius quod dicam percepturos arbitror si ea lingua fuero usus qua tu egisti non ob aliud credo quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus Tum rex hec videtis adeo etiam sermonis patrii philotam tedere solus quippe fastidit eum discere Sed dicat sane ut cumque cordi est. dum memineritis eque illum a nostro more quam a sermone abhorrere atque ita contione excessit

oratio philote

Tum philotas verba inquit innocenti reperire facile est modum verborum misero tenere difficile Itaque inter optimam conscientiam et iniquissimam fortunam destitutus ignoro et quomodo animo meo et tempori paream Abest quidem optimus cause iudex qui cur me ipse audire noluit non mehercule excogito. cum illi utrimque cognita causa tam dampnare me liceat quam absolvere. Non cognita vero liberari absente non possum. quia presente dampnatus sum Sed quamquam vincti hominis non supervacua solum. sed etiam invisa defensio est. qui iudicem non docere videtur sed arguere tamen ut cumque licet me dicere memetipsum non deseram nec committam ut dampnatus etiam mea sententia videar equidem cuius criminis reus sim non video inter coniuratos nemo me nominat De me Nichomachus nichil dixit Cebalinus quam plusquam audierat scire potuit Atqui coniurationis caput me fuisse credit rex Potuit ergo Dymnus preterire quem insequebatur presertim cum querenti socios vel falso fuerim nominandus quo facilius qui temptabatur posset impelli Non enim detecto facinore nomen meum preteriit ut posset videri socio pepercisse Nichomacho quem taciturum archana de semetipso credebat confessus. Aliis nominatis me unum subtrahebat Queso commilitones si cebalinus me non adisset nichil me de coniuratis scire voluisset num hodie dicerem causam nullo me nominante Dymnus sane et vivus viveret adhuc et velut michi parcere Quid ceteri qui de me confitebuntur me videlicet subtraherent maligna est calamitas et fere noxius cum qui suo supplicio cruciatur acquiescat alieno. tot conscii nec in eculeo quidem impositi verum fate

dimitur atque nemo parcit morituro Nec audiam moriturus ut opinor ad verum crimen
et ad unum veniendum michi est cur rem delatam ad te tacuissem cur tam securus audisti
hoc qualecumque est confesso michi probitusque es Alexander remisisti michi dexte
ram tuam amplexus reconciliati pignus animi conuiuio quoque interfui si cre
didisti michi absolutus sum si pepercisti dimissus vel iudicium tuum serua Quid
hac proxima nocte qua digressus sum a mensa tua feci Quid noui faci
noris delatum ad te animum mutauit tuum Graui sopore acquiescebam cum me ma
lis indormientem meis inimici vinciendo excitauerunt Unde et parricide et prodito
rum alti quietes somni Scelerati cum dormire non possint conscientia obstrepente
agitant eos furie non cogitato modo sed etiam consummato parricidio At michi se
curitatem primum innocentia mea deinde tua dextera obtulerat Non timui ne
plus aliene crudelitati apud te liceret quam clementie tue Sed ne te michi credidis
se peniteat Res ad me deferebatur a puero qui non testem non pignus indicii ex
hibere poterat impleturus omnes metu si cepisset audiri Amatoris et scorti iur
gio interponi aures meas credidi infelix et fidem eius suspectam habui quod non
ipse deferret sed fratrem potius subornaret Timui ne mandasse negaret se Ce
balino et ego viderer multis amicorum fuisse periculi causa Sic quoque cum le
serim neminem inueni qui mallet perire me quam incolumem esse Quid inimi
citiarum credituris excepturum fuisse si insontes lacessissem At enim Dymnus se
occidit Num igitur facturum eum diuinare potui minime ita quod solum indicio
fidem fecit id me cum a Cebalino interpellatus sum mouere non poterat At
hercule si conscius Dymno tanti sceleris fuissem biduo illos proditos esse
dissimulare non debui Cebalinus ipse tolli de medio nullo negotio potuit
Deinde post delatum indicium quo periturus eram cubiculum regis solus intraui ferro
quidem cinctus Cur distuli facinus An sine Dymno non sum ausus Ille igitur
princeps coniurationis fuit Sub illius umbra Philotas latebat qui regnum
Macedonum affecto Et quis e nobis corruptus est donis quem ducem quem prefectum
ipse summe colui Michi quidem obicitur quod societatem patrii sermonis aspernatur
quod Macedonum mores fastidiui Sic ego imperio quod dedignor immineo Iam
pridem natiuus ille sermo commercio aliarum gentium exoleuit tam victoribus quam vic
tis peregrina lingua discenda est Non mehercule ista me magis ledunt quam quod
Amynthas Perdice filius insidiatus est regi cum quo quod michi amicitia fuerit
michi non recuso defendere si fratrem regis non oportuit diligi a nobis Sin at
in illo fortune gradu positum etiam venerari necesse erat Utrum queso quod non di
uinaui reus sum an impiorum amicis insontibus moriendum est quod si equum
est cur tamdiu viuo si iniustum cur nunc demum occidor At enim scripsi misereri
me hominum quibus viuendum esset sub eo qui se Iouis filium crederet Fides ami
citie Veri consilii periculosa libertas me decepistis Vos que sentiebam ne

retinerem impulistis. Scripsisse me hoc fateor regi non de rege scripsisse Non ei
faciebam invidiam sed pro eo timebam. Dignior mihi alexander videbatur
qui iouis stirpem agnosceret etiam qui predicatione iactaret Sz quoniam oraculi
fides certa ē sit deus cause mee testis Retinete me interim in vinculis Dum consulitur
admodum archanū et occultū scelus Interim qui regem nr̄z dignatus est
filiū neminem eorum qui stirpi sue insidiati sunt latere patietur Si certiora o
racula creditis esse tormenta ne hanc quidem exhibende veritatis fidem
deprecor Solent rei capitis adhibere nobis parentes duos fratres ego nup
amisi Patrem ostendere non possum nec invocare audeo. cum et ipse tanti cri
minis reus sit Parum ē tot modo liberorū parentē in vnico filio acquiescen
tem. eo quoqz orbari. nisi ipse in rogum meum imponitur, ergo carissime pr
et pro me morieris et mecum Ego tibi vitam adimo. Ego senectutem tuam
extinguo Quid enim me procreabas infelicem adu̾santibus dijs Aut ut hos
ex me fructus perciperes qui te manent Nescio adolescentia mea miserior sit an
senectus tua Ego in ipso robore etatis eripior tibi carnifex spiritum adimet quē
si fortuna voluisset natura poscebat admonuit me pris mei mentio quoniam
timide ac cunctant̾ que Cebalinus detulerat ad me indicare debuerim Parmenio
enim cum audisset venenū a philippo medico ꝑ regi parari. deterrere eum vo
luit Epla scripta quominus medicamentum biberet. quod medicus dare constituerat
Num creditum est pri meo Num vllam auctoritatem eius lr̄e habuerunt Ego
ipse quociens que audieram detuli cum ludibrio credulitatis repulsus sum Si
et cum indicamus invisi Et cum tacemus suspecti sumus Quid facere nos oportet
Cum qz vnus ex circumstantibus turba clamasset bene meritis nō insidiari
. Philotas recte inquit quisquis es dicis Itaqz si insidiatus sum penam non
deprecor et finem facio dicendi quoniam vltima v̾ba grauiora sunt
visa auribus abducatur Deinde ab hijs qui custodiebant eum Erat inter
duces manu strenuus Bolon quidam Pacis artiū et ciuilis habitus rudis ve
tus miles ab humili ordine ad eum gradum in quo tunc erat promotꝰ
qui tacentibus ceteris stolida audacia admonere eos cepit Quibusqz quo
ciens suis diu̾sorijs que occupassent ꝑturbatus esset vt purgamenta
seruorū Philote reciperentur eo vnde et commilitones expulisset auro ar
gento qz vehicula eius onusta totis vicis stetisse Ac ne in vicinam quide
diu̾sorij quemqz commilitonū receptum esse sed per dispositos quos ad somnū
habebat omnes procul relegatos ne femina illa murmurantium inter se si
lencio excitaretur qm̄ sono excitaretur ludibrio ei fuisse rusticos homines
phri gasqꝫ et Passphagones appellatos qui nō erubesceret Macedo natus.
homines lingwe sue per interpretem audire ne cum hamone consuli vellz
eunde Iouis arguisse mendatiū Alexandrū filiū agnoscentis solis veritū

ne inuidiosum esset q dy offerrent cum insidiaretur capiti regis et amici non con
suluisse eum Iouem Ammonem ad oraculum mittere Dum pater eius sollicitet qui
presit in media et pecunia cuius custodie commissa sit perditos homines ad socie
tatem sceleris impellat ipsos missuros ad oraculum qui Iouem interrogent non que
ex rege cognouerant sed qui gratias agant qui vota pro incolumitate regis
optimi persoluerent Tum vero vniuersa contio accensa et a corporis custo
dibus initium factum clamantibus discerpendum esse parricidam manibus
eorum Id quidem Philotas qui grauiora supplicia timeret haud sane
iniquo animo audiebat Rex in contionem reuersus siue ut in custodia
quoque torqueret siue vt diligencius cuncta cognosceret consilium in posterum
distulit diem et quamquam in vesperam inclinabat dies. tamen amicos conuocari
iubet Et ceteris quidem placebat Macedonum more obrui saxis Ephestio
autem et Cratherus et Cenus tormentis veritatem exprimendam esse di
xerunt Et illi quoque qui aliud suaserant in horum sententiam transeunt Consi
lio ergo dimisso Ephestion cum Cratero et Cenus ad questionem de Philo
dum ta habendam consurgunt Rex Cratero accersito et sermone habito cuius summa
non edita est in intimam diuersorii partem secessit Et remotis arbitris in multam
noctem questionis expectauit euentum Tortores in conspectu Philote omnia crudeli
tatis tormenta proponunt Et ille vltro Quid cessatis inquit regis inimicum
interfectorem confitentem occidere quid questione opus est Cogitaui volui Cra
therus exigere vt que confiteretur in tormentis quoque diceret. dum corripitur
et dum obligantur oculi dum vestis exuitur deos patrios gentium iura nequicquam
apud aures inuocabat Per vltimos deinde cruciatus vt pote dampnatus
et inimicis in gratiam regis torquentibus laceratur At primo quamquam hinc
ignis illinc verbera iam non ad questionem sed ad penam ingerebantur non
modo vocem sed omnem gemitum in potestate habuit Sed postquam intumescens corpus
vlceribus flagellorum ictus nudis ossibus incussos ferre non poterat Si
tormentis adhibituri modum essent dicturum se que scire expectarent pollicetur
Sed finem quaestionis fore iurare eos per Alexandri salutem volebat remoue
rique tortores. et vtroque impetrato Cratero inquit Dic quid me velis dicere
Illo indignante ludificari eum. rursusque reuocante tortores tempus petere
cepit. dum reciperet spiritum cuncta que sciret indicaturus Interim equites nobi
lissimus quisque et hii maxime qui Parmenionem propinqua cognatione
contingebant Postquam Philotam torqueri fama vulgauerat legem Macedo
num veriti qua cautum erat vt propinqui eorum qui regi insidiati essent ne
carentur Alii se interficiunt Alii in deuios montes vastasque solitudines
fugiunt ingenti per tota castra terrore diffuso donec rex tumultu co
gnito legem se de supplicio coniunctorum insontibus remittere edixit

Philotas vero ne an mendacio liberaret se cruciatu anceps coniectura est quoniam
et vera confessis et falsa dicentibus idem doloris finis ostenditur Ceterum
inquit pater meus Egilocho quam familiariter usus sit Non ignoratis illum
dico Egilochum qui in acie cecidit omnium malorum causa fuit Nam cum primum Iovis
filium se salutari iussit rex id indigne ferens ille Nunc igitur regem agnoscimus
inquit qui Philippum dedignatur patrem actum est de nobis si ista perpeti possumus
non homines solum sed etiam deos decipit qui postulat deus credi. amisimus Alexandrum
amisimus regem nec dys quibus se exequat nec hominibus quibus se eximit
tollerabilem Nro ne sanguine deum qui nos fastidiat qui gravetur morta-
lium adire consilium Credite michi/ et nos si viri sumus a dys adopta-
bimur Quis proavum huius Alexandri. quis deinum Archelaum quis Perdiccam
occisos ultus est Hic quidem interfectoribus patris ignovit Hec Egilochus dixit
super cenam Et postero die prima luce accersor a patre Tristis erat et me
mestum videbat Audieramus enim que sollicitudinem incuterent Itaque ut ex-
periremur utrum ne vino gravatus effudisset illa an altiora concepta con-
silio accersiri eum placuit At venire eodemque sermone ultro petito adiecit
se sive audemus esse duces proximas a nobis partes vindicaturum sive
deesset animus consilium silencio esse tecturum Parmenioni vivo adhuc Da-
rio intempestiva res videbatur Non enim sibi sed hosti esse occisuros Alexan-
drum Dario vero sublato premium regis occisi Asiam et totum orientem
occisoribus esse cessuram Approbato consilio in hoc fides data est et accepta
quod ad Dymnum pertinet nichil scio Et hec confessus intelligo nil prodesse
michi quod prorsus sceleris expers sum Illi rursus tormentis admotis. cum
ipsi quoque hastis os oculosque eius everberabant. ut hoc quoque crimen con-
fiteretur expresse exigentibus Deinde ut ordinem cogitati sceleris exponeret
cum diu Bactra retentura regem viderentur timuisse rendit ne pater lxx na-
tus annos. tanti exercitus dux. tantus tante pecunie custos ut interim exti-
gueretur ipsi spoliato tantis viribus occidendi causa regis non esset festinas-
se ergo se dum premium in manibus haberet repensare consilium eius presens non
fuissent nisi crederent tormenta non posset tamen non recusaret illi collocuti
satis questitum videri ad regem revertuntur Qui postero die et que recen-
sius confessus erat Philotas recitari. et ipsum quia ingredi non poterat ius-
sit afferri omnia agnoscente eo Demetrius qui proximi sceleris particeps
esse arguebatur producitur multa affirmatione animi pariter et constan-
cia et vultu abnuens quicquam sibi in regem cogitatum esse. tormenta etiam
deposcebat in semetipsum cum Philotas circumlatis oculis incideret in Chalinum
quendam haud procul stantem propius eum iussit accedere Illo perturbato
et recusanti transire ad eum Patieris inquam Demetrium mentiri rursusque

Rursusque me cruciari Calim vox sanguisque defecerat. et macedonas philotam
inquinare innoxios velle suspicabantur. quia nec a Nicomaco nec ab illo phi
lota cum torqueretur nominatus esset adolescens Qui cum prefectos regis
circumstantes se vidit Demetrium et semetipsum confessus est Omnes ergo a Ni
comaco nominati more patrio dato signo saxis obruerunt Magno cum sa
lutis et vite periculo liberatus erat Alexander Quippe Parmenion et phi
lotas principes amicorum nisi palam sontes sine indignatione totius exer
citus non potuissent dampnari Itaque anceps questio fuit. dum inficiatus
est facinus crudeliter torqueri videbatur. Post confessionem etiam neque phi
lotas amicorum misericordiam arguit meruit. lib' vi explicit vj'

Philotam sicut recentibus sceleris eius vestigiis iure affectum
supplicio censuerant milites. ita postquam desierat esse quem odis
sent invidia in misericordiam vertitur Moverat et claritas iu
venis et patris eius senectus atque orbitas primus Asyam aperue al' periculorum
rat regi omnium archanorum eius particeps semper alterum in acie
cornu defenderat Philippo quoque ante omnes amicos et ipsi
Alexandro tam fidus ut occidendi Athalum non alio ministro uti mallet
Horum cogitatio subibat exercitum seditiosasque voces referebantur ad
regem Quis ille haud sane motus satisque prudens otii vitia nego
cio discuti edicit ut omnes in vestibulo regie presto sint. Quos ubi
frequentes abesse cognovit in contione processit Haud dubie ex composito
Aphatrios postulare cepit ut tante Lyncestes Alexander qui multo ante quam
philotas regem voluisset occidere exhiberetur a duobus indicibus Sicut supra
diximus Delatus tercium iam annum custodiebatur in vinculis eundem in phi
lippi quoque cedem coniurasse cum pausania pro comperto fuit Sed quia primus
Alexandrum regem salutaverat. supplicio magis quam criminis fuerat exemptus Tum
quoque Antipatri soceri eius preces iustam regis iram morabantur Ceterum
recrudit sopitus dolor Quippe veteris periculi memoriam presentis cura re
novabat Igitur Alexander ex custodia educitur Iussusque dicere quam triennio
meditatus fuerat defensionem tum hesitans et trepidus pauca ex hiis que com
posuerat protulit Ad ultimum non memoria solum sed etiam mens eum destituit
Nulli erat dubium quin trepidatio conscientie indicium esset non memorie vi
tium Itaque ex hiis qui proxime adsisterant obluctantem adhuc oblivioni la
nceis confoderunt cuius corpore ablato rex introduci iussit Amyntham et
Symiam Nam Palemon minimus ex fratribus cum philotam torqueri co

periſſet Omnium philote amicorum hii cariſſimi fuerant Ad magna et honorata
miniſteria illius maxime ſuffragati ne producti Memineratque rex ſummo ſtudio
ab eo conciliatos ſibi Nec dubitabat huius quoque ultimi conſilii fuiſſe partici
pes Igitur olim ſibi eſſe ſuſpectos matris ſue litteris quibus vt ab hiis ſalutem
ſuam tueretur Ceterum ſe minime deteriora credentem nunc manifeſtis
indiciis victum iuſſiſſe vinciri Nam pridie quam detegeretur philote ſcelus
quin in ſecreto cum eo fuiſſet non poſſe dubitari. ffratrem vero qui profugerit cum
philota quereretur aperuiſſe fuge cauſam Nuper preter conſuetudinem officii
ſpecie amotis longius ceteris amouiſſe ſemetipſos lateri ſuo Nulla probabi
li cauſa ſeque mirante quod non vice ſua tali fungerentur officio et ipsa trepi
datione eorum perterriti ſtrenue ad armigeros qui proxime ſequebantur con
fugiſſe Ad hec accedere quod cum Anthiphaxanes ſcriba equitum Amynthe de
nunciaſſet pridie quam philothe ſcelus deprehenſum eſſet vt ex ſuis equis
more ſolito daret hiis qui amiſiſſent equos ſuperbe reſpondiſſe Niſi incepto
deſiſteret breui ſciturum quis ipſe eſſet Iam lingue violenciam temeritatem
que verborum que in ſemetipſum iacularentur nichil aliud eſſe quam ſceleſti animi
indicem ac teſtem que ſi vera eſſent idem meruiſſe eos Amyntham et fratres
ſuos quod philotam ſi falſa exigere ipſum vt refellant Productus deinde An
typhaxanes de equis non traditis et adiectis etiam ſuperbe minis inde iam
captus Amynthas facta dicendi poteſtate inquit peto ſi ut dum dico vinculis
Rex ſolui vtrumque iubet Deſideranti quoque Amynthe ut huius quoque redderetur
armigeri lanceam dari iuſſit Qua ut leua comprendit euitato eo loco in quo
Alexandri corpus paulo ante iacuerat Qualiſcumque inquit exitus nos ma
net rex confitemur proſperum tibi peccaturos debituros triſtiorem fortune im
putaturos Sine preiudicio dicimus cauſam liberis corporibus animis quoque
etiam in quo te comitare ſolemus reddidiſti. Cauſam non poſſumus fortunam
timere deſiemus Et queſo permittas michi id primum defendere quod a te vltimum
obiectum eſt Nos rex ſermonis aduerſus maieſtatem tuam habiti nullius con
ſcii ſumus nobis Dicerem iam pridem vicisse te inuidiam niſi periculum eſſet
ne alia maligne dicta crederes blanda oratione purgari Ceterum etiam ſi militis tui
vel in agmine deficientis et fatigati vel in acie periclitantis vel in tabernaculo
egri et vulnera curantis aliqua vox aſperior eſſet accepta merueramus forti
bus factis vt malles ea tempori nostro imputare quam animo Cum quid acci
dit triſtius omnes rei ſunt corporibus noſtris que vtique non odimus infeſtis ad
mouemus manus Parentes liberis ſi occurrant Et ingrati et inuiſi ſunt
Contra cum donis honoramur cum premiis onuſti reuertimur quis ferre nos po
quis illam animorum alacritatem continere militantium Nec indignacio nec

als recaſſiſſe

leticia morata est Ad omnes affectus impetu rapimur Destituimus laudamus miseremur irascimur vt cuiusque presens mouit affectus modo Indiam adire et occeanum libet modo coniugum et liberorum parentumque memoria occurrit. Sed has cogitationes has inter se colloquentium voces signum tuba datum finit in suos quisque ordines concurrunt Et quicquid irarum in thabernaculo conceptum est in hostium effunditur capita Utinam philotas intra verba peccasset Prem ad id veniretur. propter quod rei sumus amiciciam que nobis cum philota fuit adeo non inficiar vt expetisse quoque nos magnosque ex ea fructus percepisse confitear An vero parmenionis quem tibi proximum esse voluisti filium omnes pene amicos tuos dignatione vincentem cultum a nobis esse miraris Tu hercule si verum audire vis rex huius nobis periculi causa es Quis enim alius effecit vt ad philotam decurreret qui placere tibi vellent Tibi ab illo traditi ad hunc gradum amicicie tue ascendimus Is aput te fuit cuius et graciam expetere et iram timere possemus Si non propemodum tuo arbitratu ei esses omnes te preeunte iuravimus eosdem nos inimicos amicosque habituros esse quos tu haberes Hoc sacramento pietatis obstricti obversaremur salutem que tu omnibus preferebas Igitur si hoc crimen est paucos innocentes habes immo hercule neminem Omnes enim philote amici esse voluerant Sed totidem quot volebant esse non poterant Ita si a consciis amicos non dividis ne ab amicis quidem seperabis illos qui idem esse voluerunt Quod igitur conscientie affertur indicium ut opinor quia pridie familiariter et sine arbitris locutus est nobiscum At ego purgare non possem si pridie quicquam ex vetere vita ac more mutassem Nunc vero sicut omnibus Illo quoque qui suspectus est fecimus Consuetudo diluet crimen Sed equites Anthipharam non dedimus et pridie quam philotas detectus est hec michi cum Anthipharane res erat qui si nos suspectos facere volt quod illo die equos non dederimus Semetipsum quod desideraverit purgare non poterit Anceps crimen est enim inter retinentem et exigentem nisi quod melior est causa sui non tradentis quam poscentis alienum Ceterum rex equos decem habui e quibus Antipharanes viii iam distribuerat hys qui amiserant suos Omnino duos ipse habebam quos cum vellet abducere homo superbissimus iniquissimusque nisi pedes militare vellem retinere cogebar Nec inficiar eo liberi hominis animo locutum esse me cum ignavissimo Et hoc unum milicie sue usurpante vt alienos equos pugnaturis distribuat Huc enim malorum ventum est vt verba mea eodem tempore et Alexandro excusem et Antipharani At hercule mater de nobis inimicis tibi scripsit Utinam sollicita prudencius esset sollicita pro filio et non inanes quoque species anxio animo figuraret Quare enim non ascribit metus sui causam Denique

non ostendit autorem Quo facto di boni tam trepidas tibi licuisse
sit o miseram condicionem cui fortassis non periculosius est tacere quam dicere Sed
vt cumque causa res est malo tibi defensionem meam displicere quam causam Agno
sces autem que dicturus sum Quippe meministi cum me ad perducendos
ex macedonia milites mitteres dixisse te multos integros iuuenes in domo
tue matris abscondi/ precepisti igitur michi ne quem preter te intuerer/ sed
detractantes militiam perducerem ad te quod equidem feci et liberius quam expe
diebat michi executus sum imperium tuum Gorgiam et hegateum et gorgotam
quorum bona opera vteris inde adduxi Quid igitur iniquius est quam me qui
si non paruissem merito daturus fui penas nunc perire quia parui Neque enim vlla
alia matri tue persequendi nos causa est quam quod vtilitatem tuam muliebri prepo
suimus gratie Sex milia macedonum peditum et dc equites adduxi quorum
pars secutura me non erat si militiam detractantibus indulgere voluissem
Sequitur ergo vt quia illa propter hanc causam irascitur nobis tu miti
ges matrem qui ire eius nos obtulisti Dum hec Amynthas agit forte super
veniunt qui fratrem eius Palemonem de quo ante est dictum fugientem conse
cuti vinctum reducebant Infesta concio vix inhiberi potuit quin protinus
suo more saxa in eum coniicerent atque ille sane interritus nichil inquit pro
me deprecor modo ne fratrum innocentie fuga imputetur/ hec si defendi
non potest meum crimen sit/ horum ob id ipsum melior causa quod ego qui profugi sus
pectus sum Ad hec elocuto vniuersa concio assensa est lacrime deinde omnibus
manare ceperunt in contrarium adeo in contrarium repente mutatis vt solum pro
eo esset quod maxime leserat Iuuenis erat primo etatis flore pubescens qui
inter equites tormentis philote conturbatos alienus terror abstulerat De
sertum eum a comitibus et hesitantem inter reuerti fugiendi quam consilium qui secu
ti erant occupauerunt Is dum flere cepit et os suum conuerberare mestus
non suam vicem sed propter ipsum periclitantium fratrum mouerat quam iam regem
non concionem modo Sed vnus erat implacabilis frater Qui terribili vul
tu intuens eum tum tu ait demens lacrimare debueras cum equo calcaria sub
deres fratrum desertor et desertorum comes Miser quo et vnde fugiebas effe
cisti vt reus capitis accusatoris vterer verbis Ille peccasse se sed grauius in
fratres quam in semetipsum fatebatur Tum vero neque lacrimis neque acclama
cionibus quibus studia sua multitudo profitetur temperauerunt Vna vox erat
pari emissa consensu vt insontibus et fortibus viris parceret rex Amici quoque
data misericordie occasione consurgunt flentes quoque regem deprecantur Ille
silencio facto Et ipse inquit Amyntham mea sententia fratres quoque eius absoluo
Vos autem iuuenes malo beneficii mei obliuisci quam periculi vestri meminisse Eade

fide redire in gratiam meam qua ipse vobiscum revertar Nisi que delata essent exegissem Valde dissimulacio mea suspecta potuisset Sed satius est purgatos esse quam suspectos Cogitate neminem absolvi posse nisi qui dixerit causam Tu amyntha ignosce fratri tuo erit hoc simul etiam michi reconciliati animi tui pignus Concione deinde dimissa Polidamanta vocari iubet longe acceptissimus Parmenioni erat proximus lateri in acie stare solitus. et quamquam consciencia fretus in regiam venerat. tamen ut iussus est fratres exhibere admodum iuvenes et regi ignotos ob etatem fiducia in solicitudinem versa trepidare cepit Sepiusque nocere possent eludentes quam quibus eluderet reputans Iam armigeri quibus imperatum erat produxerant eos cum exanguem metu polydamanta propius accedere iubet Submotisque omnibus Scelere inquit Parmenionis omnes pariter appetiti sumus maxime ego ac tu quos amicicie specie fefellit Ad quem persequendum puniendumque vide quantum fidei tue credam te ministro uti statui Obsides dum hoc peragis erunt fratres tui proficiscere in mediam et ad prefectos meos litteras scriptas manu mea perfer Velocitate opus est qua celeritate antecedas Noctu pervenire illuc te volo postero die que scripta erunt exequi Ad parmeniona quoque epistolas feras unam a me alteram philote nomine scriptam signum anuli eius in mea potestate est Si pater credit a filio impressum cum te viderit nichil metuet Polidamas tanto liberatus metu impensius etiam quam exigebatur promittit operam Collaudatusque et promissis honeratus deposita veste quam habebat arabico induitur duo arabes quorum interim coniuges ac liberi vinculum fidei obsides apud regem erant dati comites per deserta etiam ob siccitatem loci Cameli xi. die quo destinaverant pervenit. Et priusque ipsi nunciaretur adventus. rursus Polidamas vestem macedonicam sumit et in tabernaculum Cleandri pretor hic regius erat. quarta vigilia pervenit redditis deinde litteris constituerunt prima luce ad parmenionem coire Namque ceteri quoque quibus litteras regis attulerat ad eum venturi erant Iam parmenioni Polidamantem venisse nunciaverant qui dum letatur adventu amici simulque noscendi quid rex ageret avidus quippe longo intervallo nullam epistolam ab eo acceperat Polidamanta requiri iubet Diversoria regionis illius magnos recessus habent amenosque nemoribus manu consitos. ea precipue regum Satraparum voluptas erat Spaciabatur in nemore Parmenion medius inter duces quibus imperatum erat litteris regis ut occideret Agende autem rei constituerant tempus Cum Parmenion a Polidamante litteras traditas legere cepisset Polidamas procul veniens ut a parmenione conspectus est vultu leticie speciem proferente ad complectendum eum occurrit Mutuaque gratulacione functi Polydamas epistolam a rege scriptam ei tradidit Parmenion vinculum epistole solvens quid nam rex ageret requirebat Ille ex illis litteris cogniturum esse respondit quibus Parmenion lectis Rex inquit

expediaone parat in Arachosios strenuum hominem et numquam cessante · sed nequaquam
saluti sue tanta iam parta gloria parcere Alteram deinde epistolam philote nomine
scriptam letus quod ex vultu eius notari poterat legebat Tum latus eius gladio
haurit Cleander deinde iugulum ferit Ceteri exanimem quoque confodiunt et ar-
migeri qui ad aditum nemoris astiterant cognita cede cuius causa ignorabat
in castra veniunt et tumultuoso nuntio milites concitant Illi armati ad nemus
in quo perpetrata cedes erat coeunt et Polydamas ceterique eiusdem noxe par-
ticipes dedantur murum circumdatum nemori eversuros denunciant omniumque san-
guine duci parenturos Cleander priores eorum intromitti iubet litterasque re-
gis scriptas ad milites recitat quibus insidie Parmenionis in regem preacesque
ut ipsum vindicarent continebantur Igitur cognita regis voluntate non quidem
indignatio sed tamen sedicio compressa est · Dilapsis pluribus pauci remanse-
runt qui saltem ut corpus ipsius sepelire permitterent precabantur Diu id
negatum est Cleandri metu ne offenderet regem Pertinacius deinde precantibus
materiam consternacionis subtrahendam ratus capite deciso truncum humare per-
misit Ad regem caput missum est Hic exitus Parmenionis fuit milicie
domique clari viri Multa sine rege prospere rex sine illo nichil magne rei
gesserat felicissimo regi et omnia ad fortune sue modum exigenti satisfecit
lx annos natus iuvenis ducis et sepe etiam gregarii militis munera exple-
vit · acer consilio manu strenuus carus principibus vulgo militum acceptior
Hec an impulerint illum ad regni cupiditatem an tantum suspectum fecerint
ambigi potest · quia philotas ultimis cruciatibus victus vera ne dixerit que
facta probari non poterant an falsis tormentorum petierit finem re quoque
recenti · cum magis liquere posset dubitatum est Alexander quos mortem
Parmenionis libere conquestos esse compererat / separandos a cetero exercitu
ratus in unam cohortem secrevit Ducemque hiis Leonidam dedit et ipsum Par-
menioni quondam intima familiaritate coniunctum fere idem erant · quos alioquin
rex habuerat invisos Nam cum experiri vellet militum animos admonuit qui litteras
in macedoniam ad suos scripsisset · si quos ipse mittebat perlaturos cum fide
traderet simpliciter ad necessarios suos quisque scripserat que senciebat Aliis
gravis erat · plerisque non ingrata milicia · ita ut agentium gratias et que-
rentium littere excepte sunt Et qui forte tedium laboris per litteras erant questi
hanc seorsum cohortem a ceteris tendere ignominie causa iubet fortitudine
in bello usurus libertatem lingue ab auribus credulis remoturus et consilium
temerarius · forsitan quippe fortissimi iuvenes contumelia irritaverant sicut
omnia alia felicitas regis excepit Nichil eis ad bella promptius fuit Inci-
tabat virtutem et ignominie demende cupido Et quia fortia facta in pau-
cis latere non poterant His ita compositis Alexander Arrianorum satrape

alis demerite

constituto iter pronunciari iubet in Ariaspos · quos tunc nomine mutato Euergetes
appellabant ex quo frigore victusque pecunia penuria Ciri exercitum ad fectum
tectis et commeatibus iuverant Quintus dies erat ut in eam regionem per-
venerat Cognoscit Satybarzanem qui ad Bessum defecerat cum equitu
manu rursus irrupisse in alios Itaque Caranum et Erigium cum Arthabazo et
Andronico et vi grecorum peditum · dc · equites sequebantur Ipse lx · diebus
gentem Euergetarum ordinavit magna pecunia ob egregiam in Cyro fide
donata Relicto deinde qui hiis preesset Amedyne scriba · is Darii fuerat
Arachosios quorum regio ad ponticum mare pertinet subegit Ibi exercitum qui sub
Parmenione fuerat occupavit Sex milia macedonum erant et cc · nobiles et v
grecorum erant cum equitibus in presidio relictis ~~dc · dubio~~ dc · haud dubie ro
bur omnium virium Arachosiis datus Menon pretor iiii peditum et · dc · equitibus
in presidio relictis Rex natione ne finitimis quidem satis notam · quippe nullo
commercio volente mutuos usus cum exercitu intravit Parapamisades appellatur
agreste hominum genus · et inter barbaros maxime inconditum locorum asperitas
hominum quoque durauerat gelidissimum septemtrionis axem ex magna parte spectant
Bactrianis ab occidente coniuncti sunt meridiana regio ad mare indicum vergit
Tuguria latere primo struunt · Et quia sterilis est terre materia in nudo etiam
montis dorso usque ad summum edificiorum fastigium eodem laterculo utuntur
Ceterum structura latior ab imo paulatim incremento operis arctius cogitur
ad ultimum in carine maxime modum coit Ibi foramine relicto superne lumen
accipiunt Vites et arbores si que in tanto terre rigore durare potuerunt obruunt
penitus hieme defossa latent Cum discussa aperire humum celo · solique reddunt
Ceterum adeo alte nives premunt terram gelu et perpetuo pene rigore constricte ut
ne avium quidem fere ne ullius vestigium existat Obscura celi verius umbra
quam lux nocti similis premit terram vix ut que prope sunt conspici possint In
hac tamen omnis humani cultus solitudine destitutus exercitus · quicquid malorum
tollerari potest pertulit · inopiam · frigus lassitudinem desperationem Multos exanima
uit rigor insolitus nivis multorum adussit pedes plurimorum oculis precipue
perniciabilis fuit · fatigati siquidem in ipso gelu deficientia corpora sternebant que
cum moveri desissent · vis frigoris ita stringebat ut rursus ad surgendum co
nixi non possent · A commilitonibus torpentes excitabantur Neque aliud reme
dium erat quam ut ingredi cogerentur Tum demum vitali calore moto membris
aliquis redibat vigor Si qui tuguria barbarorum adire potuerunt celeriter re
fecti sunt Sed tanta caligo erat ut edificia nulla alia res quam fumus oste
deret Illi numquam ante in terris suis advena viso · cum armatos repente con
spicarent exanimati metu · quicquid in tuguriis erat afferebant ut corpo
ribus eorum parceretur orantes Rex agmen circuibat pedes iacentes quos
dam erigens et alios cum egre sequerentur adminiculo corporis sui exapiens

Nunc ad prima signa Nunc in mediu. Nunc in vltimo agmine itineris multipli
cato labore aderat. Tandem ad loca cultiora peruentu e, comeatu qz largo recre
atus exercitus simul et qui consequi non poterant in illa castra venerunt Inde
agmen processit ad Caucasum montem cuius dorsum Asyam perpetuo iugo
diuidit hinc simul mare quidem Ciliciam subit. illinc Caspium fretum et
amnem Araxem Alia qz regionis Scythie deserta spectat Thaurus secunde ma
gnitudinis mons committitur Caucaso A Capadocia se attollens Ciliciam pre
terit Armenie qz montibus iungitur Sic inter se iuga velut Syrie coherentia
perpetuu hent dorsum exquo Asie omnia fere flumina alia in Rubru Alia
in Caspiu mare alia in hircanu et ponticum decidunt xvii dierum spacio Cau
casum superauit exercitus Rupes in eo x. in circuitu stadia complectitur in altitu
dinem quatuor excedit. in quo uinctum promothea fuisse antiquitas tradidit
Condende in radicibus montibus vrbi sedes electa est. vii macedonum seniorum
Et preterea militibus quorum opera vti desisset permissum in nouam vrbem
considere hanc quoqz Allexandria incole appellauerunt At Bessus Alexandri
celeritate perteritus Dys patrijs sacrificio rite facto. sicut illis gentibus mos est,
cum amicis ducibus copiarum inter epulas de bello consultabat Graues mero
suas vires extollere hostiu nunc temeritatem. nu͂c paucitatem spernere incipiunt
precipue Bessus ferox verbis et parto per scelus regno superbus ac vix po
tens mentis dicere orditur Secordia Darij creuisse hostium famam Occurrisse
se enim in Cilicie angustissimis faucibus cum retrocedendo posset perducere in
cautos in loca nature situ tot fluminibus obiectis. tot montiu latebris inter que
deprehensus hostis ne fuge quidem ne dum resistendi occasione fuit habiturus
Sibi placere in Sogdianos recedere oxum amnem velut muru hosti obiectu
rum. dum ex finitimis gentibus valida auxilia concurrerent Venturos aut
Cothasmios et Clehas Sagasqz et yndos et vltra Thanaym amnem co
lentes Scythas. quoru neminem adeo humilem esse vt humeri eius pos
sent macedonis militis verticem equare Conclamant temulenti hanc sen
tenciã salubrem esse Et Bessus circumferri merum largius iubet debella
turus super mensam Alex. erat in eo conuiuio Chobares natione medus sz ma
gice artis si modo ars e, no vanissimi cuiusqz ludibriu magis professione qua͂
scia͂ celeber Alioqn moderatus et probus. Is cum prefatus esset scire se ser
uo vtilius ee parere dicto qz afferre consiliu cum illos qui pareant idem qz ce
teros maneat Qui vero suadeat proprium sibi periculum poculu quod hebat in
no͂ manu tradidit Quo accepto Chobares Natura inquit mortaliu Hoc quoqz
nomine praua et sinistra dici potest qz in suo quisqz negotio hebetior est qz in
alieno, Turbida sunt consilia eoru qui sibi suadent. obstat metus alijs cu
piditas. nonnunqz naturalis eoru que cogitaueris amor Nam inte superbia no
cadit/ expertus es vtrumqz qd' ipse reperis aut solum aut ut optimu dicere



magnum onus sustinens capite regium insigne Hoc autem moderate perferendum est aut quod abhominor interiret Consilio non impetu opus est Adiecit deinde quod apud Bactrianos vulgo usurpabant Canem timidum vehemencius latrare quam mordere Altissima queque flumina minimo sono labi Que inserui ut qualiscumque inter barbaros potuisset esse prudencia traderetur In hiis audiencium expectacionem sui spem dederat Tum consilium

Questio est de anima utrum anima possit esse forma et hoc
aliquid. Et videtur quod non. Si enim anima humana est hoc aliquid · Con ·
ergo subsistit et habet per se esse completum. quod autem advenit
alicui post esse completum advenit ei accidentaliter ut albedo homini aut etiam
vestimentum corpori ergo unio anime advenit ei accidentaliter. si igitur anima
est hoc aliquid non est forma naturalis corporis. Item si anima est hoc aliquid
oportet quod sit aliquid individuatum nullum enim universale est hoc aliquid aut igitur
individuatur ex aliquo aut ex se si ex alio et est forma corporis oportet quod in-
dividuetur ex corpore nam forme individuantur ex propria materia et sic sequitur quod
remoto corpore tollitur individuatio anime et sic non poterit esse per se subsistens
nec hoc aliquid si autem ex se individuatur aut est forma simplex aut est
aliquid compositum ex materia et forma si est forma simplex sequitur quod una anima individu-
ata ab alia differre non poterit nisi secundum formam differentia autem secundum formam facit diversi-
tatem speciei sequitur igitur quod anime diversorum hominum sint specie differentes unde et ho-
mines specie differrent non in forma corporis cum unumquodque a propria forma speciem sortiatur.
Si autem anima est composita ex materia et forma impossibile est quod secundum se totam sit forma
corporis nam materia nullius est forma relinquitur ergo quod impossibile est animam esse hoc aliquid
et formam. Item si anima est hoc aliquid sequitur quod sit individuum quoddam. omne autem indi-
viduum est in aliqua specie et in aliquo genere relinquitur ergo quod anima habeat propriam
speciem et proprium genus impossibile est autem quod aliquid propriam speciem habens capiat additionem
alicuius ad speciei eiusdem constitutionem quia ut philosophus dicit viii metaphysice species rerum sunt
sicut numeri in quibus quodcumque subtrahitur vel additur speciem variat materia autem et forma
uniuntur ad speciei constitutionem si igitur anima est hoc aliquid non unietur corpori ut
forma materie. Item cum deus res propter sui bonitatem fecerit que in diversitate rerum
manifestatur tot gradus entium constituit quot potuit natura pati si igitur anima
humana sit per se subsistens quod oportet dici si est hoc aliquid sequitur quod anime per se
existentes sint unius gradus entium forme autem non sunt unius gradus entium separate
sed materialis ergo anima si est hoc aliquid non erit forma alicuius materie. Item si anima
est hoc aliquid et per se subsistens oportet quod sit incorruptibilis cum neque contrarium
habeat neque ex contrariis composita sit si autem est incorruptibilis non potest esse propor-
tionata corpori corruptibili quale est corpus humanum omnis autem forma est
proportionata sue materie igitur si anima est hoc aliquid non erit forma corporis humani.
Item nichil subsistens est actus purus nisi deus. Si ergo anima est hoc aliquid

ut pote per se subsiste erit in ea aliqua compositio actus et potentie et sic non
posset esse forma quia potentia non alicuius actus sic igitur anima sit hoc aliquid
non erit forma Contra sic anima est hoc aliquid potens per se subsiste non quia quod corpus
vivatur nisi per aliquid corpus ipsius aut igitur per aliquid corporum corruptibile aut
per aliquid corporum animale per corporum celeste non quia per se sit subsiste neque etiam
per corporum animale quia principium unde esse cognitio vitalis quia anima humana
possit accipit quin sit organum corporis esse non potest Contra animae procedunt
aliquorum cum nascantur morientium dividuntur aquilegiter perfectam cognitionem
rerum habere quam tamen ut constat perfectam non acquisiverunt Ex igitur anima est
hoc aliquid nulla ratio est quare corpus vivatur ut forma, patet, forma, et hoc aliquid
ex opposito dividuntur Et enim philosophus in 2o de anima quod substantia dividitur in tria
quorum unum est forma aliud materia et tertium est hoc aliquid opposita aut non dicuntur
de eodem ergo anima humana non potest esse forma et hoc aliquid, patet, id quod est hoc
aliquid per se subsistit formae aut propositum est ut sit in alio quae videntur esse oppo
sita Ex igitur anima est hoc aliquid non videtur quod sit forma Et dicebat quod cor
rupto corpore anima remanet hoc aliquid et per se subsistens Contra tunc perit in ea
ratio formae sicut contingit omne quod potest abstrahi ab aliquo manente eius substantia in esse
ei accidentaliter sic igitur anima remanendo post corpus perit in ea ratio formae sequitur
quod ratio formae conveniat ei accidentaliter sed non unitur corpori ad constitutionem
hominis nisi prout est forma ergo unitur corpori accidentaliter et per quod homo erit ens
per accidens quod est inconveniens. Contra sic anima humana est hoc aliquid et per se existens
quia quod per se habeat propriam operationem quia unumquodque rei per se existens est aliqua
propria operatio sed anima humana non habet aliquam propriam operationem quia ipsum intelligere
quod maxime videtur esse eius proprium non est animae sed hominis per animam ut dicitur in primo
de anima ergo anima non est hoc aliquid. Contra sic anima humana est forma corporis
quia quod habeat aliquam dependentiam ad corpus forma enim et materia ab esse invicem
dependent sed quod dependet ex aliquo non est hoc aliquid sic ergo anima est forma
corporis non est hoc aliquid. Contra sic anima est forma corporis quia quod animae et corporis
sit unum esse, nam, ex materia et forma fit unum esse sed animae et corporis
non potest esse unum esse eo quod sunt diversorum generum, anima enim est in genere substantiae
incorporalis corpus vero in genere substantiae corporeae anima igitur non potest esse forma corporis
Contra esse corporis est esse corporale et expositum quantitati esse autem animae est
incorporale simul ergo corporis et animae non est unum esse sed dicebat quod corpus
humanum ipsum esse corporis habet per animam, sed contra Et philosophus in 2o de anima quod anima
est actus corporis organici physici habet igitur quod comparatur ad animam ut materia ad actum
est iam corpus physicum organicum quod non potest esse nisi per aliquam formam

qua constituitur in genere corporis licet igitur corporis sui esse sit esse anime
per principia essentialia que sunt materia et forma ordinatur ad esse sed ad hoc
quod sit hoc aliquid in natura ab uno non requiruntur duo sic igitur cum sit hoc aliquid
licet in se proprium esse non adiungetur ei tamen natura corporis ut materia forme propter esse
compatitur ad speciem anime ut actus eius et sic ergo quod sit supremum in anima inferioris
aut non contingit id quod superius est tamen supremum inferioris sed magis tamen infimum
dicit enim dyonisius vii capitulo de divinis nominibus quod divina sapientia coniungit fines priorum
principiis secundorum corporis igitur quod est inferius anima non pertingit ad esse quod est sup
premum in ipsa propter quod est unum esse et una operatio sicut igitur esse anime humane
coniuncte corpori sit idem cum esse corporis et operatio eius que est intelligere
erit communis anime et corpori quod est impossibile ut probatur in iii° de anima non igitur
unum esse est anime humane et corporis unde sequitur quod anima non sit forma
corporis et hoc aliquid Item cum unumquodque sortitur esse per propriam formam sicut quod est
quod magis est rationalis ergo anima rationalis est forma hominis et est hoc aliquid
et per se subsistens cum per se operetur non enim est intelligere per organum corporeum
ut probatur in iii° de anima anima igitur humana est hoc aliquid et forma Preterea
ultima perfectio anime humane consistit in cognitione veritatis quod est per intellectum
ad hoc autem quod perficiatur anima in cognitione veritatis indiget uniri corpori
quia intelligit per fantasmata que non sunt sine corpore ergo necesse est ut anima f. R°
uniatur corpori ut forma et sit hoc aliquid Responsio dicendum quod hoc aliquid
proprie dicitur individuum in genere substancie dicit enim philosophus in predicamentis quod prime substancie
indubitanter hoc aliquid significant Secunde vero substancie et si videantur hoc aliquid
significare magis tamen significant quale quid individuum autem in genere substancie
non solum est quod per se potest subsistere sed quod sit aliquid completum in aliqua
specie et genere substancie unde philosophus in predicamentis manum et pedem et huiusmodi
nominat partes substanciarum magis quam substancias primas vel secundas quia licet non sint
in aliquo sicut in subiecto quod proprium est accidentis non tamen participant comple
te naturam alicuius speciei unde non sunt in aliqua specie neque in aliquo genere nisi
per reductionem Duobus igitur convenientibus de ratione eius quod est hoc aliquid quidam
utrumque anime abstulerunt humane dicentes animam esse armoniam ut
Empedocles aut complexionem ut Galienus aut aliquid huiusmodi sic enim
anima neque per se subsistere poterit neque erit completum aliquid in aliqua specie
vel genere substancie sed erit forma tantum similis aliis formis materialibus sed hoc posse
stare non potest nec etiam de anima vegetabili cuius operationes cum habeant aliquod
principium supergrediens qualitates activas et passivas que in mutatione=

do et angelo sed habent instinctum tantum ut probatur in iiio de anima. Complexio
aut et armonia qualitates elementales non transcendunt. Similiter aut non potest
stare quantum ad aliam similitudinem cuius operationes sunt in recipiendo species sine materia
ut probatur iio de anima, quod tantum qualitates active et passive ultra materiam se non
extendunt ut potest maxime dispositiones corporales. Multo aut minus potest stare
quantum ad aliam rationem cuius operationes abstrahere et intelligere sunt, quae non solum
a materia sed etiam ab aliis conditionibus materialibus individualibus quae requiruntur ad eorum
dictam virtutem. Et adhuc aliud amplius ipse in anima rationali considerandum est quod non
solum absque materia et conditionibus materie species intelligibiles recipit sed nec etiam in eius
ipsius operatione principale est cum instrumento aliquo organo corporali ut sic quod corpus sit or-
ganum intelligendi sicut oculus est organum videndi ut probatur iiio de anima, et sic est
quod anima intellectiva per se agat ut potest patere operationem habitus absque corporis communione
et quod nunquam agit sed quod est in actu est quod intelligentia habeat esse per se absolutum
non dependens a corpore, forme enim que habent esse dependens a materia vel subiecto
non habent per se operationem non enim calor agit sed calidum et propter hoc proprietas propria mediata
virtute patet anime intellective esse aliquid per se subsistens. Et enim probatur in iiio de anima
quod intellectus est separatus quedam et non corrumpitur et ibidem addit dicens plures ponentes
animam esse immortalem et per se subsistentem ex eo quod movet seipsam, large enim accipitur
motus pro omni operatione ut sic intelligatur quod intellectus movet seipsum quod seipso operatur
sed ulterius ponit Plato quod anima non solum per se subsistit sed quod etiam habeat in se naturam
completam speciei in anima esse dicens totaliter non aliquid compositum ex anima et corpore
sed animam corpore vinculatam ut sit comparatio anime ad corpus sicut naute ad navem
vel sicut induti ad vestem, sed hec opinio stare non potest manifestum est enim id quo
vivit corpus animam esse, vivere autem est esse viventium, anima autem qua corpus
humanum habet esse actu forma est, est igitur anima humana corporis forma. Item si anima
esset in corpore sicut nauta in navi non daret speciem corpori neque partibus eius cuius
contrarium apparet ex hoc quod recedente anima singule partes non retinent pristinum
nomen nisi equivoce dicitur enim oculus mortui equivoce oculus sicut picture aut la-
pidee et sic est de aliis partibus. Preterea si anima esset in corpore sicut nauta in navi
sequeretur quod unio anime et corporis esset accidentalis, mors igitur que signat eorum
separationem non esset corruptio substantialis quod patet esse falsum. Relinquitur igitur quod anima est hoc
aliquid ut per se potens subsistere non habens in se completam speciem sed quod pertinens
ad speciem humanam ut est forma corporis et sic simul est forma et hoc aliquid
sed quod in ordine formarum naturalium considerata sic invenitur: aut inter formas
inferiorum corporum tanto aliqua altior quanto superioribus principiis magis
assimilatur et appropinquat. Quod quidem corpus formarum operationibus comprehendi potest. Forme
enim elementorum que sunt infime et materie propinquissime non habent aliquam
operationem excedentem qualitates activas et passivas, et rarum et densum

Et alie que videntur esse in eis dispositiones. Super has autem sunt forme mixto- Mixtorum
rum corporum que per se habent operationes sicut aliquas operationes consequentem
speciem quam sortiuntur ex corporibus celestibus sicut quod adamas attrahit ferrum
non propter calorem aut frigus aut aliquid huiusmodi sed ex quadam participa-
tione virtutis celestis. Super has autem formas sunt iterum anime plantarum que habent Plantarum
similitudinem non solum ad ipsa corpora celestia sed ad motores corporum celestium
inquantum sunt principia cuiusdam motus quibusdam seipsa moventibus. Super has
autem ulterius sunt anime brutorum que similitudinem iam habent ad substantiam move- Brutorum
tem celestia corpora non solum in operatione qua movet corpora sed et in seipsis
sunt cognitive quamvis brutorum cognitio sit materialium et materialiter tantum, unde orga-
nis corporalibus indigent. Super has autem ultimo sunt anime humane que similes Humanarum
sunt ad superiores substantias eciam in genere cognitionis quia immaterialia cognoscere possunt
intelligendo. In hoc tamen ab eis differunt quod cognitionem immaterialem intellectus ex cognitione
que est per sensum materialium anime humane statim acquirendi habent. Sic igitur ex opera-
tione anime humane modus esse ipsius cognosci potest. Inquantum enim operationem
habet materialia transcendentem, esse autem suum est supra corpus elevatum non dependens
ex corpore. Inquantum vero immaterialem cognitionem ex materialibus nata est acquirere, manifestum
est quod complementum sue speciei esse non potest absque corporis unione. Non enim aliquid
est completum in specie nisi habeat ea que requiruntur ad propriam operationem ipsius speciei.
Sic igitur anima humana inquantum unitur corpori ut forma est elevatum supra cor-
pus non dependens ab eo. Manifestum est autem quod ipsa est in confinio corporalium
et separatarum substantiarum constituta. Ad primum ergo dicendum quod licet anima habeat esse completum 1
non tamen sequitur quod corpus ei accidentaliter uniatur, tum quia illud idem esse quod est anime communicatur
corpori ut sit unum esse totius compositi, tum eciam quia etsi possit per se subsistere
non tamen habet speciem completam sed corpus advenit ei ad completionem speciei. Ad secundum dicendum 2
quod unumquodque secundum idem habet esse et individuationem. Universalia autem non habent esse in rerum
natura ut universalia sunt, sed solum secundum quod sunt individuata. Sic igitur anime esse est a deo
sicut a principio motivo et in corpore sicut in materia, nec tamen anime esse perit
pereunte corpore, et ita est individuatio anime, et si aliquam relationem habeat
ad corpus, non tamen perit pereunte corpore. Ad tercium dicendum quod anima humana non est 3
hoc aliquid sicut substantia completam speciem habens sed sicut pars habentis speciem completam
ut ex predictis patet. Unde ratio non sequitur. Ad quartum dicendum quod licet anima humana possit 4
per se subsistere non tamen per se habet speciem completam. Unde non posset esse quod anime
separate constituerent unum gradum entium. Ad quintum dicendum quod corpus humanum 5
est materia proporcionata anime humane. Comparatur enim ad eam ut potentia ad actum.
Non tamen oportet quod ei adequetur in virtute essendi, quia anima humana non est forma
a materia totaliter comprehensa, quod patet ex hoc quod aliqua eius operatio est supra materiam. Potest
tamen aliter dici secundum sententiam fidei quod corpus humanum a principio aliquo modo

incorruptibile constitutum est et per peccatum necessitatem moriendi incurrit a qua in
fine resurrectionis liberabitur unde patet quod ad immortalitatem anime non
pertingit Ad vjtum dicendum quod anima humana cum sit subsistens composita est ex poten-
tia et actu nam ipsa substantia anime non est suum esse sed comparatur ad ipsum ut
potentia ad actum nec tamen sequitur quod anima non possit esse forma corporis quia
etiam in aliis formis id quod est ut forma et actus in comparatione ad unum est ut
potentia in comparatione ad aliud sicut diaphanum formaliter advenit aeri quod tamen
est potentia respectu luminis Ad vijm dicendum quod anima unitur corpori et propter bonum
quod est perfectio substantialis ut scilicet compleatur species humana et propter bonum quod est perfectio
accidentalis ut scilicet perficiatur in cognitione intellectiva quam anima ex sensibus acquirit
hic autem modus intelligendi est naturalis homini nec obstat quod anime separate pu-
erorum vel aliorum hominum intelligant quia magis competit eis ratione separationis quam
ratione speciei humane Ad viijm dicendum quod non est de ratione eius quod est hoc aliquid
quod sit ex materia et forma compositum sed solum quod possit per se subsistere unde licet compo-
situm sit hoc aliquid non tamen removetur quod possit aliis substantiis competere quod
sint hoc aliquid Ad ix dicendum quod in alio esse sicut accidens in subiecto tollit rationem
eius quod est hoc aliquid esse autem in alio sicut partem quomodo anima est in homine
non omnino excludit quin id quod est in alio possit esse hoc aliquid Ad xm
dicendum quod intelligere est operatio anime secundum quod excedit principium a quo egreditur
operatio enim non egreditur ab anima mediante organo corporali sicut visio
mediante oculo, communicat tamen in ea corpori ex parte obiecti nam fantasmata
que sunt obiecta intellectus sine corporeis organis esse non possunt Ad xjm dicendum
quod corrupto corpore non perit ab anima natura secundum quam competit ei ut sit forma-
lis licet non perficiat materiam actu ut sit forma Ad xijm dicendum quod etiam anima talem
dependentiam habet ad corpus in quantum sine corpore non pertingit ad complementum sue
speciei non tamen sic dependet a corpore quin sine corpore esse possit Ad xiijm dicendum quod
necesse est si anima est forma corporis quod anime et corporis sit unum esse commune quod
est esse compositi nec hoc impeditur per hoc quod anima et corpus sunt diversorum
generum nam neque anima neque corpus sunt in specie vel genere nisi per reductionem
sicut reducuntur ad speciem vel genera totius Ad xiiijm dicendum quod ipsum corruptibile
non est forma nec materia nec ipsum esse sed compositum dicitur autem esse corporis
corruptibile in quantum corpus per corruptionem deficit ab illo esse quod erat sibi et
anime commune quod remanet in anima subsistente et pro tanto etiam dicitur ex contrariis con-
stare esse corporis quod ex contrariis corpus constituitur tale ut possit esse recipere
Ad xvm dicendum quod in diffinitionibus formarum aliquando ponitur subiectum ut informe
sicut cum dicitur motus est actus existentis in potentia aliquando autem

ponitur secundum formam sicut enim dicit Aristoteles est actus mobilis et lumen
est actus lucidi et hoc modo anima dicitur actus corporis organici sicut lumen
facit aliquid esse lucidum. Ad xxviii dicit quod principia essentialia alicuius speciei non
ordinantur ad esse tamen secundum ad esse eiusdem speciei licet igitur anima possit per se esse
non tamen potest in complemento sue speciei esse sine corpore. Ad xxviii dicit quod licet
sit esse formalissimum inter entia tamen est maxime communicabile licet non eodem
ab inferioribus et superioribus communicatur sicut ergo corpus esse anime participat secundum
non ita nobiliter sicut anima. Ad xxviii dicit quod quamvis esse anime sit corporis
non tamen corpus attingit ad esse anime participandum secundum totam suam
nobilitatem et virtutem et ideo est aliqua operatio anime in qua non
communicat corpus. Secundo queritur utrum anima humana sit separata a corpore
secundum esse et videtur quod sic. Et cum philosophus in iii de anima quod sensitivum non sine cor-
pore est intellectus autem est separatus / intellectus autem est anima humana ergo anima
humana est secundum esse separata a corpore. Contra anima est actus corporis orga-
nici physici in quantum corpus est organum eius / si igitur unitur secundum esse corpori
ut forma oportet quod corpus sit organum eius / quod est impossibile ut probat philosophus
iii de anima. Contra maior est coniunctio forme ad materiam quam virtutis ad organum
sed intellectus propter suam simplicitatem non potest esse coniunctus corpori sicut virtus
organis ergo multo minus potest ei uniri sicut forma materie. Sed dicebat quod
intellectus id est potentia intellectiva non est organum sed essentiam anime
intellective unitur eius corpori ut forma. Sed effectus per se non est simplicior
sua causa sed potentia anime est effectus essentie eius quod omnes potentie
fluunt ab essentia eius nulla ergo potentia anime est simplicior essentia anime
si ergo intellectus non potest esse actus corporis ut probatur iii de anima neque anima
intellectiva poterit uniri corpori ut forma. Item omnis forma unita
materie individuatur per materiam si igitur anima intellectiva unitur corpori ut
forma oportet quod sit individuata ergo forme recepte in ea sunt forme
individuate non ergo anima intellectiva poterit universalia cognoscere quod
patet esse falsum. Item forma universalis non est quod sit intellectiva nisi actu que est
extra animam quod omnes forme que sunt in rebus extra animam
sunt individuate sed forme intellecte sunt universales oportet quod hoc habeant
ab anima intellectiva non igitur anima intellectiva est forma individua-
ta et ita non unitur corpori secundum esse. Sed dicebat quod forme intelligibiles
ex illa parte qua sunt rerum similitudines sunt universales representantes res secundum
naturam communem et non secundum principia individuata. Sed cum non forma sit
principium operationis operatio egreditur a forma secundum modum quo inheret
subiecto / quanto enim aliquid est calidum tanto calefacit / Si igitur species rerum

que sunt in anima intellectiua sint indiuiduate ex ea parte qua inhe
rent anime cognitio que sequitur est indiuidualis tm et non vlis pr
phs 3° de anima qd sicut trigonum est in tetragono et tetragonum
in pentagono ita intellectiuum in sensitiuo et sensitiuum in intellectiuo sed trigonum
non est in tetragono actu sed potentia tm neq tetragonum in pentagono
ergo nec intellectiuum nec sensitiuum sunt actu in intellectiua parte anime cum ergo pars
intellectiua non vniatur corpori nisi mediante intellectiuo et sensitiuo ex quo intellec
tiuum et sensitiuum non actu sed in sensitiuo et intellectiuo intellectiuum pars anime non
est corpori vnita pr phs 3° in xviii de animalibus qd non est simul animal et
homo sed prius animal et postea homo non igitur idem est quo homo est animal et quo est
homo sed animal est per sensitiuum homo per intellectiuum non igitur sensitiuum et intellectiuum
vniuntur in vna substantia anime et sic idem qd prius pr forma est in eo cum
qua vnitur sed intellectus non est de genere corporalium intellectus igitur non est
forma vnita corpori sicut materie pr ex duobus subiectis existentibus actu non fit
aliquod vnum sed tam corpus qd intellectus est forma existens actu non igitur intellectus
est vnita corpori ut ex eis fiat aliquid vnum pr omnis forma vnita materie
reducitur in actum per motum et mutationem materie sed anima intellectiua non redu
citur in actum de potentia materie sed est ab extrinseco ut phs 3° xvi de animalibus
ergo non est forma vnita materie pr vnumquodque eius qd est sic operatur sed anima
intellectiua habet operationem per se sine corpore scilicet intelligere ergo non est vnita
corpori eius esse pr nimium inconueniens est deo impossibile sed impossibile est
qd anima innocens corpore includatur qd est carcer sibi impossibile est igitur
deo qd anima intellectiua vniatur corpori pr nullus artifex sapiens prestat
impedimentum suo operato sed anime intellectiue est maximum impedimen
tum corpus adultatis cognitionem perpendam in qua perfectio eius consistit
eius id sapiens ix corpus qd corrumpitur aggrauat animam non ergo deus anima
intellectiuam vniuit corpori pr ea que sunt vnita adinuicem habent
mutuam affinitatem adinuicem sed anima intellectiua et corpus habent contrarie
tatem qr caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem vt ad Gal vto
non igitur anima intellectiua vnita est corpori pr intellectus est in potentia
ad omnes formas intelligibiles nullam earum habens in actu sed habet ratione
et prima materia vna omnium ergo et intellectus est vnus omnium et sic non est vnitus
corpori qd ipsum indiuiduet pr ut probat phs in 3° de anima qd si intel
lectus possibilis haberet organum corporale haberet aliquam naturam determinatam
de naturis sensibilibus et sic non esset receptiuus et cognitiuus omnium formarum

sensibilium sed magis forma unitur materie quam virtus organo ergo si intellectus
uniatur corpori ut forma haberet aliquod organum sensibile determinatum et sic
non esset receptiva et cognitiva formarum omnium sensibilium quod est impossibile
Preterea omnis forma unita materie est in materia recepta omne autem quod recipitur in
aliquo est in eo per modum recipientis ergo omnis forma unita materie est in ea
per modum materie sed modus materie sensibilis et corporalis non est quod recipiat aliquid
per modum intelligibilem non igitur intellectus habeat esse intelligibile non est forma
materie corporali unita Preterea si anima unitur materie corporali oportet quod recipiatur in
materia sed quicquid recipitur ab eo quod est in materia receptum est in materia receptum
ergo anima si est unita materie quicquid recipitur in materia sed forme intelligibiles
non possunt recipi a materia prima quamvis per abstractionem anima intelligibiles
fiunt ergo anima que est unita materie corporali non est receptiva formarum
intelligibilium et ita intellectus qui est receptivus formarum intelligibilium non
est unitus materie corporali Sed contra est quod philosophus dicit in ii de anima quod non oportet
querere si anima et corpus sunt unum sicut nec de cera et figura sed figura cera
nullomodo potest esse separata a cera rei esse ergo nec anima separata est a corpore
sed intellectus est pars anime ut philosophus dicit in iii de anima ergo intellectus non est separa-
tus a corpore Si dicatur Preterea nulla forma est separata anima Si dicatur quod anima intellectiva
est forma corporis ergo non est separata anima Si dicatur Responsio dicendum quod ad evidentiam
huius questionis considerandum est quod utrumque aliquid quod invenitur in
potentia aliquid in actu oportet aliquod esse principium per quod res illa sit in pote-
ntia sicut homo qui est sentiens actu et qui in potentia et propter hoc in
homine oportet ponere principium sensitivum quod sit in potentia ad sensibilia si enim esset
per se sentiens actu forme sensibilium inessent actu principio sentiendi semper non
homo qui invenitur intelligens actu qui intelligens in potentia tunc oportet in
homine considerare aliquod intellectum principium quod sit in potentia ad intelligibilia
et hoc principium philosophus in iii de anima vocat intellectum possibilem Tunc igitur intellectum
possibilem necesse est esse in potentia ad omnia que sunt intelligibilia per hominem et
receptivum eorum et per quod denudatum ab illis quod est quod est receptivum aliquorum
et in potentia ad ea quantum de se est oportet quod sit denudatum ab eis sicut pu-
pilla que est receptiva omnium colorum caret omni colore homo autem natus
est intelligere omnes formas sensibilium rerum oportet igitur intellectum possibilem esse denudatum
quantum in se est ab omnibus formis sensibilibus et materialibus et ita oportet quod non habeat
aliquod organum corporeum si igitur haberet aliquod organum corporale determinaretur
ad aliquam naturam sensibilem sicut potentia visiva determinatur ad naturam oculi Per
hanc autem philosophi determinationem excluditur positio antiquorum philosophorum qui pone=

R°

dant intellectum non differre a potenciis consistentibus vel quecumque alii posuerunt
principium quo intelligit homo esse aliquam formam vel virtutem permixtam corpori sicut
alie forme aut virtutes materiales sed hic quidam surgentes in contrarium dila-
buntur errorem estimant enim sic intellectum possibilem esse denudatum ab omni materia
possibilem et permixtum corpori quod sit quedam substancia a corpore separata que sit in
potencia ad omnes formas intelligibiles sed hec positio omnino stare non potest
non enim inferimus de intellectu possibili nisi inquantum quod per eum intelligit homo sic enim
aristoteles in eius notitiam devenit quod patet ex hoc quod dicit in iiio de anima incipiens
tractare de intellectu possibili de parte anime qua cognoscit et sapit anima conside-
randum est / et iterum dico autem intellectum possibilem quo intelligit anima si autem intellectus
possibilis esset substancia separata impossibile esset quod eo intelligeret homo / non enim est possibile
quod si aliqua substancia operatur aliquam operacionem quod illa operacio sit alterius substancie ab
ea diverse licet duarum substanciarum una possit alteri esse causa operandi ut principa-
le agens instrumento principalis tamen actio agentis non est actio eadem scilicet / instru-
menti actio principalis agentis sit in movendo instrumentum actio non instrumenti
in moveri a principali agente et movere aliquid aliud sic igitur si intellectus
possibilis sit substancia separata scilicet / esse absque homine vel ab illo impossibile est quod intelli-
gere intellectus possibilis sit hominis non illius vel non ista operatio que est intelli-
gere non attribuatur alii principio in homine nisi intellectum possibilem sequitur quod nullus
homo aliquid intelligat verum ideo modo disputandi est contra hanc positionem
et contra negantes principia ut patet per disputationem aristotelis contra eos in iiii methaphysice
hec autem inquirentes [illegible] sententia averroys hominem posuerunt forma-
liter posuit intellectum possibilem licet scilicet / esse a corpore separatum tamen continuari cum homine
mediantibus formis fantasmatum fantasmata enim ut dicit philosophus in iiio de anima se habent
ad intellectum possibilem sicut sensibilia ad sensum ut colores ad visum sic igitur species
intelligibiles habent duplex subiectum unum in quo est scilicet / esse intelligibile
et hoc est intellectus possibilis aliud in quo est verum esse reale et hoc subiectum
sunt ipsa fantasmata sic igitur quedam continuatio intellectus possibilis cum
fantasmatibus inquantum species intelligibiles est quodammodo utrobique et per hanc
continuationem homo intelligit per intellectum possibilem sed ista continuatio ad hoc non
sufficit non enim aliquid est cognitivum ex hoc quod ei adest species cognoscibilis
sed ex hoc quod ei adest potencia cognitiva patet autem scilicet / predicta quod homini
non adest nisi sola species intelligibilis potencia autem intelligendi que est
intellectus possibilis est omnino separata homo igitur per continuationem predictam non ha-
bet quod sit intelligens sed solum quod intelligatur vel ipse vel aliquid eius quod
ipsa species inductum manifeste apparet sed enim sic se habent fantasmata

ad intellectum sicut colores ad visum non est tamen perducta aliqua continua-
tio intellectus possibilis ad nos per fantasma quod quae est visus ad parietem
per colores paries autem non dicitur per hoc quod colores sunt in eo quod videat
sed quod videatur tamen visus et hoc non sequitur per hoc quod fantasma sit in eo quod
intelligat sed solum quod intelligatur. Et per fantasma non dicitur esse positivum specierum in-
telligibilium simpliciter quod est intelligentia in actu sed magis per abstractionem a fanta-
smatibus fit intelligentia in actu intellectus autem possibilis non est positivum
specierum intelligibilium nisi simpliciter quod est intelligentia in actu et abstracta a fantasma-
tibus non igitur aliquid unum est quod sit in intellectu possibili et fantasmatibus
per quod intellectus possibilis continuetur nobiscum, praeterea si species intelligibiles non est
aliquid intelligens nisi simpliciter quod sit intellecte in actu sequitur quod nos nullomodo simus
intelligentes simpliciter propter veritatem positionis non enim adveniunt species intelligibiles nisi simpliciter
quod sunt in fantasmatibus prout sunt intellecte in potentia tamen sic igitur apparet
ex parte una perversitatem positionis esse impossibilem et etiam apparet quod una species
separata quae non sunt perfectissime impossibile est quod in suis operationibus
indigeat aliquibus rebus materialibus aut operationibus earum aut quod sint
in potentia ad aliqua quae sunt extrinseca quod etiam manifestum est de corporibus
celestibus quae sunt infra substantias separatas. unde cum intellectus possibilis sit
in potentia ad species rerum sensibilium et si compleatur eius operatio sine fantasma-
tibus quae ex operationibus nostris dependent impossibile et inopinabile est quod
intellectus possibilis sit una de substantiis separatis unde dicendum est quod est quaedam virtus seu
potentia animae humanae. Licet enim humana sit quaedam forma corpori unita
ita tamen quod non sit a corpore totaliter comprehensa et ei immersa sicut aliae formae
materiales sed excedit capacitatem totius materiae corporalis quantum ad illud
in quo excedit materiam corporalem inest ei esse in potentia ad intelligibilia
quod pertinet ad intellectum possibilem secundum vero quod unitur corpori habet operationes et
vires in quibus communicat ei corpus sicut sunt vires partis nutritivae et sen-
sitivae et sic salvatur natura intellectus possibilis quam Aristoteles demonstrat | unde intellectus
possibilis non est potentia fundata in aliquo corporali et cum eo intelli-
git hoc in quantum fundatur in essentia animae humanae quae est corporis forma
Ad primum ergo dicendum quod intellectus dicitur separata non sensus quia intellectus remanet
corrupto corpore in anima separata, non autem potentia sensitiva | vel aliter
dicendum et melius quod intellectus non utitur organo corporali in operatione sicut sensus
Ad secundum dicendum quod anima est actus organici eo quod corpus est organum eius 2
non tamen oportet quod sit organum eius quantum ad quamlibet eius potentiam et virtutem.

3 cum anima humana excedat proportionem corporis ut dictum est. Ad tertium dicendum quod or-
ganum alicuius potentie est principium operationis illius potentie. Unde si intellectus
uniretur alicui organo, operatio eius esset etiam illius organi operatio. Et sic non
esset possibile quod principium quo intelligimus esset denudatum ab omni natura sensibili.
Principium enim quo intelligimus scilicet possibilis intellectus sic esset cum suo orga-
no sicut principium quo videmus scilicet visus sic est cum pupilla. Sed si anima
humana est forma corporis et intellectus possibilis est quedam virtus eius, non
sequitur quod intellectus possibilis debeat recipere aliquam naturam sensibilem, quia anima humana ex-
x cedit corporis proportionem ut dictum est. Ad nonum dicendum quod intellectus possibilis est
quamvis animam humanam in quantum supra materiam corporalem elevatur. Unde per hoc quod non
est actus alicuius organi non excedit totaliter essentiam anime sed est supremum
7 in ipsa. Ad decimum dicendum quod anima humana est quedam forma individuata
et similiter potentia eius que dicitur intellectus possibilis et forme intelligibiles in eo
recepte. Sed hoc non prohibet eas esse intellectas in actu. Ex hoc enim quod aliquid
est intellectum in actu quod est immateriale, non autem ex hoc quod est universale. Sed universale ma-
gis habet quod sit intelligibile per hoc quod est abstractum a principiis materialibus
individuantibus. Manifestum est autem substantias separatas esse intelligibiles
actu et tamen individua quedam sunt, sicut Aristoteles dicit in VII Metaphysice quod forme
separate quas Plato ponebat esse individua quedam erant. Unde manife-
stum est quod si individuatio repugnaret intellectui, quod eadem difficultas re-
maneret ponentibus intellectum possibilem substantiam separatam, sicut enim intellectus
possibilis individuus esset individuatas species in se receptas. Sciendum igitur quod
quamvis species recepte in intellectu possibili sint individuate ex illa parte
qua inherent intellectui possibili, tamen in quantum sunt immateriales cognoscitur
universale quod concipitur per abstractionem a principiis individuantibus. Universalia enim
de quibus sunt scientie sunt que cognoscuntur per species intelligibiles, non ipse
species intelligibiles, de quibus planum est quod non sunt scientie omnes sed sola
physica et metaphysica. Species enim intelligibilis est quo intellectus intelligit,
non id quod intelligit nisi per reflexionem in quantum intelligit se intelligere et id
6 quo intelligit. Ad undecimum dicendum quod intellectus dat formis intellectis universalitatem
in quantum abstrahit eas a principiis materialibus individuantibus. Unde non oportet
a quod intellectus sit universalis sed quod sit immaterialis. Ad duodecimum dicendum quod species operationis
consequitur speciem forme que est operationis principium, licet in efficacia operationis
requiratur fortitudo, scilicet quod inhereat forma fortiter. Ex eo enim quod calor est calefacit,
sed non eodem modo quo perficit subiectum magis vel minus efficaciter calefacit.

intelligere autem volitio pertinet ad perfectionem intellectualis operationis unde hic se
quitur perfectionem intellectualem, scilicet, perfectam operationem secundum eam quod inest intelligenti
perfectius vel minus perfecte sequitur quod aliquibus perfectius vel minus perfecte intelli
gat. Ad viii dicendum quod similitudo philosophi de figuris ad partes anime attenditur quantum 8
ad hoc quod tetragonum habet quinqueangulum habet trigonum et adhuc amplius et secundum
hoc ostenditur quod nutritivum et sensitivum est anima vel differat ab intellectivo
secundum magis quod unum illorum includat alium. Ad ix dicendum quod sicut non sequitur quod 9
compositum animal et homo ita non sequitur est animal et equus ut philosophus ibidem dicit non igitur
hic vero dicit quod ad principium sit in homine substantia anima sensitiva qua est
animal et aliud anima intellectiva qua est homo unde non possunt dici quod hec duo
sunt specialiter plura principia sub ea quorum unum sit animal et aliud sit equus
secundum hoc ea ratione dicit quod in animali concepto prius apparent operationes imperfecte
et postea apparent magis perfecte sicut dicit generatio est transmutatio
de imperfecto ad perfectum. Ad xiii dicendum quod forma non est in aliquo genere 10
ut dictum est, unde cum anima intellectiva sit forma hominis non est in alio
genere quam corpus secundum utrumque est in genere animalis et in specie hominis per reductionem.
Ad xi dicendum quod coordinatis substantiis actu existentibus et perfectis in sua specie 11
et ita non sit aliquod unum. anima autem et corpus non sunt huiusmodi cum sint
partes nature humane unde ex eis includit perficitur fit unum. Ad xii dicendum quod 12
anima humana licet sit forma unita corpori tamen excedit proportionem totius
materie corporalis et ideo non potest educi in actum de potentia materie per aliquem
motum vel mutationem sicut alie forme que sunt immerse materie. Ad xiii 13
dicendum quod anima habet operationem in qua non communicat corpus ex ea parte qua superat
omnem corporis proportionem eius non remanet quin sit aliquomodo corpori uni=
ta. Ad xiiii dicendum quod obiectio illa procedit, scilicet, positionem Origenis qui posuit 14
animas creatas a principio absque corporibus inter substantias spirituales et postea
eas esse unitas corporibus quasi carceribus inclusas secundum hoc dicebat animas
passas non ignoscentes secundum merito precedentis peccati. estimabat enim
Origenes quod anima humana haberet in se speciem completam sine corpore per locis
et quod corpus adveniret ei per accidens. secundum cum hoc sit falsum ut supra ostensum
est non est in detrimentum anime quod corpori uniatur secundum hoc est ad perfectionem sue
nature secundum quod corpus sit ei carcer et eam inficiat hoc est ex merito prevarica
tionis prime. Ad xv dicendum quod ille modus cognoscendi est naturalis anime 15
ut percipiat intelligibilem veritatem infra modum quo percipiunt spirituales
substantie superiores accipiendo ea a sensibilibus secundum in hoc etiam modo patitur.

impedimentum ex corruptione corporis que proveniunt ex parte organi peccat
16 Ad xvi dicendum quod licet ipsum quod caro concupiscit adversus spiritum ostendit etiam
affinitatem anime ad corpus / propter quod enim dicitur pars anime superior qua homo excedit
alia animalia ut aug' dicit super Genesim contra Manicheos Caro autem concupiscere
dicitur quod potentie anime carni affixe ea que sunt delectabilia carni concupiscunt
17 que concupiscentie spiritum interdum repugnat / Ad xvii dicendum quod intellectus possibilis
non habet aliquam formam intelligibilem in actu sed in potentia tantum sicut materia prima
non habet aliquam formam sensibilem in actu / unde non oportet quod intellectus possibilis sit unus
in omnibus sed quod sit unus respectu omnium formarum intelligibilium / sicut materia prima in respe-
18 ctu omnium formarum sensibilium est una / Ad xviii dicendum quod si intellectus possibilis
haberet aliquod organum corporale oporteret quod illud organum esset principium
simul cum intellectu possibili quo intelligimus / sicut pupilla cum potentia
visiva est principium quo videmus / et ita principium quo intelligimus
haberet aliquam naturam determinatam sensibilem quod patet esse falsum ex demonstratione
supra inducta / Hoc autem non sequitur ex hoc quod anima est forma humani
corporis et intellectus possibilis est quedam potentia eius in quantum excedit
19 corporis proportionem / Ad xix dicendum quod anima licet uniatur corpori ut forma, modum cor-
poris tamen excedit ex ea parte qua excedit corporis capacitatem naturam intelligi-
bilem et sic forme in ea recepte sunt intelligibiles et non materiales unde patet
Decimo queritur utrum intellectus possibilis sive anima intellectiva sit una
Con in omnibus / et videtur quod sic perfectio enim proportionata est perfectibili
sed veritas est perfectio intellectus / nam verum est bonum intellectus sicut philosophus
dicit vi° ethicorum cum ergo veritas sit una quam omnes intelligunt videtur quod
intellectus possibilis sit unus in omnibus / praeterea aug' in libro de quantitate anime
dicit de numero animarum nescio quid tibi respondeam / si enim dixero unam esse animam
conturbaris in alio beata est in alio misera nec una res beata simul esse
potest et misera / et si unam simul et multas dicam ridebis nec facile
mihi unde tuum risum comprimam suppetit / si multas tantum dixero esse ipse-
met ridebo minusque me displicentem quam te perferam videtur ergo derisibile
9 in pluribus hominibus plures esse animas / praeterea omne quod distinguitur ab alio distin-
guitur per aliquam naturam determinatam quam habet / sed intellectus possibilis est in potentia ad
omnes formas nullam habens in actu / ergo intellectus possibilis non potest distingui
3 ergo nec multiplicari ut sint multi in diversis / praeterea intellectus possibilis denu-
datur ab omni quod intelligit quia intellectus est eorum que sunt eius intelligentia
ut dicitur in iii° de anima sed ut iterum dicitur ipse est intelligibilis sicut

et alia quod ipse est denudatus a corpore et ita non sunt res possit multi-
plicari in diversis. Tertio: in quibus distinctio et multiplicatio est aliquid de
forma, pluribus eius speciebus forma est una et pluribus animalibus anima; sed intellectus
possibilis nullam aliquam habet formam ut dicitur in libro de anima, quod intellectus possibilis
non potest distingui et multiplicari in diversis. Tertio: in hiis que sunt separata
a materia ut dicit Rabi Moyses non fit multiplicatio nisi secundum causam et causatum;
sed intellectus hominis huius aut anima non est causa intellectus aut anime alterius; cum igitur
intellectus possibilis sit separatus ut dicitur in libro de anima, non erit intellectus possibilis multi-
plex in diversis. Tertio: philosophus dicit in libro de anima quod idem est intellectus et quod intelligitur;
sed quod intelligitur idem est apud omnes; ergo et intellectus possibilis est unus et idem in
omnibus hominibus. Tertio: id quod intelligitur est universale quod est unum in multis; sed forma intel-
lectiva non habet universalitatem propter rem; non enim est forma hominis in re aliqua
nisi individuata et multiplicata in diversis; ergo hoc habet propter intellectum; in-
tellectus est igitur unus in omnibus. Tertio: philosophus in libro de anima dicit quod anima est locus specierum;
sed locus est continens diversa que in loco sunt; non igitur multiplicatur in diver-
sis hominibus; sed dicebat quod anima est locus specierum quia est specierum potentia; sed contra:
sicut intellectus est continentia specierum intelligibilium ita sensus specierum sensibilium;
si igitur intellectus est locus specierum pari ratione et sensus erit locus specierum, quod est contra
philosophum in libro de anima dicentem quod anima est locus specierum non tota sed intellectiva.
Tertio: intellectus nichil operatur nisi ubi est; sed intellectus possibilis operatur ubicumque; in-
telligit enim que sunt in celo et que sunt in terra et que sunt ubicumque;
ergo intellectus possibilis est in omnibus unus. Tertio: quod est diffinitum ad aliquod unum
particulare habet materiam determinatam quia principium individuationis materia est; sed intellectus
possibilis non determinatur ad materiam ut probatur in libro de anima; ergo non diffinitur
ad aliquod particulare et ita est unus in omnibus; sed dicebat quod intellectus possibilis
habet materiam in qua est et ad quam habet terminari scilicet corpus; sed contra: principia
individuantia debent esse de essentia individuati; sed corpus non est de
essentia intellectus; ergo non potest individuari per corpus et per consequens nec multipli-
cari. Tertio: philosophus dicit in libro de celo quod si essent plures mundi essent plures celi
primi; sed si essent plures celi primi essent plures motores et sic primi mo-
tores essent materiales; pari igitur ratione si sint plures intellectus possibiles in pluribus
hominibus intellectus possibilis esset materialis quod est impossibile. Tertio: si intellectus possibiles
sint plures in hominibus oportet quod remaneant multi corruptis corporibus; sed cum
tunc non possit in eis esse differentia nisi secundum formam oportebit quod differant
secundum speciem, cum quod corrupto corpore speciem aliam non obtineat quia nichil.

mutatur dependet in specie nisi corrumpitur et ante corruptionem corporum non
species differebat sed hoc est species ab anima intellectiva ergo diversi contrarie
non sunt eiusdem speciei quia patet esse falsum Item id quod est separatum a corpore non potest
multiplicari per corpora sed intellectus possibilis est separatus a corpore ut probat
philosophus in 3o de anima ergo non potest multiplicari aut distingui per corpora
non ergo in pluribus sunt plures Item si intellectus possibilis multiplicaretur in diversis
ergo quia per species intelligibiles multiplicatur in diversis et ita sequitur quod forme
intelligibiles sunt individuales sed forme individuales non sunt intellecte
nisi in potentia ergo per quod abstrahatur a behs vel quia sunt intelligibiles forme
igitur que sunt in intellectu possibili erunt intelligibiles in potentia tamen et ita
intellectus possibilis non poterit intelligere in actu quod est inconveniens Item agens
et patiens et movens et motum sunt aliquid commune sicut fantasma autem
in nobis ad intellectum possibilem comparatur que in nobis sunt sicut agens ad
patiens et movens ad motum ergo intellectus qui est in nobis est aliquid
commune cum fantasmatibus sed intellectus possibilis nullum aliquid est quo ut dicitur
in 3o de anima ergo intellectus possibilis est aliquis ab intellectu qui est in nobis et
ita intellectus possibilis non multiplicatur in diversis corporibus Item unumquodque in
quantum est unum est unum igitur esse non dependet ab alio nec unitas eius
dependet ab illo sed esse intellectus possibilis non dependet a corpore alias corrum-
peretur corrupto corpore ergo nec unitas intellectus possibilis dependet a corpore
et per consequens nec eius multitudo non igitur intellectus possibilis multiplicatur
in diversis corporibus Item prout dicit in … quod in illis que sunt forme
tamen idem est res et quod quid erat esse … sed intellectus possibilis vel
anima intellectiva est forma tamen … comprehenditur … et … non esset
forma aliqua anima igitur intellectiva est ipsa … species … igitur … species
est una in omnibus anima … intelligens non potest esse quod anima intellectiva mul-
tiplicetur in diversis Item anima non multiplicatur nisi … quod
… corpori sed intellectus possibilis … consequitur animam qua cor-
poris … intellectus igitur possibilis non multiplicatur in … Item si anima … multiplicatur in diversis corporibus et intellectus
possibilis per multiplicationem animarum non … et oporteret species intelligi-
biles multiplicari si intellectus possibilis multiplicatur relinquitur quod … multiplicationis principium est materia corporalis sed quod multiplicatur in
materia est individuale et non intelligibile in actu species igitur que
sunt in intellectu possibili non erunt intelligibiles actu quod est inconveniens

non igitur anima humana et intellectus possibilis multiplicatur in diversis
secundum totum perfectionem possibilem secundum quam intelligit. Et enim Philosophus in 3o de anima vocat in-
tellectus possibilis esse quo intelligit anima. Si igitur sit unus intellectus possibilis in
omnibus sequitur quod id quo unus intelligit alius intelligat, quod patet esse falsum. Secun-
da intellectiva comparatur ad corpus ut forma ad materiam et ut motor ad in-
strumentum, sed omnis forma requirit determinatam materiam et omnis motor determina-
ta instrumenta, impossibile est igitur quod sit una anima intellectiva in diversis corporibus.
Responsio. Dicendum quod ista questio aliqualiter dependet a superiori, si enim intellectus possibilis
est substantia separata, scilicet esse a corpore necessarium est eum esse unum tantum, que enim
sunt esse sine corpore separata nullo modo per multiplicationem corporum multiplicantur.
Sed tamen unitas intellectus possibilis requirit consideracionem, quia specialem habet
difficultatem. Videtur enim in illo aspectu hoc esse impossibile quod unus intellectus
sit omnium hominum. Manifestum est enim quod intellectus possibilis comparatur ad perfectiones
scientiarum sicut perfectio prima ad secundam, et per intellectum possibilem sumus in potentia
scientes, et hoc cogit adponere [?] intellectum possibilem. Manifestum est autem
quod perfectiones scientiarum non sunt eedem in omnibus, cum quidam inveniantur habere
scientias quibus alii carent. Hoc autem videtur inconveniens et impossibile quod perfec-
tio secunda non sit una in omnibus perfectione prima existente una in eis, sicut est
impossibile quod unum subiectum primum sit in actu et in potentia respectu eiusdem
forme, sicut quod superficies sit in potentia et in actu simul alba. Hoc autem incon-
veniens evadere nituntur quidam ponentes intellectum possibilem unum in omnibus
propter quod species intelligibiles in quibus consistit perfectio sive habitus duo subiecta
ut est superius dictum est, scilicet ipsa fantasmata et intellectum possibilem, et quia
fantasmata non sunt eadem in omnibus ab illa parte nec species intelligibiles sunt
eedem omnibus ex illa parte qua sunt in intellectu possibili non multiplicantur
et inde est quod propter diversitatem fantasmatum unus habet scientiam qua alius
caret. Et iterum hoc patet frivolum esse ex hiis que superius dicta sunt. Species enim
non intelligibiles actu nisi propter hoc quod a fantasmatibus abstrahuntur et sunt
in intellectu possibili. Diversitas ergo fantasmatum non potest esse causa unitatis et mul-
titudinis perfectionum que sunt scientiarum intelligibilium. Non enim habitus scientiarum
sunt sicut in subiecto in aliqua parte pertinente ad animam sensitivam ut dicunt.
Sed adhuc aliud difficilius sequitur ponentibus intellectum possibilem esse
in omnibus unum, quia cum est quod hec operatio que est intelligere egreditur
ab intellectu possibili prout a primo principio per quod intelligit unus, sicut hec

operatio sentire egreditur a potentia sensitiva et sic patet ostensio sic
quod si intellectus possibilis est sic, cum ab homine separatus non est possibile quod intelligere
quod est intellectus possibilis sit operatio huius hominis vel illius nisi sit in inconvenientibus
dicto sequitur quod hic homo et ille intelligant per ipsum intelligere intellectus
possibilis nulla autem operatio potest multiplicari nisi duplici vel propter obie-
ctorum vel propter plurium operantium potest tamen addi tertium propter temporis sic cum
aliqua operatio recipit interpolationem ipsius ergo intelligere equum autem
intelligere hominem et cetera, sed tamen ut aliud sit in uno intelligere quod fuit heri
ea et quod est hodie sic est discontinuata operatio non autem potest multiplicari
propter plurium operantium si intellectus possibilis est unus tantum si igitur ipsius intelli-
gere intellectus possibilis est intelligere huius hominis et illius posset quidem esse
aliud intelligere huius hominis et intelligere illius si diversa intelligat cum
aliqua non esse potest diversitas fantasmatum ut ipse dicit et per hoc po-
test multiplicari ipsius intelligere ut unus hodie intelligat et alius
cras quod est potest repetitio ad diversitatem ipsorum fantasmatum sed duorum hominum
sit unum et idem uno ipsius intelligere necesse est quod sit unum et idem
uno ipsius intelligere quod manifeste est impossibile **T** impossibile igitur est quod intellectus
possibilis formaliter sit unus in omnibus si autem per intellectum possibilem intelligere
sicut per primum activum quod facit nos intelligentes per aliquod principium intel-
lectivum in nobis existens praeter magis impossibile nam unum movens movet
diversa ad operandum sed quod aliqua diversa operentur per aliquid unum formaliter
hoc est omnino impossibile **T** item forte et species rerum naturalium per proprias operationes
cognoscuntur propria autem operatio hominis in eo quod est homo est intelligere et ratio-
cinari unde oportet quod principium huius operationis sit intellectus sit illud quo
homo speciem sortitur et non per animam sensitivam aut per aliquam unam omnibus
si igitur intellectus possibilis est unus in omnibus velud quedam species separata se-
quitur quod omnes homines sortiantur speciem per unam substantiam separatam quod est simile
positioni ydearum et eadem difficultatem habebit unde propter hoc est
quod intellectus possibilis non est in omnibus sed multiplicatur in diversis et tunc sic quod
vel potentia anime humane multiplicatur secundum multiplicationem subiecti
ipsius hanc multiplicationem sic considerare potest si enim aliquis conside-
raverit aliquam quantitatem nullam multitudinem recipiat necesse est quod 1 8
commune multiplicetur, sed nunc eadem species remaneat sic ergo

accidentalis sunt carnes et ossa ideo distinctio accidentalis quae est scilicet habitus
ad illas carnes facit diversitatem in numero et non in specie manifestum est
autem ex dictis quae supra dicta sunt quod de ratione animae humanae est quod
corporis humani sit unibilis non habeat in se speciem completam sed speciei comple-
mentum sit in ipso composito ideo quod sit unibilis huic aut illi corpori
multiplicatur anima scilicet numero non autem scilicet specie et haec albedo differt
ab illa numero propter quod est apta huius et illius subiecti sic in simili differt anima
humana ab aliis formis quod esse suum non dependet a corpore ideo necesse est
individuatum eius a corpore dependere unumquodque enim inquantum est unum est
in se indivisum et ab aliis distinctum. Ad primum ergo dicendum quod veritas est ade-
quatio intellectus ad rem sed ignorantia est una veritas quam diversi intelligunt 1
ex eo quod eorum conceptus eidem rei adaequatur. Ad quartum dicendum quod augmentatur de- 2
multiplicatur non sequitur quod dicatur multitas animarum sed sequitur multitas eorum ita
sed quod sunt multae et scilicet numero et scilicet specie. Ad secundum dicendum quod intellectus possibilis 3
non intelligitur individuis scilicet dicatur aliquid formae sed enim multiplicatur per se
animae cuius potentia est. Ad tertium dicendum quod non est necessarium intellectum 4
tamen denudatum ab eo quod intelligit sed solum intellectum in potentia
sicut et esse receptivum denudatur a natura recepti ideo sicut alius
intellectus est qui sit actu tamen sicut intellectus divinus se intelligit propter
sed intellectus possibilis intelligibilis est sicut et alia intelligibilia quia
per speciem intelligibilem aliorum intelligibilium se intelligit ex obiecto
enim cognoscit suam operationem per quam devenit ad cognitionem naturae propriae. Ad quintum dicendum quod 5
intellectus possibilis intelligentiae est non habet commune cum aliqua natura ex quibus
a quibus sua intelligibilia accipit continet tamen unus intellectus possibilis
cum alio in specie. Ad sextum dicendum quod substantiae quae sunt scilicet esse a materia se- 6
parata non possunt esse distincta nisi scilicet specie diversae autem species individuis con-
diversitate constitutae sunt ideo assimilantur numeris in quibus species diversificantur secundum
additionem et subtractionem unitatis et ideo scilicet propterea quod dicitur
enim ea quae sunt inferiora in entibus comparata superioribus sequitur
quod in separatis a materia sit multiplicatio scilicet ea et comparatio sed haec pro
prius scilicet secundum non possunt intellectus animae possibilis non est substantia separata
anima scilicet esse ideo ratio non est ad propositum. Ad septimum dicendum quod licet species 7
intelligibilis quam intellectus intelligit formaliter sit in intellectu possibi-
li huius et illius hominis ex quo intellectus possibiles sunt plures illud tamen quod

intelligit per singula speciem est unum et considerans habito respectu ad rem
intellectam / quare verum est quod intelligitur ab utroque est idem in omnibus et quod per species mul-
tiplicatas in diversis id quod est unum in omnibus possit intelligi contingit ex im-
materialitate speciei que representat rem absque materialibus conditionibus indivi-
8 dualibus ex quibus una natura secundum speciem multiplicatur in diversis / ad viii dicitur quod
secundum platonicos tamen tenemus quod intelligitur unum de multis non est composite intellectus
verum non tamen aliquid est in re tendens vero contra sunt ponentes ydeas per
quarum participationem res naturales speciem sortiuntur et intellectus nostri fuerunt ydeas
intelligentes secundum istos / primam autem racionis hoc inconveniens quod intelligat unum in multis
per abstractionem a principiis individuantibus nec tamen intellectus est vanus aut
falsus licet non sit aliquod abstractum in rerum natura quia eorum que sunt simul vere
sunt vere intelligi aut nominari absque hoc quod intelligatur aut nominetur
alterum licet non possit vere dici quod eorum que sunt unum sunt sine alio sunt
unum sunt igitur vere sunt considerata et dici id quod est in aliquo individuo
de natura speciei in quo simile est aliis absque eo quod considerentur principia individuan-
tia secundum que distinguitur ab omnibus aliis sic per hanc abstractionem facit intellectus
illam unitatem universalem non eo quod sit unus in omnibus secundum magis est immaterialis / ad
9 ix dicitur quod intellectus est locus specierum eo quod continet species vero non sequitur quod intellectus
possibilis sit unus omnium hominum sed unus et tamen omnibus speciebus / ad x^m dicitur quod
10 ista non recipit species absque organo et ideo non dicitur locus specierum sicut intellectus
11 ad xi^m dicitur quod intellectus possibilis sunt dicitur ubique operari non quod operatio eius
sit ubique sed quod operatio eius est circa ea que sunt ubique / ad xii dicitur quod
12 intellectus possibilis licet materia determinatam non habeat tamen substantia anime cuius est po-
tentia habet materiam determinatam secundum ex qua sit sed in qua sit / ad xiii dicitur quod
13 principia individuantia cum forma non sunt de essentia eorum sed habet solum
esse est indispositum / ad xiiii dicitur quod primus motor celi est separata a materia
14 ... sed ... non illo modo sicut nos multiplicatur non aut simile est de anima
15 humana / ad xv^m dicitur quod anime separate non different specie sed nisi ex eo quod
16 sunt tales ad tale corpus unibiles / ad xvi dicitur quod licet intellectus possibilis sit
separatus a corpore quantum ad operationem est tamen potentia anime que est actus corporis
17 ad xvij dicitur quod aliquid est intellectum in potentia non eo quod est incorruptibile
sed eo quod est materiale / vero species intelligibiles que in materiali recipiuntur
in intellectu ex quibus sunt individuate sunt intellecte in actu et idem
sequitur apud ponentes intellectum possibilem esse unum quod si intellectus possibilis est
unus sicut quedam substantia separata oportet quod sit aliquod individuum sicut et

de ydeis plonis arlles argumetat^r et eadem rone pcedit intelligi-
biles in ipo esset indiuiduate et eent etiam diuise indiuiss intellectibus
sepatis cu oes intelligentia sit plena formis intelligibilibus ad xviij dicendum
qd fantasma mouet intellectum put e factum intelligibile actu virtute i
tellectus agentis ad quem compat^r intellectus possibilis sicut potentia ad agens et ita in
eo contat ad xix dicendum qd licet ee aie intellectiue no dependeat a corpe tamen
habet aptitudinem ad corpus naturale ppter perfectionem sue spei ad xx^m dicendum qd licet aia
humana no habeat materiam ptem sui e tamen forma corpis et ideo quidditas eius
et ee suum includit aptitudinem ad corpus ad xxi^m dicendum qd licet intellectus possibilis
eleuet^r supra corpus no tamen eleuat^r supra totam substantiam aie que multiplicat^r
sm aptitudinem ad diuersa corpora ad xxij dicendum qd vo illa pcedit si corpus sit vni-
ret^r aie qm totam essentiam et virtutem comphendens sicut eam opporteret quantum
est in aia ee materiale sed hoc no e ita ut supra ostensum e vij vo no sequitur ex
natio quiritur vtrum necesse sit ponere intellectum agentem et videtur qd no
qm eum sit sicut p vnum in natura no sit p plura sed hoc sit sufficienter intellige
p vnum intellectum scilicet possibilem no ergo necessarium e ponere intellectum agentem pbatio
medie potentie que radicatur in vna essentia aie compatiunt^r se adin-
uicem vnum ex motu sensus impotentia spiritua redimq^r aliquid in ymaginatione
nam fantasma e motus a sensu factum sicut actu ut dicitur ijo de aia sed ergo i
tellectus possibilis e in aia nra et no e substantia sepata sicut supius dictum e
ostensum qd sit in eadem essentia aie cum ymaginatione ergo motus ymaginationis
redundat in intellectum possibilem et ita no e necessarium ponere intellectum agentem qui
faciet fantasmata intelligibilia p^r tactus et visus sunt diuise potentie coniung^t
aut qd in aceto nato ex motu in ymaginatione a sensu tactu commouetur
ymaginatio ad ymaginandum aliquid qd ptinet ad sensum visus et hoc ideo
qr tactus et visus radicant^r in vna essentia aie | sed igit^r intellectus possibilis
est idem qd essentia aie pari rone ex motu ymaginationis resultabit
aliquid in intellectum possibilem et ita no e necessarium ponere intellectum agentem. Pre
intellectus agens ad hoc ponit^r qd intelligibilia in potentia faciat intelligibilia
actu | sunt aut aliqua intelligibilia actu p hoc qd abstrahunt^r a materia et a
materialibus conditionibus | ad hoc igit^r ponit^r intellectus agens ut species intelligibiles
a materia abstrahat^r sed hoc potest sicut pone intellectum agentem | nam intellectus possibilis cum
sit immaterialis et immaterialis necessario recipiet cum omne receptum sit in recipiente
p modum recipientis nulla igit^r necessitas e ponendi intellectum agentem
Pre arlles in iijo de aia appellat intellectum agentem lumen sed lumine no e

necessarium ad videndum nisi magis faciat dyaphanum actu esse lucidum et cum
color sit per se visibilis et motivus lucidi, sicut dicitur in 2o de anima sed intellectus
agens non est necessarius ad hoc quod faciat intellectum possibilem aptum ad recipiendum
quia sine eo quod est in potentia est ad intelligibilia ergo non est necessarium ponere intellectum
agentem. Praeterea sicut intellectus ad intelligibilia ita se habet sensus ad sensibilia sed sensibilia ad hoc
quod moveat sensum non indiget aliquo alio sensu agente licet sit esse spirituale
sicut in sensu qui est susceptivus specierum sensibilium sine materia ut dicitur in 2o de anima
et in medio quod recipit spirituales species sensibilium, quod patet ex hoc quod in eadem parte
medii recipit species contrariorum ut albi et nigri ergo nec intelligibilia indi-
gent aliquo alio intellectu agente. Praeterea ad hoc quod aliquid quod est in potentia re-
ducatur in actum in rebus naturalibus sufficit id quod est in actu eiusdem generis esse
sicut quod ex materia quae est in potentia ignis fit actu ignis per ignem qui
est in actu, ad hoc igitur quod intellectus qui est in nobis in potentia fiat in actu
non requiritur nisi intellectus qui est in actu vel cognitio per quam intelligitur sicut quod
ex cognitione principiorum venimus in cognitionem conclusionum vel aliquis sicut cum ali-
quis addiscit a magistro non est igitur necessarium ponere intellectum agentem ut videtur. Praeterea
intellectus agens ad hoc ponitur ut illuminet nostra fantasmata sicut lux solis il-
luminat colores, sed ad nostram illuminationem sufficit divina lux quae illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum ut dicitur Johannis 1o non igitur est necessarium ponere
intellectum agentem. Praeterea actus intellectus est intelligere si igitur est duplex intellectus scilicet agens
et possibilis est duplex intelligere quod videtur esse inconveniens, sed est contra Aristoteles in 3o
de anima quod sicut in omni natura est agens et id quod est in potentia oportet hoc et in anima
esse quorum aliud est intellectus agens aliud intellectus possibilis. Respondeo dicendum quod necessarium
est ponere intellectum agentem, ad cuius evidentiam considerandum est quod cum intellectus pos-
sibilis sit in potentia ad intelligibilia necesse est quod intelligibilia moveant in-
tellectum possibilem, quod autem non est non potest aliquid movere, intelligibile autem per in-
tellectum possibilem non est aliquid in rerum natura prout intelligibile est, intelligit enim
intellectus possibilis ut aliquid quod unum in multis et de multis, tale autem esse aliquid
non invenitur in rerum natura subsistens ut Aristoteles probat in vii metaphysice. Oportet igitur
quod si intellectus possibilis debet moveri ab intelligibili quod huiusmodi intelligibile
per intellectum fiat et cum non possit esse id quod est in potentia ad aliquid factor
ipsius oportet ponere praeter intellectum possibilem intellectum agentem qui faciat intelligibilia
in actu quae moveant intellectum possibilem, hoc autem facit per abstractionem
a materia et a materialibus conditionibus quae sunt principia individuationis. Licet enim

naturam speciei quantum ad id quod per se ad speciem pertinet non habeat unum multiplicetur in
diversis sed individuancia principia sunt preter rationem ipsius potest intellectus accipe-
re preter condiciones individuales et sic accipietur ut aliquid unum et
eadem ratione intellectus accipit naturam generis abstrahendo a differentiis specificis
quod unum in multis et de multis predicatur si autem ydee per se subsistentes in rerum natura
sicut platonici posuerunt necessitas nulla esset ponere intellectum agentem quia ipse
res intelligibiles per se intellectum possibilem moverent unde videtur aristoteles hac ratione
inductus ad ponendum intellectum agentem quia non consentit opinioni platonis
de positione ydearum sunt tamen et alia per se intelligibilia in actu subsistencia
in rerum natura sicut sunt substancie immateriales sed tamen ad eas cognoscendas intellectus
possibilis pertingere non potest sed aliqualiter ad earum cognitionem devenit per ea que
abstrahit a rebus materialibus et sensibilibus Ad primum ergo dicendum quod intelligere nostrum non 1
potest compleri per intellectum possibilem tantum non enim intellectus possibilis potest intelligere nisi
moveatur ab intelligibili quod cum non preexistat in rerum natura oportet quod fiat per in-
tellectum agentem verum est autem quod due potencie que sunt in una substancia anime
radicate compaciuntur sibi invicem sed illa compassio quantum ad duo potest intelligi
scilicet quantum ad hoc quod una potencia impeditur vel totaliter abstrahitur a suo actu quando
alia potencia intense operatur sed hoc non est ad propositum vel etiam quantum ad hoc
quod una potencia ab alia movetur sicut ymaginatio a sensu et hoc quidem
possibile est quia forme ymaginationis et sensus sunt eiusdem generis utreque enim sunt in-
dividuales et ideo forme que sunt in sensu possunt imprimere formas que sunt
in ymaginatione movendo ymaginationem quasi sibi similes forme autem ymaginationis
inquantum sunt individuales non possunt causare formas intelligibiles cum
sint universales Ad secundum dicendum quod ex speciebus receptis in ymaginatione a sensu tan- 2
tum ymaginatio non sufficeret formare formas ad visum pertinentes nisi preexi-
sterent forme per visum recepte in thalamo visionis vel ymaginationis
reservate non enim ceca nata ymaginatur colores potest per quascumque alias species
sensibiles Ad tercium dicendum quod coniunctio recipientis non potest sufficere speciem receptam 3
de uno genere in aliud potest tamen eodem genere manente valere speciem receptam
secundum aliquem modum ascendere et tamen est quod non species universales et particulares differunt
secundum genera ideo sola coniunctio intellectus possibilis non sufficit ad hoc quod species
que sunt in ymaginatione particulares in eo fiant universales sed requiritur intellectus
agens qui hoc agat Ad quartum dicendum quod de lumine ut Commentator dicit super 3 de anima

est duplex opinio quedam enim dixerunt quod lumen est necessarium ad visionem
quantum ad hoc quod dat virtutem coloribus ut possint movere visum quia color
non est per se visibilis sed per lumen contra hoc arguit Commentator in
ii° de anima quod color est per se visibilis quod non esset si solum per lumen haberet
visibilitatem et ideo alii dicunt et melius quod lumen necessarium est ad visionem
quantum magis perficit dyaphanum faciens ipsum lucidum actu unde philosophus dicit in ii° de
anima quod color est motivus lucidi secundum actum nec obstat quod aliquis qui est in
tenebris videt ea que sunt in luce et non econverso hoc enim accidit ex
eo quod aer illuminatus dyaphanum quod distat inter visibilem ut recipiat
visibilem speciem et usque ad hoc visibilem quousque porrigatur actio luminis
illuminatur dyaphanum licet de propinquo perfectius illuminet et a longinquo
magis debiliter comparatio igitur lucis quantum ad intellectum agentem non est quantum ad
omnia non intellectus agens ad hoc sit necessarius ut faciat intelligibilia in potentia
esse intelligibilia actu et hoc significat Commentator cum dicit quod intellectus agens
7 est sicut lumen quodammodo. Ad 7um dicendum quod sensibilia non sunt actu particularia non in
principio nec in sensu nec in medio speciem aliquam quia non speciem in medio
et in sensu non sunt nisi particulares intellectus autem possibilis recipit speciem aliquam
quamvis sint in ymaginatione non intellectus possibilis recipiat speciem universales et
ymaginationis non continent nisi particulares et in talibus indiget intellectu
agente non autem in sensibilibus aliqua potentia activa sed omnes potentie sensitive
6 sunt potentie passive. Ad 6um dicendum quod intellectus possibilis factus in actu non
sufficit ad causandam scientiam in nobis nisi presupposito intellectu agente si enim
loquamur de intellectu in actu qui est in ipso addiscente contingit quod intellectus
possibilis aliquid quantum ad aliquid sit in potentia et quantum ad aliud sit in actu
et per id quod est in actu sit reductio quantum ad id quod est in potentia in actum sicut
per id quod est actu cognoscendo principia fit cognoscens in actu conclusiones quas
primo cognoscebat in potentia sed tamen actualem cognitionem principiorum habere
non potest intellectus possibilis nisi per intellectum agentem cognitio enim principiorum
a sensibilibus accipitur ut dicitur in fine libri posteriorum a sensibilibus autem non possunt
intelligibilia accipi nisi per abstractionem intellectus agentis et ita patet quod intellectus
in actu agente in hac reductione intellectus agentis se habet sicut artifex et
principia demonstrationis sicut instrumenta si autem loquamur de intellectu
in actu docentis manifestum est quod docens non causat scientiam in addiscente

in adsistente tamquam intellectus agens sed sicut exterius amictans sicut medicus sanat exterius amictans non autem tamquam interius agens. Ad viii dicendum quod duorum intellectuum scilicet possibilis et agentis sunt due actiones nam actio intellectus possibilis est recipere intelligibilia actio autem intellectus agentis abstrahere intelligibilia nec tamen sequitur quod sit duplex intelligere in homine quia ad unum intelligere oportet quod utraque istarum actionum concurrat. Ad viii dicendum quod species intelligibilis eadem comparatur ad intellectum agentem et possibilem sed ad intellectum possibilem sicut ad recipientem et ad intellectum agentem sicut ad facientem huiusmodi species per abstractionem. Ad ix dicendum quod sicut in rebus naturalibus sunt propria principia activa in unoquoque quamlibet deus sit causa agens prima et communis ita etiam requiritur proprium lumen intellectuale in homine quamvis deus sit prima lux omnes communiter illuminans.

9 Consequenter queritur utrum intellectus sit unus et separatus et videtur quod sit quia philosophus dicit in iii de anima quod intellectus agens aliquando intelligit et quandoque non sed intellectus autem talis est in nobis ergo intellectus agens est separatus et per consequens unus in omnibus. Item impossibile est quod aliquid sit sit in potentia et in actu respectu eiusdem sed intellectus possibilis est in potentia ad omnia intelligibilia intellectus autem agens est in actu respectu eorum cum sit intelligibilium species actus impossibile videtur ergo quod in eadem substantia anime radicentur intellectus possibilis et agens et ita cum intellectus possibilis sit in essentia anime ut expositum est intellectus agens erit separatus. Item dicebat quod intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia et intellectus agens actu respectu eorum sed aliud et aliud est. Item contra intellectus possibilis non est in potentia ad intelligibilia quia licet ea quia sed habet ea actu per ea est ergo in potentia ad species intelligibiles sed que sunt in fantasmatibus intellectus agens est actu cum faciat ea intelligibilia in actu per abstractionem ergo intellectus possibilis est in potentia ad intelligibilia sed illud est sed quod comparatur intellectus agens ad ipsa ut faciens. Item philosophus in iii de anima attribuit quedam intellectui agenti que non videntur nisi substantie separate convenire dicens quod hoc solum est perpetuum incorruptibile et separatum est ergo intellectus substantia separata ut videtur. Item intellectus non dependet ex complexione corporali cum sit absolutus ab organo corporali sed facultas intelligendi in nobis variatur secundum complexionem diversam ergo ista facultas non competit per ipsum intellectum qui sit in nobis sicut videtur quod intellectus agens sit separatus. Item ad actionem aliquam non requiritur nisi agens et patiens sed ergo intellectus possibilis qui se habet ut patiens in in

telligendo est aliquid anime nostre ut prius monstratum est et intellectus agens
est aliquid anime nostre videtur quod in nobis sufficit sciencia qua intelligere pos
simus / intellectus ergo aliud est in nobis necessarium ad intelligendum quod sic patet quia sicut
indigemus sensibus ex quibus cognicionem accipimus ad sciendum / sicut quod ca
ret uno sensu sicut visu caret una sua sicut colore / indigemus doctrina
que fit per magistrum / et vel illuminatore que fit per deum / sicut quod dicit Iohannes
primo erat lux vera etc Tercio / intellectus agens comparatur ad intelligibilia sicut lumine
ad visibilia ut patet iii de anima sed una lux separata sicut solis sufficit ad
faciendum omnia visibilia actu ergo ad faciendum omnia intelligibilia actu suf
ficit una lux separata et sic nulla necessitas est ponere intellectum agentem
in nobis Tercio intellectus agens applicatur arti ut patet iii de anima sed ars est prin
cipium separatum ab artificiato ergo et intellectus agens est principium separatum
Tercio perfectio cuiuslibet rei est ut applicetur suo agenti hic enim quantum perfectum
est quantum ad pulchritudinem quantum attingit et artificiatum quod consequitur pleniter
formam que est in artifice / sed igitur intellectus agens est aliquid anime nostre ultima
perfectio que beatitudo anime nostre esset in aliquo quod est in potencia quod patet esse
falsum sed enim anima separata esset sciendum non igitur intellectus agens est aliquid in nobis
Tercio agens est honorabilius paciente ut dicitur iii de anima sed igitur intellectus possibilis
est aliquid separatum intellectus agens est magis separatum quod non patet esse ut videtur
nisi omnino extra substantiam anime ponatur sed contra est quod dicitur iii de anima quod sicut
in omni natura est aliquid quod est ut materia aliud autem quod omnia facit / ergo similiter
necesse est in anima esse has duas differencias / ad quarum unum pertinet intellectus
possibilis ad alterum intellectus agens / ergo igitur intellectus et possibilis et agens est aliquid
in anima / Tercio intellectus agens est actus est intelligere abstrahere species intelligibiles a
fantasmatibus / quod quidem per in nobis non accidit / non autem est in potencia sicut ab
stractio fiat quandoque / quandoque non fiat ut videtur sed intellectus agens esset separata
Respondeo dicendum quod intellectus agens est una et separata plus videtur convenire esse quod si
est de intellectu possibili ponatur / est enim possibilis intellectus / sicut quo sumus in
telligentes quandoque quidem in potencia quandoque in actu intellectus agens qui nos
facit intelligentes actu / agens autem invenitur separatum ab eius que redu
cit in actum sed id per quod aliquid est in potencia omnino videtur intrinsecum rei et
ideo plures posuerunt intellectum agentem esse substanciam separatam intellectum autem possibilem
esse aliquid anime nostre / et hunc intellectum agentem posuerunt quandam esse substanciam
separatam quam intelligenciam vocaverunt / que ita se habet ad animam nostram

et ad totam speciem activorum et passivorum, sicut se habent substantie superiores
separate quas intelligentias dicunt ad animas celestium corporum quas animata
ponunt et ad ipsa celestia corpora, ut sicut celestia corpora a substantiis separ=
atis recipiunt motum, anime vero celestium corporum intelligibiles perfectiones, ita omnia
hec inferiora corpora ab intellectu agente separato recipiunt formas et species mo-
tus, anime vero nostre intelligibiles perfectiones. Sed quia fides catholica deum et non aliquam
aliam substantiam separatam in natura et in operibus nostris operativam ponit, ideo quidam
catholici posuerunt quod intellectus agens sit ipse Deus qui est lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed si quis predicta diligen-
ter consideret, non videtur esse conveniens. Comparantur enim substantie superiores ad animas
nostras sicut corpora celestia ad inferiora corpora. Sicut enim virtutes corporum superiorum
sunt quedam principia universalia activa respectu inferiorum corporum, ita utique divina
et virtutes aliarum substantiarum separatarum, si qua influentia eorum fiat in nobis,
comparantur ad animas nostras sicut principia activa universalia. Videmus autem quod preter
principia activa que sunt virtutes corporum celestium oportet esse principia activa
particularia que sunt virtutes inferiorum corporum determinate ad proprias operationes huius vel
illius rei, et hoc precipue requiritur in animalibus perfectis. Inveniuntur enim quedam
animalia imperfecta ad quorum productionem sufficit virtus celestis corporis, sicut patet de anima=
libus generatis ex putrefactione. Sed ad generationem animalium perfectorum preter virtutem celestem
requiritur virtus particularis que est in semine. Cum igitur id quod est perfectissimum in omnibus
inferioribus sit intellectualis operatio, preter principia universalia activa que sunt virtus
Dei illuminantis vel quecumque alterius substantie separate requiritur in nobis principium
activum proprium per quod efficiamur intelligentes in actu, et hoc est intellectus agens. Consi-
derandum est etiam quod si intellectus agens ponatur aliqua substantia separata preter Deum,
sequitur aliquid fidei nostre repugnans, ut scilicet ultima nostra felicitas sit in continuatione
aliquali anime nostre non ad Deum, ut doctrina evangelica tradit dicens: Hec est vi=
ta eterna ut cognoscant te verum Deum, non in continuatione ad aliquam aliam substan-
tiam separatam. Manifestum est enim quod ultima beatitudo sive felicitas hominis consistit in
sua nobilissima operatione que est intelligere, cuius ultimam perfectionem oportet esse per hoc quod in-
tellectus noster suo activo principio coniungitur. Tunc enim unumquodque passivum maxime
perfectum est quando attingit ad proprium activum quod est ei causa sue perfectionis. Et ideo ponentes
intellectum agentem esse aliquam substantiam separatam dicunt quod ultima felicitas hominis est
in hoc quod possit intelligere intelligentiam agentem. Ulterius autem si diligenter consideremus,
inveniemus eadem ratione esse impossibile intellectum agentem esse substantiam separatam qua
ratione et de intellectu possibili hoc supra ostensum est. Sicut enim operatio intellectus

possibilis est recipere intelligenda ita ipsa operacio agentis intellectus est abstrahere
ea sicut cum ea intelligibilia sunt actu. utraque autem harum operacionum experi-
mur in nobis ipsis. nam et nos intelligibilia recipimus et abstrahimus ea. omnis
autem in unoquoque operante esse aliquod formale principium quo formaliter operatur. non enim potest
aliquid formaliter operari per id quod est separatum ab ipso. sed et si ponatur quod est separatum
est principium motivum ad operandum nichilominus oportet esse aliquod intrinsecum quo formaliter
operetur sive id sit forma sive quecumque impressio. oportet igitur in nobis esse aliquod principium
formale quo recipiamus intelligibilia et aliud quo abstrahamus ea. et huiusmodi
principia nominantur intellectus possibilis et agens. utrumque igitur illorum est aliquid in nobis.
non autem sufficit ad hoc quod actio intellectus agentis que est abstrahere conveniat nobis
quod hoc sit per ipsa fantasmata que sunt in nobis abstracta ab ipso intellectu a-
gente. nunquam enim artificiatum consequitur actionem artificis. cum tamen intellectus agens comparetur
ad fantasmata abstracta sicut ars ad artificiata. non est autem difficile considerare
qualiter in eadem substancia anime utrumque possit inveniri scilicet intellectus possibilis qui est in
potencia ad omnia intelligibilia, et intellectus agens qui facit ea. non enim est impossibile
aliquid esse in potencia respectu alicuius et in actu respectu eiusdem secundum diversa.
Si igitur consideremus ipsa fantasmata per respectum ad animam humanam inveniuntur quantum
ad aliquid esse in potencia sicut in quantum non sunt ab individuantibus condicionibus abs-
tracta, abstractibilia tamen. quantum vero ad aliquid inveniuntur esse in actu respectu anime
in quantum scilicet sunt similitudines determinatarum rerum. est igitur in anima nostra invenire po-
tencialitatem respectu fantasmatum secundum quod sunt representativa determinatarum rerum
et hoc pertinet ad intellectum possibilem, qui quantum est de se est in potencia ad omnia
intelligibilia, sed determinatur ad hoc vel ad illud per species a fantasmatibus abstractas.
est etiam et in anima invenire quandam virtutem activam immaterialem que fantasmata
a materialibus condicionibus abstrahit. et hoc pertinet ad intellectum agentem, ut intellectus
agens sit quasi quedam virtus participata ex aliqua substancia superiori scilicet deo. unde
philosophus dicit quod intellectus agens est ut habitus quidam et sicut lumen. et in psalmo di-
signatum est super nos lumen vultus tui domine. et huius exemplum quodammodo appa-
ret in animalibus videntibus de nocte quorum pupille sunt in potencia ad omnes
colores in quantum nullius coloris habent determinacionem actu sed per quandam lucem in-
sitam faciunt quodammodo colores visibiles actu. Quidam vero crediderunt in-
tellectum agentem non esse aliud quam habitum principiorum indemonstrabilium in nobis.
sed hoc non potest esse quia eciam ipsa principia indemonstrabilia cognoscimus abstrahendo
a singularibus ut docet philosophus in fine posteriorum. unde oportet preexistere intellectum agentem
habitui principiorum sicut causam ipsius. ipsa vero principia comparantur ad intellectum

agentem ut instrumenta quedam eius et postea fiunt alia intelligibilia actu
Ad primum ergo dicendum quod verum illud propter aliquid intelligitur aliquid non non intelligitur de in- 1
tellectu agente sed de intellectu in actu / nam propterea omnes determinant de intellectu
agente et possibili necessarium fuit ut determinaret de intellectu in actu / tamen propter dictam
ordinem ad intellectum possibilem / nam intellectus possibilis et res que intelliguntur non sunt
idem sed intellectus sine scientia in actu est idem rei scite in actu sic et de sensu idem
determinat quod sensus et sensibile in potentia differunt sed sensus et sensibile in actu sunt
idem / Iterum ordinem intellectus possibilis ad intellectum in actu quod in uno et eodem
tempore prior est intellectus in potentia quam in actu non tamen simpliciter sic et multotiens que-
runt hoc dicta de hiis que exeunt de potentia in actum / et postea subdit unum
inductivum in quo ordinem dictam inter intellectum possibilem et intellectum in actu quod intellectus
possibilis intelligit quandoque / quandoque non quod non potest dici de intellectu in actu et sic dictam
ordinem in uno posuit inter talis in potentia et talis in actu / Ad secundum dicendum quod scientia 2
anime est in potentia et in actu respectu eorum fantasmatum sed non secundum idem
ut supra expositum est / Ad tertium dicendum quod intellectus possibilis est in potentia respectu intelligibilium 3
sed est quod sunt in fantasmatibus et sic idem intellectus agens est in actu respectu
eorum tamen alia et alia ratione ut supra ostensum est / Ad quartum dicendum quod verba illa philosophi 4
quod hoc solum est separatum et immortale et perpetuum non possunt intelligi de intellectu
nam et supra dixerat quod intellectus possibilis est separatus. Constat autem quod intelligitur de intellectu
in actu sed secundum superiorem viam ut supra dictum est intellectus enim comprehendit et in-
tellectum possibilem et agentem et hoc solum anime est separatum et perpetuum et immortale
quod continet intellectum agentem et possibilem nam cetere partes anime non sunt sine corpore 5
Ad quintum dicendum quod diversitas contemplationis facit facultatem intelligendi vel meliorem
vel minus bonam ratione partium a quibus abstrahit intellectus que sunt potentie
utentes organis corporalibus sicut ymaginativa memoria et cetera / Ad sextum 6
dicendum quod licet in anima nostra sit intellectus agens et possibilis tamen requiritur aliquid extrinsecum
ad hoc quod intelligere possimus / et primo quidem requiruntur fantasmata a
sensibus accepta per que representantur intellectui rerum intellectarum similitudines / nam in-
tellectus agens non est talis actus in quo omnes rerum species determinate accipi possint
ad cognoscendum sine aliquo eas determinante / sicut nec lumen determinare potest
visum ad species determinatas colorum nisi assint colores determinantes visum
Secundo autem ad perficiendum intellectum agentem est quedam virtutem perpetuitatem in
creaturis velut lumen quod dicitur. necesse est ponere aliquam causam superiorem a qua
illud lumen participatur et hoc est divinus deus qui interius docet inquantum huiusmodi
lumen anime infundit et super huiusmodi lumen naturale addit pro suo beneplacito

corporis lumine ad cognoscendum ea ad que naturalis vel naturalis non potest sic
7 est lumine fidei et lumine prophetie Ad vijm dicendum quod colores mouentes visum
sunt extra animam sed fantasmata que mouent intellectum possibilem sunt nobis intrinseca
et ideo licet lux solum exterior sufficiat ad faciendum colores visibiles
actu ad faciendum autem fantasmata intelligenda in actu requiritur lux interior
que est lux intellectus agentis et preterea quia intellectiua anime est perfectior quam sensitiua
virtus necesse est quod magis ei assint sufficientia principia ad suam operationem
propter quod sed intellectum possibilem inveniuntur recipere intelligibilia et abstrahere ea que
in nobis existunt sed intellectus virtute actiua et passiua quod circa sensum non accidit
8 Ad viijm dicendum quod licet sit similitudo quedam intellectus agentis ad artem non tamen
est huiusmodi similitudinem quantum ad omnia extendendum Ad ixm dicendum quod intellectus agens
9 non sufficit per se ad reducendum intellectum possibilem perfecte in actum eo quod non sunt determinate
in eo rationes omnium rerum ut dictum est et ideo requiritur ad ultimam perfectionem
intellectus possibilis quod vniatur aliqualiter illi agenti in quo determinate sunt rationes
10 omnium rerum scilicet deo Ad xm dicendum quod intellectus agens nobilior est possibili sicut virtus actiua
nobilior est quam passiua et magis separatus quia magis ad similitudinem
nature accedit non tamen ita quod sit substantia separata etc
Decimo queritur vtrum anima composita sit ex materia et forma et videtur quod sic
Con dicit enim boetius in libro de vnitate forma simplex subiectum esse non
potest sed anima est subiectum scientiarum et virtutum ergo non est forma simplex ergo non est
composita ex materia et forma Preterea boetius dicit in libro de ebdomadibus id quod est participare
potest aliquid sed ipsum non esse nichil participat et participare non subiecti participat non
autem forme sicut albus sed aliquid participat sicut albedinem non autem albedo sed
anima aliquid participat ea scilicet quibus informatur anima ergo non est forma tantum sed anima
est forma tantum et est in potentia ad aliquid maxime videtur quod ipsum esse sit actus eius
non enim ipsa est suum esse sed vnum simpliciter potentie simpliciter est actus non est
igitur substantia simplex sed composita ex materia et forma Preterea actiua forme sunt consequentia
totam speciem actiua non materialia sunt consequentia indiuiduum hoc vel illud
nam forma est principium speciei materia non principium indiuiduationis sed igitur anima sit forma tantum
omnia eius actiua erunt consequentia totam speciem hoc autem patet esse falsum nam imagi-
natio et generatio et huiusmodi non consequuntur totam speciem anima igitur non est forma
tantum sed composita ex materia et forma Preterea forma est principium actionis materia non principium
patiendi in quocumque igitur est actio et passio ibi est compositio materie et forme sed
in anima est actio et passio passio namque operatio intellectus possibilis est patiendo propter quod etiam
dicit philosophus quod intelligere est quoddam pati operatio autem intellectus agentis est in agendo
fiunt enim intelligibilia in potentia intelligibilia in actu ut dicitur in

de anima quod in anima est compositio materie et forme. Probatur: in quorumcumque inveniuntur proprieta-
tes materie illud oportet esse compositum ex materia et forma, sed in anima inveniuntur proprietates
materie scilicet esse in potentia recipere subici et alia huiusmodi, ergo etc. Probatur: agendo et
patiendo oportet esse materiam communem ut patet in libro de generatione, quodcumque ergo pati po-
test ab aliquo materiali habet in se materiam, sed anima potest pati ab aliquo materiali scilicet ab
igne infernali qui est ignis corporeus ut Augustinus probat xxi de civitate dei, ergo anima
in se habet materiam. Probatur: actio agentis non terminatur ad formam sed ad compositum ex materia et
forma ut patet vii methaphisice, sed actio agentis scilicet dei terminatur ad animam, ergo anima
est composita ex materia et forma. Probatur: illud quod est forma tantum statim est ens et
unum et non indiget aliquo quod faciat ipsum ens et unum ut dicit philosophus in viii
methaphisice, sed anima indiget aliquo quod faciat ipsam entem et unam scilicet deo tamen,
ergo anima non est forma tantum. Probatur: agens adhuc necessarium est ut reducatur aliquid
de potentia ad actum, sed reducere de potentia ad actum competit solis illis in quibus
est materia et forma, si igitur anima non sit composita ex materia et forma non indigeret
tali agente quod patet esse falsum. Probatur: Alexander dicit in libro de intellectu quod anima habet
intellectum ylealem, yle autem dicit primam materiam, ergo in anima est aliquid de prima materia.
Probatur: quod est non est actus purus vel potentia pura vel compositum ex potentia et actu,
sed anima non est actus purus quia hoc solius dei est, nec est potentia pura quia
sic non differret a materia prima, ergo est ex potentia et actu, non igitur est forma
tantum cum forma sit actus. Probatur: omne quod individuatur est ex materia, sed anima non individuatur
ex materia in qua est scilicet ex corpore quia perempto corpore remaneret eius individuatio,
ergo individuatur ex materia, habet igitur materiam propriam. Probatur: agentis et patientis oportet aliquid
esse commune ut patet in libro de generatione, sed anima patitur a sensibilibus que sunt materialia,
nec est dicere quod in quantum [illegible] sit alia subiecta anime spiritualis et intellectualis, ergo anima
habet aliquid commune cum materialibus et ita videtur quod in se materiam habeat. Probatur: cum anima non
sit simplicior quam angelus, oportet quod sit in genere sicut species, videtur igitur esse composita
ex materia et forma, nam genus se habet ut materia, differentia vero ut forma, ergo anima est
composita ex materia et forma. Probatur: forma totius diversificatur in multos per diversas
materias, sed intellectualitas est quedam forma totius non solum animabus sed et angelis,
ergo oportet quod in angelis et in animabus sit aliqua materia per cuius diversitatem huius-
modi forma distribuatur in multos. Probatur: omne quod movetur habet materiam, sed anima
movetur, philosophus enim dicit et Augustinus quod anima non est immunis (?) quia est muta-
tioni subiecta, anima igitur est composita ex materia et forma. Contra: omne
compositum ex materia et forma habet formam, si igitur anima est composita ex materia et
forma anima habet formam, sed anima est forma, ergo forma habet formam quod videtur

impossibile quod sit esse in isto predicto. Respondeo dicendum quod circa hanc questionem diligenter
consideranda aliquam quidem dicunt quod anima et omnis alia substantia preter deum est composita
ex materia et forma, cuius quidem auctor Avicebron doctor libri fontis vite. Cuius
autem ratio est que erat in obiectionibus tacta est, quia ubicumque inveniuntur proprieta
tes materie inveniri materiam. Cum ergo in anima inveniantur proprietates materie que sunt re
cipere, subici, esse in potentia et alia huiusmodi, arbitrantur esse necessarium quod in anima
sit materia. Sed hec ratio frivola est et positio impossibilis. Debilitas autem huius rationis
apparet ex hoc quod recipere et subici et alia huiusmodi non secundum eandem rationem conve
niunt anime et materie prime. Nam materia prima recipit aliquid cum transmutatione et
motu, et quia omnis transmutatio et motus reducitur ad motum localem sicut ad
primum et communiorem, ut probatur in VIII physicorum, relinquitur quod materia in illis tantum in
venitur in quibus est potentia ad ubi. Huiusmodi autem sunt solum corporalia que loco
circumscribuntur. Unde materia non invenitur nisi in rebus corporalibus, secundum quod philosophi de materia
sunt locuti, nisi aliquis materiam sumere velit equivoce. Anima autem non recipit
cum motu et transmutatione, sed magis per separationem a motu et a rebus mobilibus,
secundum quod dicitur in VII physicorum quod in quiescendo fit anima sciens et prudens. Unde etiam
philosophus dicit in III de anima quod intelligere dicitur pati alio modo quam sit in rebus corpo
ralibus passio. Si quis igitur concludere velit animam esse ex materia compositam per hoc
quod recipit vel patitur, manifeste ex equivocatione decipitur. Sic igitur manifestum
est rationem predictam esse frivolam. Quod autem positio sit impossibilis multipliciter ma
nifestum esse potest. Primo quidem quia forme materie advenientes constituunt speciem. Si igitur
anima sit ex materia et forma composita, ex ipsa unione forme ad materiam anima con
stituit quandam speciem in natura. Quod autem per se habet speciem non unitur ad constitutionem
speciei alteri nisi alterum ipsorum corrumpatur aliquo modo, sicut elementa uniuntur ad
constitutionem mixti. Non igitur anima unitur corpori ad constituendam humanam speciem,
sed tota species humana consisteret in anima, quod patet esse falsum, quia si corpus non pertineret
ad speciem hominis, accidentaliter anime adveniret. Non autem potest dici quod sic
hoc nec manus est composita ex materia et forma, quia non habet completam speciem,
sed est pars speciei. Manifestum est enim quod materia manus non recipit suam formam
perficientem, sed una forma est que simul perficit totam materiam corporis et omnes partes eius
perficit. Sed hoc non posset dici de anima si esset ex materia et forma composita, nam oporteret
materiam anime prius ordine esse perfectam per suam formam et per eam corpus perfici
per animam, nisi forte quis dicat quod materia anime esset aliqua pars materie corpo
ralis, quod est omnino absurdum. Iterum positio prima ostenditur impossibilis ex parte

q(uod) In omni composito ex m(ateri)a et forma, m(ateri)a se h(abe)t ut recipiens esse non aut(em)
ut quo aliquid est hoc enim p(ro)p(ri)um est forme / si ig(itu)r a(n)i(m)a sit composita ex m(ateri)a
et forma inp(ro)p(ri)e est q(uod) a(n)i(m)a ip(s)a tota sit p(ri)n(cipiu)m formale essendi corpori non
ig(itu)r a(n)i(m)a erit forma corporis s(ed) aliquid a(n)i(m)e / quicq(ui)d aut(em) est illud q(uod) est forma
corporis h(uius)mo(d)i est a(n)i(m)a non ig(itu)r illud q(uo)d ponebat(ur) compositum ex m(ateri)a et forma est
a(n)i(m)a s(ed) sola forma eius / Appar(e)t et(iam) hoc esse inp(ro)p(ri)e alia r(ati)one / si enim a(n)i(m)a
sit composita ex m(ateri)a et forma et illud corpus utr(um)q(ue) ip(s)e h(abe)bit u(n)itatem et ita
erit necessarium ponere aliquid t(er)tium quo a(n)i(m)a unitur corpori / et hoc quidam
sequentes opinionem p(re)dictam concedunt / dicunt enim a(n)i(m)am uniri corpori sic(ut) actum
potentie mediante luce vel lumine [illegible] dicunt q(uod) mediante luce celi
siderei p(ro)cedere [illegible] mediante luce celi cristallini r(ati)onabilem non me
diate luce celi empirei que omnia sublimia facit / et enim a(n)i(m)am imme
diate uniri corpori sicut actum potentie sic(ut) p(atet) in viij m(e)t(aphysi)ce / hoc mani-
festum est q(uod) a(n)i(m)a non sit esse composita ex m(ateri)a et forma / non tamen concluditur
q(uod) in a(n)i(m)a sit actus et potentia / nam actus et potentia non solum in rebus
mutabilibus inveniuntur s(ed) sunt communia sicut dicit ph(ilosoph)us in viij m(e)t(aphysi)ce cum
tamen m(ateri)a non sit nisi in rebus mobilibus / Quod aut(em) in a(n)i(m)a actus et poten
tia inveniat(ur) / sic considerandum est ex materialibus ad immaterialia procedendo / In substan
tiis enim ex m(ateri)a et forma compositis tria inveniuntur m(ateri)a et forma et tertium
esse / cuius quidem principium est forma / nam m(ateri)a ex hoc q(uod) recipit formam
participat esse / sic ig(itu)r esse consequitur ipsam formam / nec tamen forma est suum esse cum
sit eius principium / et licet m(ateri)a non pertingat ad esse nisi per formam
tamen inquantum est forma non indiget m(ateri)a ad suum esse cum ipsam formam
consequatur esse s(ed) indiget m(ateri)a cum sit talis forma que per se non subsistit
Nichil ig(itu)r prohibet aliquam esse formam a m(ateri)a separatam que habeat esse
et in h(uius)mo(d)i forma ipsa essentia forme comparatur ad esse sic(ut) ad proprium
actum et ita in formis per se subsistentibus invenitur et potentia et actus
inquantum ipsum esse est actus forme existentis que non est suum esse
Si aut(em) aliqua res sit suum esse q(uo)d proprium dei est non est potentia et actus
s(ed) actus purus / et hoc est q(uo)d Boetius dicit in libro de ebdomadibus q(uod)
In aliis que sunt post deum differt esse et q(uo)d est vel sicut quidam dicunt
q(uo)d est, et quo est / nam ipsum esse est quo aliquid est sicut cursus est quo
aliquis currit cum ig(itu)r a(n)i(m)a sit forma quedam per se subsistens potest
esse in ea compositio actus et potentie / s(ed) esse et q(uo)d est non aut(em) compositio

Materia
Forma
Esse

Res non est
suum esse

Res est suum

1 forme et materie. Ad primum ergo dicendum quod Boetius ibi loquitur de forma que est
omnino simplex sicut de divina essentia, in qua nihil est de potentia
sed est actus purus omnino simpliciter. Alie autem forme simplices si
sunt subsistentes ut angeli et anima sunt esse subiectum sed quod aliquid habent
de potentia ex qua competit eis quod aliquid recipere possunt.
2 Ad secundum dicendum quod ipsum
esse est actus ultimus qui participabilis est ab omnibus, ipsum
autem nihil participat. Unde si sit aliquid quod sit ipsum esse subsistens sicut de
Deo dicimus, nihil participare dicimus. Non est autem similis ratio de aliis
formis subsistentibus quas necesse est participare ipsum esse et comparari
ad ipsum ut potentia ad actum. Et ita cum sint quodammodo in potentia possunt
3 aliquid aliud participare. Ad tertium dicendum quod forma aliqua non solum comparatur
ad ipsum esse ut potentia ad actum, sed etiam nihil prohibet unam formam
comparari ad aliam ut potentia ad actum, sicut diaphanum ad lumen, et humi-
dum ad calorem. Unde si diaphaneitas esset forma separata per se subsistens
non solum esset susceptiva ipsius esse sed etiam luminis. Et similiter nihil prohibet
formas subsistentes que sunt angeli et anime non solum esse susceptivas
ipsius esse sed etiam aliarum perfectionum. Sed tamen quanto huiusmodi forme subsi-
stentes perfectiores sunt tanto paucioribus participant ad sui perfectionem, ut pos-
sunt in essentia sua non pluribus perfectionibus. Ad quartum dicendum quod licet
4 anime humane sint forme sint tamen individuate in corporibus et multipli-
cate numero secundum multiplicationem corporum. Unde nihil prohibet quin aliqua ac-
cidentia consequantur eas secundum quod sunt individuate que non recipiuntur ratione
5 speciei. Ad quintum dicendum quod passio que est in anima que attribuitur intellectui
possibili non est de genere passionum que attribuuntur materie, sed equivoce
dicitur passio utrobique, ut patet per Philosophum in III de anima. Nam passio intellectus
possibilis consistat in recipiendo sicut quod recipit aliquid immaterialiter. Et similiter
actus intellectus agentis non est eiusdem modi cum actione formarum materialium,
nam actus intellectus agentis consistit abstrahendo a materia. Unde ex huiusmodi
actionibus et passionibus que inveniuntur in anima non sequitur quod anima sit
6 composita ex materia et forma. Ad sextum dicendum quod recipere et subici et alia
huiusmodi alio modo anime conveniunt et materie prime. Unde non sequitur
7 quod proprietates materie in anima inveniantur. Ad septimum dicendum quod licet agens
intrinsecum a quo anima patitur sit materiale et corporale, non tamen anima
patitur ab ipso materialiter per modum sicut corpus materiale, sed patitur ab eo

spiritualem assistentem sicut quod est instrumentum divine iusticie vindicantis
Ad viij dicendum quod actio generantis terminatur ad compositum ex materia et forma 8
et generans naturale non nisi ex materia generat, sed actio non tantum non est ex materia
verum etiam non est quod ad compositum ex materia et forma terminetur. Ad ix dicendum 9
quod ea que sunt forme subsistentes ad hoc quod sint unum et ens non
requirunt causam formalem quia ipse sunt forme, habent tamen causam extrinsecam
agentem que dat eis esse. Ad x dicendum quod agens per motum reducit aliquid 10
aliquod de potentia in actum agens autem sine motu non reducit de potentia
in actum sed facit actu esse illud quod secundum naturam est in potentia ad esse et huius
modi agens est creans. Ad xi dicendum quod intellectus possibilis vocatur a philosophis 11
ylealis non quia sit forma materialis sed quia habet similitudinem cum materia in quantum
est tamen in potentia ad formas intelligibiles sicut materia ad formas sensibiles
Ad xij dicendum quod licet anima non sit actus purus nec potentia pura non 12
tamen sequitur quod sit composita ex materia et forma ut ex dictis patet. Ad xiij dicendum 13
quod anima non individuatur per materiam ex qua sit sed secundum habitudinem ad materiam
in qua est quod qualiter possit esse in questionibus precedentibus manifestum est
Ad xiiij dicendum quod anima separata non patitur a sensibilibus sed contingit patiente 14
cum quo est pati coniunctum non est anime tamen sed organum animati. Ad xv dicendum
quod anima non est in genere per se quia non per se sed quia pars speciei humane verum non sequitur 15
quod sit ex materia et forma composita. Ad xvj dicendum quod intelligibilitas non co- 16
venit multis sicut una forma speciei distributa in multos sed dimensionum
materie non sit forma intellectualis sed magis diversificatur per diversitatem formarum
que forme sunt differentes species sicut deus et angeli que sunt diffe-
rentes non solum per unam dispositionem. Ad xvij dicendum quod anime et an- 17
geli dicuntur proprius mutabiles sunt sunt mutari secundum electionem que quidem
mutatio est de operatione in operationem ad quam mutationem non requiritur materia
sed ad mutationes naturales que sunt de forma ad formam vel de loco ad locum

Septimo queritur utrum angelus et anima differunt specie et videtur
quod non quorum enim est eadem operatio propria et naturalis illa sunt eadem
secundum speciem quia per operationem natura rei cognoscitur sed anime et angeli est eadem
operatio propria et naturalis scilicet intelligere ergo anima et angelus sunt eiusdem
speciei. Sed dices quod intelligere anime est cum discursu intelligere vero angeli
sine discursu et sic non est eadem operatio secundum speciem anime et angeli
Sed contra diversitas operationum secundum speciem non est eadem potentia secundum nostram

per eandem potentiam scilicet per intellectum possibilem intelligunt quedam sine discursu
sicut principia prima quedam vero cum discursu sicut conclusiones ergo intelligere
cum discursu et sine discursu non diversificat speciem. Preterea intelligere cum di
scursu et sine discursu videtur differre sicut esse in actu et esse in quiete
nam discursus est quidam motus intellectus de uno in aliud sed esse in mo
tu et quiete non diversificat speciem nam motus reducitur ad illud genus
in quo est terminus motus ut dicit commentator in quinto physicorum et philosophus
ibidem dicit et tot sunt species motus quot et species entis similiter motum
ergo nec intelligere cum discursu et sine discursu diversificat speciem. Preterea sicut
angeli sunt intelligentes in verbo res ita et anime sed cognitio que est in verbo
est sine discursu unde augustinus dicit xv de trinitate quod in patria non erunt cogitationes
volubiles non ergo differt anima ab angelo per intelligere cum discursu. Preterea non
omnes angeli conveniunt in specie ut aliqui ponunt et tamen omnes angeli intelli
gunt sine discursu non ergo intelligere cum discursu et sine discursu facit diver
sitatem specierum in substantiis intellectualibus sed dicebat quod angelorum alii perfectius
aliis intelligunt sed tamen magis et minus non diversificat speciem sed intelligere
perfectius et minus perfecte non dicunt nisi per magis et minus ergo angeli non
differunt specie per hoc quod perfecte vel minus perfecte intelligunt. Preterea omnes anime huma
ne sunt eiusdem speciei non tamen omnes equaliter intelligunt non ergo est diversa species
in substantiis intellectualibus per hoc quod est perfectius vel minus perfecte intelligere. Preterea anima
humana dicitur intelligere discurrendo per hoc quod intelligit causam per effectum et econverso
sed hoc etiam convenit angelis dicitur enim in libro de causis quod intelligentia in
telligit quod est supra se et quod causatum ab ea et intelligit quod est sub se quia est cau
sa eius ergo non differt angelus ab anima per hoc quod est intelligere cum discursu
et sine discursu. Preterea quecumque perficiuntur eisdem perfectionibus videntur esse eiusdem
speciei nam proprius actus in propria potentia fit sed anima et angelus perficiuntur
eisdem perfectionibus scilicet gratia et gloria vel caritate ergo sunt eiusdem speciei.
Preterea quorum est idem finis videntur esse eiusdem speciei nam unumquodque ordinatur
ad finem per propriam formam que est principium speciei sed angeli et anime est idem
finis scilicet beatitudo eterna ut patet per illud quod dicitur matthei xxii quod filii resurrec
tionis erunt sicut angeli in celo et gregorius dicit quod anime assumuntur
ad ordines angelorum ergo angelus et anima sunt eiusdem speciei. Preterea si angelus
et anima differunt specie oportet quod angelus sit superior anima in ordine nature
et sic erit medium inter animam et deum sed inter mentem nostram et deum non

est medium sicut aug(ustinus) dicit ergo angelus et anima non differunt specie
Preterea multiplicatio eiusdem ymaginis in diversis non diversificat speciem ymago
enim herculis in auro et argento est eiusdem speciei sed tam in angelo quam
in anima est ymago dei ergo angelus et anima non differunt specie. Preterea quorum
est eadem diffinitio est eadem species sed diffinitio angeli convenit anime
dicit enim damascenus quod angelus est substantia incorporea semper mobilis arbitrio li
bera deo ministrans gratia non natura inmortalitatem suscipiens hec autem omnia
anime conveniunt quare ergo anima humana et angelus sunt eiusdem speciei
Preterea quecumque conveniunt in ultima differentia sunt eadem specie quia ultima differentia est consti
tutiva speciei sed angelus et anima conveniunt in ultima differentia in hoc scilicet quod est in
tellectuale esse quod oportet esse ultimam differentiam cum nichil sit nobilius in natura anime
vel angeli ergo eorum ultima differentia est completissima ergo angelus et anima non dif
ferunt specie. Preterea ea que non sunt in specie non possunt specie differre sed anima non est
in specie sed magis est pars speciei ergo non potest specie differre ab angelo. Preterea differen
tie constituunt speciem ea ergo que non sunt differentiabilia non videntur esse in
specie sed angelus et anima non sunt differentiabilia cum non sint composita ex materia
et forma ut supra ostensum est et in omni eorum diffinitione est aliquid ut materia
aliquid ut forma ut patet per philosophum viiº methaphisice ubi dicit quod in speciebus rerum
existunt sine materia ut ipsa possunt non esse differentiabiles ergo angelus
et anima non specie sunt differentes. Preterea omnis species constat ex genere et
differentiis genus autem et differentia in diversis fundantur sicut genus hominis quod est animal
in natura sensitiva differentia eius quod est rationale in natura intellectiva in angelo autem
et anima non sunt aliqua diversa super que genus et differentia fundari possunt
essentia enim eorum est simplex forma esse autem eorum nec genus nec differentia
esse potest sicut philosophus probat in iiiº methaphisice quod ens nec est genus nec differentia
ergo angelus et anima non habent genus et differentiam et ita non possunt specie
differre. Preterea quecumque differunt specie differunt per differentias contrarias sed in substantiis
immaterialibus non est aliqua contrarietas quia contrarietas est principium cor
ruptionis ergo angelus et anima non differunt specie. Preterea angelus et anima
proprie videntur differre per hoc quod angelus non unitur corpori anima vero
unitur sed hoc non potest facere animam differre specie ab angelo corpus enim
comparatur ad animam ut materia, materia vero non dat forme speciem sed ma
gis e converso igitur videtur angelus et anima differunt specie. Sed contra ea

que non differunt specie et unio non differunt nisi per materiam sed angelus et anima
non habent materiam ut supra ostensum est ergo si angelus et anima non differunt
specie non differunt quod patet esse falsum relinquitur ergo quod differunt specie Respondeo dicendum
quod quidam dicunt animam humanam et angelum esse eiusdem speciei et hoc
primo videtur posuisse Origenes volens eam vitare antiquorum hereticorum
errores qui diversitatem rerum diversis attribuebant principiis diversitatem
boni et mali introducentes posuit omnem rerum diversitatem ex libero
arbitrio processisse dixit enim quod deus fecit omnes creaturas a principio
equales et rationales scilicet quarum quedam deo adherentes in melius pro-
fecerunt secundum modum adhesionis ad deum quedam vero a deo per liberum arbitrium
recedentes in deterius ceciderunt secundum quantitatem recessus a deo et sic quedam
sunt incorporata corporibus celestibus quedam vero corporibus humanis quedam
vero usque ad malignitatem demonum perverse sunt non tamen ex sue creationis
principio essent omnes uniformes sed quia ex eius positione videri potest
Origenes attendit ad singulare tantum creaturarum bonum pretermissa consideratione totius
sapiens tamen artifex in dispositione operis non attendit solum bonum huius partis
vel illius sed multo magis bonum totius unde edificator non facit omnes
partes eque sed domus preciosas sed magis et minus secundum quod congruit
ad bonam dispositionem domus et similiter in corpore animalis non omnes partes
corporis habent oculi claritatem quia esset animal imperfectum sed est diversitas in corpore
animalis ut animal possit esse perfectum ita etiam deus sua sapientia non
omnia produxit equalia sic enim imperfectum esset universum cui multi gradus
entium deessent simpliciter igitur est in operatione dei querere quare unam crea-
turam fecit alia meliorem sicut si quereretur quare artifex in suo arti-
ficio diversitatem partium instituit hac igitur Origenis ratione remota sunt
aliqui eius positionem imitantes dicentes omnes intellectuales substancias esse
eiusdem speciei propter aliquas tamen rationes que in obiciendo sunt tacte sed ista
positio impossibilis videtur esse si enim angelus et anima ex forma et materia
non componuntur sed sunt forme tantum ut in precedenti questione dictum est
oportet quod sit differentia formalis qua angeli ab invicem distinguuntur vel etiam
ab anima nisi forte ponatur quod angeli etiam essent uniti corporibus
sicut et anime ut ex habitudine ad corpora differentia materialis in esse possit
sicut et de animabus supra dictum est sed hoc non ponitur oportet ergo et si hoc

ponetur non sufficeret ad hoc ponere quod manifestum est angelorum corpora
specie differret ab hiis corporibus quibus anime uniuntur et diversorum corporum
sunt species diversas perfectionis sunt species quod esse hoc igitur remoto quod angeli non
sunt forme corporum si non sunt oppositi ex una et forma non remanet an-
gelorum ad invicem vel ad animam differentia nisi formalis, formalis autem differen-
tia speciem variat nam forma est que dat speciem rei et sic relinquitur quod non solum
angeli ab anima sed etiam ipsi inter se specie differunt si quis autem ponat quod angeli
et anima sunt ex una et forma oppositi adhuc hoc oportet primo stare non sic
si enim tamen in angelis quam in anima sit una de se una sic omnium corporum inferi-
orum cum una una diversificata tamen sunt formas oportebit etiam quod diversio
illius ute unius et totius sit principium distinctionis angelorum ab invicem et ab anima
non ratione ute sic quod de se careat omni forma non posset intelligi diversio
ute a non receptione forme que secundum diversitatem ute non multiplicatur nisi per
divisionem quantitatis unde philosophus dicit 2o physicorum quod abstracta quantitate sub-
manet indivisibilis que autem opponuntur ex una divisionem subiecta
sunt corpora et non solum corpori unita sunt igitur angelus et anima sunt corpus
quod ille [illegible] dicit [illegible] sic quod intelligere non possit
esse actus corporis illius si ergo una angelorum et anime non sit una et co-
munis secundum diversorum ordinum hoc non sit esse nisi secundum ordinem ad formas
diversas sicut ponitur quod corporum celestium et inferiorum non sit una una quibus
et sic talis ute dicat speciem facit diversitatem unde impossibile videtur quod angeli et
anime sunt eiusdem speciei Quid autem quid differat consideranda restat quod autem
nobis incognitum substantiarum intellectualium per consideratores substantiarum materialium
re[illegible] aut materialibus diversas gradus perfectionis ute diversitatem species insti-
tuit et hoc quod facile patet si quis ipsa genera materialium substantiarum consideret
manifestum enim quod corpora mixta suppergrediuntur ordine perfectionis elemen-
ta plante autem corpora mineralia et animalia plantas et singulis generibus
sunt gradum perfectionis materialis diversitas speciei invenitur nam elementorum terra
infimum ignis vero nobilissimum similiter autem in metallibus gradatim una invenitur
per diversas species perfecte usque ad speciem auri similiter plante usque ad speciem arborum
perfectam et in animalibus usque ad speciem hominis non tamen quedam animalia sunt
plantis propinquissima ut immobilia que habent solum tactum et similiter
plantarum quedam sunt in animalibus propinqua ut patet per philosophum in libro

de vegetabilib*z* et ẏpe h*oc* d*icit* p*h*s *secundo* d*e* a*n*i*m*a q*uod* sp*eci*es rer*um* n*atur*aliu*m* s*un*t
sicut sp*eci*es n*umer*or*um* in quib*us* vnitas addita v*e*l subtracta variat sp*eci*em
ita ig*itur* et in corp*or*ib*us* n*atur*alib*us* diu*er*si g*ra*d*us* p*er*fectionis n*on* fac*iu*nt d*ictu*m sp*ecie*i
s*ed* q*ua*n*tu*m ad aliquid differat s*ed* l*ice*t in corp*or*ib*us* n*atur*alib*us* et n*atur*alib*us* v*e*l viuent*ibus*
c*ui*us e*st* diu*er*sitas g*ra*dum o*mn*i*u*m q*ui* g*ra*d*us* q*ua*dr*a*nt p*er* ordine*m* aliq*uo*d p*r*incipiu*m*
p*r*imu*m* i*n* corp*or*ib*us* ig*itur* i*n* n*atur*alib*us* attendit*ur* diu*er*s*i* g*ra*d*us* sp*eci*e*rum* diu*er*sificates m*aio*r
dine ad p*r*im*u*m p*r*incipiu*m* q*uod* e*st* n*atur*a et n*atur*e e*st* q*uia* s*ecund*e sp*eci*es s*un*t imp*er*fectiores
p*r*iores v*e*l p*er*fectiores et *pro*ducu*n*t s*e* h*ab*ent*es* ad p*ri*mas sicut mixta cor
p*or*a h*abe*nt p*er* p*er*fectio*n*em qua*m* s*un*t sp*eci*es el*eme*ntor*um* ut p*ote* h*ab*entes in se
q*ua*ntu*m* h*abe*nt elementa et adh*u*c amplius et plus e*st* o*per*ationes planta*rum*
ad corp*or*a i*n*a*n*i*m*alia et a*n*i*m*aliu*m* ad plantas sup*er*iorib*us* v*er*o i*n* n*atur*alib*us* ordo
g*ra*du*m* diu*er*sar*um* sp*eci*er*um* attendit*ur* n*on* q*ua*nd*o* s*ecundu*m o*per*ationes ad p*r*im*u*m agens q*ui* o*mn*ino e*st*
p*er*fectissimu*m* et ideo p*r*ima sp*eci*es in eis e*st* p*er*fectior s*ecund*a ut p*ote* p*ro*p*in*quior p*r*imo
agenti et s*ecund*a diminuit*ur* a p*er*fectio*n*e p*r*ime et sic deinceps usq*ue* ad ultima*m*
ca*usa*m s*u*mma aut*em* p*er*fectio s*ecundu*m agens in h*oc* consistit q*uia* in vno simplici h*ab*et
o*mn*iu*m* bonitatem et p*er*fecto*rum* v*er*o q*uan*to aliqua substa*n*tia i*n*n*atur*alis fuerit p*r*imo
agenti p*ro*pinquior tanto in sua n*atur*a simplici p*er*fectionem h*abe*t bonitate*m* sua*m*
et min*us* indig*et* inh*er*entib*us* formis ad sui co*m*pletio*n*em et h*oc* quid*em* g*ra*datim
p*ro*cedit*ur* usq*ue* ad a*n*i*m*am h*u*manam que in eis tenet ultimu*m* g*ra*du*m* sic n*atur*a
p*r*ima in g*ene*re re*rum* sensibiliu*m* v*er*o in sua n*atur*a n*on* h*abe*t p*er*fectio*n*es intelligibiles
s*ed* e*st* in potentia ad intelligibilia sicut m*ateri*a p*r*ima ad formas sensibiles v*er*o ad
ip*s*as autem indig*et* ut fiat in actu forma*rum* intelligibiliu*m* acq*ui*rendo eas p*er* sensi-
tiuas potencias a reb*us* exterioribus et o*per*ationes sensitiue sunt p*er* organum corporale
ex ip*s*a co*n*ditio*n*e sue n*atur*e co*n*petit ei q*uod* corpori vniat*ur* et sic e*st* p*ro*pter p*er*fectionem
h*u*mane n*on* h*abe*nt*es* usq*ue* p*er*fectam co*m*pletione*m* ad p*r*im*u*m ego d*ic*o q*uod* intellig*er*e angeli et
a*n*i*m*e n*on* e*st* eiusd*em* sp*eci*ei manifestu*m* e*st* en*im* q*uia* s*ecundu*m forme que s*un*t p*r*incip*ia*
a o*per*ationu*m* differu*n*t sp*eci*e n*atur*e e*st* et o*per*ationes ip*s*as differ*u*nt sp*eci*e sic cale-
facere et infrigidare differ*u*nt s*ecundu*m d*ictu*m caloris et frigoris sp*eci*es aut*em* quib*us*
a*n*i*m*e intelligu*n*t s*un*t a fantasmatib*us* abstracte et ita n*on* s*un*t eiusd*em* ro*n*is
cu*m* sp*eci*eb*us* intelligibilib*us* quib*us* angeli intelligu*n*t que s*un*t eis in n*atur*a s*ua*
q*uia* d*icitu*r in libro de causis q*uod* o*mn*is intelligencia e*st* plena formis v*er*o et in
h*abe*nt*es* h*oc* et angeli n*on* e*st* eiusd*em* sp*eci*ei ex h*oc* d*ic*ta p*ro*uenit q*uod* angel*us*
intelligit sine discursu a*n*i*m*a aute*m* cu*m* discursu qui n*atur*e h*abe*t

ex sensibilibus affectibus in virtutes corporis provenire et ab accidentibus sensibilibus in essencias rerum que non subiacent sensui. Ad 4m dicendum quod anima intelligibilis principia et conclusiones intelligit per species a fantasmatibus abstractas et ideo non est intelligere discursivum proprie. Ad 5m dicendum quod motus reducitur ad genus et speciem eius ad quod terminatur motus in quantum eadem forma est que cum motus est fuit in potencia in ipso motu medio modo inter actum et potenciam et ultimo modo tunc in actu completo sed intelligere angeli pure discursum et intelligere anime cum discursu non est secundum formam eandem speciei. Ad 6m non obstat quod sit veritas speciei. Ad 7m dicendum quod species rerum iudicantur secundum operaciones competentes eis secundum propriam naturam non autem secundum operaciones que competunt eis secundum participacionem alicuius nature superioris non iudicatur species ferri secundum adustionem que competit ei inquantum est ignitum sic enim iudicaretur eadem species ferri et ligni quod eciam ignitum adurit. Dico autem quod inde in nobis est operacio super naturam anime et angeli utrique conveniens secundum participacionem superioris nature scilicet divine sive per illustracionem gracie. Ad 8m non potest concludi per hoc quod angelus et anima sunt eiusdem speciei. Ad ultimum quod etiam in diversis angelis non sunt species intelligibiles eiusdem racionis nam quanto intellectus est superior et deo propinquior quam anima per virtutem quod est sua essencia intelligit tanto forme intelligibiles in ipso sunt magis universales et virtuosiores ad plura cognoscenda unde dicitur in libro de causis quod superiores intelligencie intelligunt per formas magis universales et dionysius xii ca. celestis ierarchie quod superiores angeli habent scienciam magis universalem et ideo intelligere diversorum angelorum non est eiusdem speciei licet utrumque sit pure discursum quod intelligunt per species innatas et non aliunde acceptas. Ad 10m dicendum quod magis et minus est dupliciter uno modo scilicet quod una eadem forma participat ut lignum albedinem et secundum hoc magis et minus non diversificat speciem alio modo secundum gradum diverse perfeccionis formarum et hoc diversificat speciem sicut diversi colores species sunt secundum quod magis et minus propinque se habent ad lucem et sic magis et minus in diversis angelis inveniuntur. Ad 11m dicendum quod licet due anime non equaliter intelligant tamen due intelligunt per species eiusdem racionis scilicet a fantasmatibus acceptas unde et hoc quod inequaliter intelligunt contingit ex diversitate virtutis sensitive a quibus species abstrahuntur quod eciam provenit secundum diversam disposicionem corporum et sic patet quod hic magis et minus non diversificat speciem nec sequitur inequalem diversitatem. Ad 12m dicendum quod cognoscere aliquid per alterum contingit dupliciter uno modo sic cognoscere

unum cognitio per aliud ita quod sit distincta cognitio utriusque sicut homo
per principium cognoscit conclusionem seorsum considerando utrumque Alio modo sic cogno-
scitur aliquid cognitione per speciem qua cognoscitur ut videmus lapidem per speciem la-
pidis que est in oculo primo ergo modo unum per aliud facit discursum non
autem secundo sed hoc modo angeli cognoscunt causas per effectus et effectus per causas
cognitio ipsa essentia angeli est similitudo quedam sue cause et assimulat
sibi suos effectus Ad x dicendum quod perfectiones iste conveniunt anime et angelo
per participationem divine nature vij di. ij pe. j per quem maxima et preciosa no-
bis dona donavit ut divine nature consortes et ideo per convenientiam in istis
perfectionibus non potest concludi unitas speciei Ad xiij dicendum quod ea quorum unus est
finis proximus et naturalis sunt unum specie similitudo autem alicuius finis est
ultimus et supernaturalis ideo non sequitur Ad xi dicendum quod augustinus non intelligit nil
esse medium inter mentem nostram et deum secundum ordinem dignitatis et nature quia
est una est alia nobilior sed quia mens nostra in mente iustificatur a deo
et in eo vivificatur sicut sed dicit quod aliquis nullus simplex est in mente
subesse non quod aliqui superiores eo sunt subesse sed quia nullus hic nisi
eius dominus immediate Ad xij dicendum quod neque anima neque angelus neque alia
est expressa ymago dei sed solus filius et ideo non oportet quod sint eiusdem speciei
Ad xiij dicendum quod predicta diffinitio non convenit anime eodem sicut angelo
angelus enim est substantia incorporea quod non est corpori unita quod de anima dici non
potest Ad xiiij dicendum quod ponentes animam et angelum unius speciei esse in hac ratione
maxime confidunt sed non necessario concludit quia ultima differentia est esse nobilior
non solum quantum ad ita nobilitatem sed etiam quantum ad estimationem quia ultima est
que hic desumitur respectu eius predicamenti sicut ergo intelligere non est nobilissi-
mum in angelo vel anima sed intelligibile sicut vel illo modo sicut et differentia
per aliud enim omnia animalia bruta essent eiusdem speciei Ad xv dicendum quod licet
per aliud enim sola speciei diffinitur tamen anima est pars speciei et tamen est principium dans speciem
sola species diffinitur tamen anima est pars speciei et tamen est principium dans speciem
et sic hoc quid dicitur de ipsa anima Ad xvi dicendum quod licet sola species diffinitur
ipse non tamen oportet quod omnes species sint diffinibiles species enim in malum rerum
non cognoscitur per diffinitionem vel demonstrationem sicut cognoscitur aliquid
in istis speculativis sed cognoscitur per simplicem intuitum ipsarum sicut nec
angelus ipse potest diffiniri non enim scimus de eo quid est sed per notificatio-
nem per quasdam negationes anima autem diffinitur ut est corporis forma.

Ad xviii dicendum quod generacio et corrupcio possunt accipi dupliciter uno modo secundum quod considerantur
realiter prout procedunt a motu et naturali et sic quod generacio et corrupcio propter diver-
sas naturas fiunt et hoc modo nichil prohibet dicere quod in substantiis spiritualibus
non sit generacio et corrupcio secundum quod forme sunt et principia spiritualia aliquid secundum
consideracionem loquendo et sic generacio et corrupcio non quod fiunt propter diversitatem nature
sed propter unam naturam in qua considerat aliquid proprium et aliud commune sic nichil
prohibet generacionem et corrupcionem poni in substantiis spiritualibus. Ad xix dicendum quod non valet lo-
quendo de generacione et corrupcione quia corrupcio esse contrarias non est per quam fundatur
non generans est susceptiva contrariarum formarum secundum autem consideracionem loquendo propter
fiat qualitatumque oppositarum in diversis sic per in diversis animorum intellectibus non est
contrarietas et sic est in spiritualibus substantiis. Ad xx dicendum quod licet materia non det
speciem tamen ex habitudine materie ad formam attenditur natura forme

ttamo queritur utrum anima racionalis tali corpori debeat uniri quale
est corpus humanum et videtur quod non anima racionalis est nobilissima
formarum corpori unitarum terra autem est infimum corporum non ergo sunt que-
quod corpori terreno uniatur secundum dicebat hoc corpus humanum ex hoc quod reductum
est ad equalitatem complexionis similitudinem habet cum celo quod omni caret
contrariis et sic nobilitatur ut anima racionalis conveniat possit ei uniri
contra per nobilitatem corporis humani in hoc consistit quod corpori celesti unitur
sequitur quod corpus celeste nobilius sit sed anima racionalis quolibet corpore
nobilior cum capacitate sui intellectus omnia corpora excedat ergo anima
racionalis magis debebat uniri corpori celesti sed dicebat quod corpus celeste
nobiliorem perfectionem perficitur quam sit anima racionalis et contra per perfectio cor-
poris celestis nobilior est anima racionali quia quod sit intelligens est quod adhuc
intelligens quolibet non intelligente nobilius est si igitur corpus celeste substancia
spirituali perficitur aut est motor eius tantum aut est forma si tantum motor
adhuc remanet quod corpus humanum sit nobilius non perfectum quamvis
corpus celeste forma eius dat speciem cum unus est forma non autem
motor eius est nichil prohibet aliqua que secundum suam naturam ignobiliora
sunt esse instrumenta nobilissimo agenti sicut substancia intellectualis est forma
corporis celestis aut huiusmodi substancia est intellectus tantum aut cum in-
tellectu sensum et alias potencias sed cum huiusmodi potencias necesse
sit esse actus organorum quibus indiget ad operandum sequitur quod

corpus celeste sit corpus organicum quod ipsius simplicitati et immu-
tabilitati repugnat si vero intellectum licet tunc absque intellectu actualitate cuius
substantia in nullo indigebat unione corporis ad operationem intellectus nec sit per or-
ganum corporale tum quia unio corporis et anime non sit propter corpus sed propter animam
quia iste sunt propter formas et non ergo sequitur quod intellectualis substantia non unitur
corpori celesti ut forma. Preterea omnis substantia intellectualis creata licet ex sui natura
flexibilis ad peccatum quod patet Augustini primo de bono quod est deus si igitur alie substantie
intellectuales uniuntur corporibus celestibus ut forme sequitur quod peccare potuerunt
pena autem peccati mortis est separatio anime a corpore et cruciatus perpetuus in
inferno potest quod sic quod corpora celestia moriantur per separationem animarum et quod anime
in inferno retrudentur. Preterea omnis intellectualis substantia capax est beatitudinis
si igitur corpora celestia sunt animata animabus intellectualibus cuius anime
sunt capaces beatitudinis et sit in eadem beatitudine non solum sunt angeli et
homines sed etiam quedam alie medie cum tunc sanctus doctores tradat proprietates
illorum quod hominibus constare et angelis. Preterea corpus quod sunt proportionatum anime
rationali sed corpus valde simplex est illi corpori illud aut corpus aut potius sunt
immobile et inflexibile quod tamen corpora non sunt quo cuiusque corpora qualia
nostra cuiusmodi non sunt proportionata anime rationali. Preterea nobilissimo motori de-
betur instrumenta optime disposita et obedientia ad operationem anima
autem rationalis est nobilior inter motores inferiores quod debetur sibi corpus
maioris obedientie ad suam operationem cuiusque autem non est corpus quale
cuiusmodi quod caro resistit spiritui et anima ipsi pugnat contrariorum distinctio
sunt ab illud nec quod anima rationalis tali corpori debeant uniri. Preterea anima
est substantia incorruptibilis corpora autem nostra sunt corruptibilia ne quod conveniunt talibus
corporibus anima rationalis uniri. Preterea anima rationalis unitur corpori ad propagationem huma-
nam generationem sed magis generaretur humana species si corpus cum anima
uniretur esset incorruptibile nec enim esset necessarium quod per generationem species con-
servaretur humana species si corpus cum anima unitur esset immortale nec enim
esset necessarium quod per generationem species conservaretur sed in esse semper unum numero conservaret
Preterea quod anima humana incorporalibus corporibus uniri debeant. Preterea
corpus humanum inter sit nobilissimum inter inferiora corpora debet esse simillimum
corpori celesti quod est nobilissimum corporum sed corpus celeste omnino

careat contrarietate quia corpora quanto minus debent habere de contrarietate
alia enim corpora ut lapidum et arborum sunt durabiliora cum habent contrarie-
tates sunt principium dissolutionis non igitur anima talis debet talibus corporibus uni-
ri qualia nos habemus. Praeterea anima est forma simplex formae autem simili-
ter competit materia simplex debet igitur anima talis alicui simplici corpori uniri
ut puta igni vel aeri vel alicui huiusmodi. Praeterea anima humana videtur esse
principiis conveniens unde et antiqui plures posuerunt animam esse de natura prin-
cipiorum ut dicitur in primo de anima principia autem corporum sunt elementa igitur et
si anima non sit elementum neque composita ex elementis saltem alicui corpori elementari
debet uniri ut igni vel aeri vel alicui aliorum. Praeterea corpora similium partium
magis accedunt ad simplicitatem quam corpora dissimilium partium cum ergo anima
sit forma simplex magis debet uniri corpori similium partium quam corpori
dissimilium. Praeterea anima unitur corpori ut forma et ut motor debet igitur
talis anima quae est nobilissima formarum uniri corpori agilissimo ad mo-
tum cum tamen contrarium videatur nam corpora avium sunt agiliora ad motum et plura
corpora aliorum animalium quam corpora hominum. Praeterea dicitur quod formae dantur a da-
tore secundum merita materiae quae dicuntur materiae dispositiones sed corpus humanum non
habet dispositionem respectu tam nobilis formae ut videtur cum sit grossum
et corporale non igitur anima debet tali corpori uniri. Praeterea in anima humana
sunt formae intelligibiles maxime particulares secundum comparationem ad substantias
intelligibiles superiores sed tales formae competunt ad comparationem corporis ce-
lestis quod est sine generatione et corruptione horum particularium ergo anima humana
debet uniri corporibus celestibus. Praeterea nihil movetur naturaliter dum est
in suo ubi sed solum quando est extra proprium ubi celum autem movetur in suo
ubi existens ergo non movetur naturaliter movetur igitur ab anima et
ita habet animam sibi unitam. Praeterea enarrare est actus substantiae intelligentis
sed celi enarrant gloriam dei ut in psalmo dicitur ergo celi sunt intelligentes ergo
habent animas intellectivas. Praeterea anima est perfectissima formarum debet ergo
uniri perfectissimo corpori corpus autem humanum videtur esse imperfectissimum non enim
habet neque arma ad defendendum vel impugnandum nec operimenta nec
aliquid huiusmodi quae natura corporibus aliorum animalium tribuit

non ergo talibus anima tali corpori debuit uniri. Et contra est quod dicitur Ecclesiastici xvii
Deus de terra creavit hominem et secundum ymaginem suam fecit illum. Sed opera dei
sunt convenientia, dicitur enim Genesis primo: Vidit deus cuncta que fecerat et erant
valde bona. Ergo conveniens fuit ut anima rationalis in qua dei ymago est
corpori terreno uniretur. Respondeo dicendum quod cum materia sit propter formam et non econverso ex parte
anime oportet accipere rationem quale debeat esse corpus cui unitur. Unde in iio
de anima dicitur quod anima non solum est corporis forma et motor sed etiam finis.
Est autem ex premissis disputatis questionibus manifestum quod ideo rationale
est anime humane corpori uniri quia cum sit infima in ordine rerum intelligi-
bilium substantiarum sicut materia prima est infima in ordine rerum sensibilium non habet
anima humana intelligibiles species sibi naturaliter inditas quibus in operationem
propriam exire possit que est intelligere sicut habent superiores substantie intelligibiles
sed est in potentia ad eas cum sit tamquam tabula in qua nichil est scriptum
ut in iiio de anima dicitur. Unde oportet quod species intelligibiles a rebus exterioribus
accipiat mediantibus potentiis sensitivis que sine corporeis organis
operationes proprias habere non possunt. Unde et animam humanam necesse est corpori uniri.
Si igitur propter hoc anima humana unibilis est corpori quia indiget accipere
species intelligibiles a rebus mediante sensu, necessarium est quod corpus cui
anima rationalis unitur tale sit ut possit esse aptissimum ad representandum
species sensibiles ex quibus in intellectu species intelligibiles resultent. Sic igitur
oportet corpus cui anima rationalis unitur esse optime dispositum ad sentiendum.
Sed cum plures sint sensus, unus tamen est qui est fundamentum aliorum, scilicet tactus
in quo principaliter tota natura sensitiva consistit. Unde et in iio de anima
dicitur quod propter hunc sensum primo animal dicitur. Et inde est quod in immobilitate huius
sensus ut in sompno accidit quod omnes alii sensus solvuntur et non
solum solvuntur sed corrumpuntur ab excellentia propriorum sensibilium
sicut visus a rebus multum fulgidis et auditus a maximis sonis, sed
animal ab excellentia sui tactus ut a forti calore vel frigore. Cum
igitur corpus cui anima rationalis unitur debeat esse optime disposi-
tum ad naturam sensitivam necessarium est ut sit convenientissimum orga-
num sensus tactus. Propter quod dicitur in iio de anima quod habemus sensum
tactus certiorem inter cetera animalia et quod propter bonitatem huius

sensus etiam unus homo est abilior alio ad intelligibiles operationes
molles enim carne qui sunt bene tactu aptos mente videmus. Si
autem organum cuiuslibet sensus non debeat esse in actu contraria quorum sensus
est perceptivus sed esse in potentia ad alia ut possit ea recipere quia recipi
ens debet esse denudatum a recepto, ubi natura est hoc esse in organo ta
ctus et in organis aliorum sensuum organum enim visus scilicet pupilla ca
ret omni albo et nigro et ubi omni genere coloris et sic in auditu
et olfactu, hoc autem in tactu accidere non potuit nam tactus est cogno
scitivus eorum ex quibus est natura compositum corpus animalis scilicet caloris frigidi
humidi et sicci unde impossibile est quod organum tactus sit omnino denudatum
a genere sui sensibilis sed oportet quod sit reductum ad medium ut sic est in potentia
tia ad contraria extrema igitur cum anima rationalis uniatur non debeat esse
convenientissimum ad sensum tactus oportet quod sit maxime reductum ad
medium per aequalitatem complexionis in quo apparet quod tota
operatio inferiorum non terminatur ad hominem tamquam ad perfectissimum vi
demus enim operationem naturae procedere gradatim a simplicibus elementis
commiscendo ea quousque pervenitur ad perfectissimum complexionis
modum qui est in corpore humano. Habet igitur dispositionem corporis in quo
oportet esse cum anima rationalis uniatur ut scilicet aptissime complexionatum. Propter quod autem
etiam considerare particulares corporis humani dispositiones adeo mire
mat ordinatas ut homo sit optimum instrumentum rationis quia ad bonam habitudinem
potentiarum interiorum puta ut imaginative et memorie et cogita
tive virtutis necessaria est bona dispositio cerebri, facta est homo
maius habens cerebrum inter omnia animalia secundum proportionem sue naturae et quan
titatis et ut liberior sit eius operatio habet caput sursum positum
quia solus homo est animal rectum alia vero animalia incurva incedunt
et hanc rectitudinem habendam et conservandam necessaria fuit abun
dantia caloris in corde per quem multi spiritus generantur ut per calorem
et abundantiam corpus possit in directum subsistere et per istum
modum sua dispositione humanum corpus est appropriata quantum
ad singula quae sunt hominis propria. Sed tamen considerandum quod in quibus

que sunt ex materia sunt quedam dispositiones in ipsa materia quas requirit talis
materia eligitur ad talem formam et sunt alie que consequuntur ex necessitate
materie et non ex electione agentis sicut ad faciendam serram artifex eligit
duritiem in ferro ut sit serra utilis ad secandum sed quod dentes serre
hebetari possint et fieri rubiginosa hoc accidit propter materie magis
enim artifex eligeret materiam ad quam hoc non sequeretur si posset inveniri
sed quia inveniri non potest non propter hoc huiusmodi defectus qui sequentes sunt ex
materia tali facere opus sic igitur et in corpore humano contingit quod cum tale
sit commixtum et suis partibus dispositum ut sit convenientissimum ad operationes
sensitivas et propter hoc est elementum in materia habet a factore homine sed quod
hoc corpus sit corruptibile fatigabile et huiusmodi defectus habeat
consequitur ex necessitate materie necesse est enim corpus sit commixtum ex contrariis
talibus subiacere defectibus nec potest obviari de hoc quod Deus potuit
aliter facere quia in institutione nature non queritur quid Deus facere possit sed
quid rerum natura habeat ut dicit Augustinus super Genesim ad litteram sciendum tamen
est quod in remedium horum defectuum Deus homini in ipsa institutione
contulit auxilium iustitie originalis per quam corpus esset omnino sub-
ditum anime quamdiu anima Deo subderetur ita quod nec mors esset
nec aliqua passio vel defectus homini accideret nisi prius anima pecca-
ret adeo sed per peccatum anima recedente a Deo natura privata est hoc beneficio
et subiacet defectibus secundum quod natura materie requirit ad primum ergo dicendum quod quamvis
anima sit simplicissima forma in quantum est intellectus quia tamen non sunt infima
in genere formarum intelligibilium indiget corpore venire quod sit medie com-
plexionis ad hoc quod per sensus species intelligibiles possit acquirere necessarium
fuit quod corpus cui unitur haberet in equalitate de singulis elementis
scilicet terra et aqua non enim ignis sit efficacissime virtutis in agendo
nisi secundum quantitatem inferiora elementa excederent non posset fieri
commixtio et maxime reducta ad medium ignis enim alia ele-
menta excedit sed comparet vis in uno de gradu partis et quod
in corporibus mixtis naturaliter plus abundat terra et aqua ad secundum
dicendum quod anima rationalis unitur corpori tali non quia est proxime celo sed quia

est equalis cum potioris s[ed] adhuc sequitur aliqua plenitudo ad celum
per elongationem a terra sicut si in sui opinionem anima uniretur tali
corpori per plenitudinem celi ipse voluit cum inferiora cum prioribus causa-
ri ut sic corpora inferiora exierunt tanta a corporibus celestibus et cum
pervenerat ad plenitudinem corporum celestium per equalitatem fortiora
secundum fortem plenitudinem corpori celesti quod est esse animatus ad unum dico quod de
animatione corporum celestium est diversa opinio et aput philosophos dum
se positos sunt anaxagoras posuit intellectum regentem omnia esse
omnino immixtus et separatus et corpora celestia esse inanimata unde
et dampnatus ad mortem dicitur ipse dicit quod dixit solem esse quendam lapidem
dei ignitum ut Augustinus narrat in libro de civi(tate) dei alii vero philosophi posue-
runt corpora celestia esse animata quorum quidam dixerunt deum esse
animam celi quod sunt vero ydolatre ut sic celo et corporibus celestibus cul-
tum dei attribuerent alii vero ut Plato et Aristoteles licet ponerent corpora
celestia esse animata ponebant tamen deum esse aliquid esse supra
animam celi omnino separatus aput doctores est fides certa et sequa-
ces ipsius posuerunt corpora celestia esse animata credendum vero posuerunt
ea esse inanimata ut Damascenus ponit que positio communis est aput
modernos teologos Augustinus relinquit sub dubio in super Genesi ad
litteram et in libro enchiridion hec igitur ab aliquo intellectu movetur
saltem separato ipse argumenta utramque partem sustinentes diruunt aliqui
substantiam intelligibilem esse perfectionem corporis celesti ut formam quod quidem
sic solam potentiam intellectivam non autem sensitivam ut exponentibus
Aristotelis amplius patet in 2o de anima et 3o metheore cum autem ponat
quod anima celi eius intellectus etiam habeat ymaginationem sic autem habet
intellectum tamen unitur tamen corpori ut forma vero ipse operationem intellectualem
sic ipse operationem virtutis active sicut quam ipse a corpore divinam plenitudinem
in causando per motum celi ad unum dico quod licet sunt nostram esse
substantie intellectuales creature possunt peccare tamen quod electionem divinam
et predestinationem per amplius gratia plures confirmate sunt ne peccarent
unde quamvis quis possit ponere animas corporum celestium et principe

sunt demones qui peccaverunt fuerunt inferioris ordinis. Ad vtum
dicendum quod si corpora celestia sunt animata anime eorum pertinent ad proprietatem
angelorum et cum Augustinus in enchiridion nec illud quod certum habeo
utrum ad eandem proprietatem scilicet angelorum pertineant sol et luna et cuncta
sidera quamvis nonnullis lucida esse corpora non cum sensu vel intelligentia
esse videantur. Ad vjtum dicendum quod corpora ade sunt proportionata anime
humane ut dictum est et non solum secundum quod requirit natura sed secundum quod contulit
gratia quia quamvis gratia perierit natura eadem manet. Ad vijm dicendum quod purgatio
que est in homine ex corruptis complexionibus est ex necessitate nature proueniunt
necessaria cum sint sibi homo creatus secundum quod sentiret delectabilia et quod eum
consequeretur comparatione delectabilium que plerumque repugnat rationi. Sed tempore
hoc est hominum sunt datum remedium per gratiam in statu innocentie ut
sunt superiores vires in nullo tempore rationem mouentur. Sed hoc totum perdidit
per peccatum. Ad viijm dicendum quod ipse licet sint vascula ... non tamen possunt
esse organa sensuum et ideo non possunt corpora humana ex solis ipsis
constare. Ad ixm dicendum quod corruptibilitas est ex defectibus qui sequuntur
corpora humana ex necessitate nature et maxime per peccatum quod subtraxit
auxilium gratie. Ad xm dicendum quod quamvis melius sit requirendum est in hiis
que sunt propter finem non autem in hiis que ex necessitate nature proueniunt.
melius enim esset quod corpora animalis essent incorruptibilia sed hoc secundum naturam
patet. talis materia qualem formam animalis requirit. Ad xim dicendum quod ea
que sunt maxime propinqua elementis et plus habent de contrarietate
ut lapides et metalla magis durabilia sunt quia minor est
in eis armonia unde non ita de facili soluuntur. Corpora autem que subtilius
proportionantur facile soluuntur armonia. Nichilominus tamen in animalibus
causa longitudinis vite est ut humidum non sit facile desiccabile vel
congelabile et quod calidum non sit facile extinguibile quia vita ista
calido et humido consistit. Hoc autem in elefante inveniuntur secundum aliqua nature
simul quam requirit complexio radicata ad medium. unde quedam
sunt durabiliora et quedam minus durabilia. Ad xijm dicendum quod cor-
pora humana non possunt esse corpora simplicia nec corpora celestia po-
tuit esse propter impassibilitatem organi sensus et precipue tactus

nec corpora simplicia elementaria quia in elemento sunt contraria in
actu corpus autem humanum est tale reductum ad medium Ad xiiii dicendum quod antiqui
quidam naturales existimaverunt quod oportet animam que cognoscit omnia
plures esse actu omnibus et ideo ponebant eam de natura elementi quod ponebant
principium ex quo omnia constare dicebat ut sic anima esset plus omnibus
et omnia cognosceret Aristoteles autem excludit primos quod anima cognoscit
omnia magis est plus omnibus in potentia non actu unde oportet cui unitur non
esse in extremo sed in medio ut sic sit in potentia ad contraria Ad xv
dicendum quod quamvis anima sit simplex in essentia est tamen in virtute multiplex et
tanto magis quanto fuerit perfectior et ideo requiritur corpus organicum quod sit
similiter perfectum Ad xvi dicendum quod anima non unitur corpori propter motum localem
sed magis motus localis hominis sic et aliorum animalium ordinatur ad conservationem
corporis uniti anime sed anima unitur corpori propter intelligere que est prima et prin
cipalis eius operatio et ideo requiritur quod corpus unitum anime tale sit opti
me dispositum ad serviendum anime in hiis que sunt necessaria ad intelligendum
et quod de agilitate et de aliis huiusmodi habeat quantum talis dispositio patitur
Ad xvii dicendum quod plato ponebat formas rerum per se subsistentes et quod participatio
formarum animalis est per se vivens ut perficiatur non autem per formas que per se sub
sistunt et ideo non sequebatur quod in aliis forme crearentur sicut in nostra etiam
sed sicut species aliarum formarum naturalium non per se subsistunt unde in uno forme ad
materiam non est per se in materia sed per formam non igitur quod in materia est sic disposita talis forma
sibi datur sed ut forma sit talis competit materiam sic disponi et sic quod dictum
est quod corpus hominis dispositum est sicut quod competit tali forme Ad xviii dicendum quod
corpora celestia licet sint perfectiora quam que generantur et corrumpuntur est tamen
eorum tamen ut agens quod per se quod sibi requiritur determinata agentia ad deter
minatas species unde motor corporis celestis non oportet quod habeat formas particulares
sed velut sicut sit anima sive motor separatus Avicenna tamen posuit quod
ponebat animam celi habere imaginationem per quam particularia apprehenderet non
cum sit causa motus cognoscere habet et vivit et ita oportet quod habeat aliquam poten
tiam sensitivam non habet non est necessarium primo quidem quia motus celestis
est semper uniformis et non recipit impedimentum et ideo videtur conceptio
sufficit ad causandum talem motum particularis cum requiritur in
motibus animalium propter irregularitatem motus et impedimenta que possunt

proveniunt demum quod etiam substantie intellectuales superiores sunt precla-
ra cognoscere sive potentia consitiva sicut alibi ostensum est. Ad xxiiii
dicendum quod motus celi est naturalis ipse principium passivum sive receptivum mo-
tus quod tali corpori naturaliter competit talis motus, sed principium activum huiusmodi
motus est aliqua substantia intellectualis. quod autem dicitur quod nullum corpus in suo
ubi consistens movetur naturaliter, intelligitur de corpore mobili motu recto
quod mutat locum secundum totum non solum ratione sed etiam subiecto. corpus autem quod
circulariter movetur totum quidem non mutat locum subiecto sed ratione tan-
tum, nichil enim est extra suum ubi. Ad xxix dicendum quod probatio illa frivola est,
licet Rabbi Moyses ponat eam, quod si enarrare ipse accipitur cum di-
citur celi enarrant gloriam dei, oportet quod celum non solum habeat intellectum sed et
linguam. dicuntur autem celi enarrare gloriam dei, si ad litteram exponatur,
inquantum eorum manifestatur hominibus gloria dei, per quem etiam modum tamen
insensibilia deum laudare dicuntur. Ad xxx dicendum quod alia animalia habent
extimationem naturalem determinatam ad aliqua certa, et non sufficienter
potentiam eius providere anima aliquibus certis auxiliis, non autem homini
qui ipse ratione est infinitorum comprehensivus. et ideo loco omnium auxiliorum
que alia animalia naturaliter habent habet homo intellectum qui est species specierum
et manum que sunt organum organorum per quas sibi preparare sibi necessaria

Decimo queritur utrum anima uniatur materie corporali per medium et videtur
quod sic. quia in libro de spiritu et anima dicitur quod anima habet vires quibus
inficitur corpori. sed vires anime sunt aliud quam eius essentia. ergo anima
unitur corpori mediantibus potentiis inquantum est motor sed non inquantum
est forma. Sed contra anima est forma corporis inquantum est actus, motor
autem inquantum est principium operationis. principium vero operationis est in-
quantum actu est, quia unumquodque agit secundum quod actu est. ergo secundum idem anima
est forma corporis et motor. non ergo est distinguendum de anima secundum
quod est motor corporis vel forma. Preterea anima non est motor corporis non
unitur corpori per accidens, quia sic ex anima et corpore non fieret unum per se.
ergo unitur ei per se. secundum quod unitur alicui per principium unitur ei sine medio.
Ergo non ergo anima inquantum est motor unitur corpori per medium. Preterea
anima unitur corpori ut motor inquantum est principium operationum

sed operaciones anime non sunt anime tantum sed coniuncti ut dicitur in primo de anima
et sic inter animam et corpus non cadit aliquod medium quantum ad operaciones
non ergo anima unitur corpori per medium inquantum est motor. probatur inde(?) est
quod ei unitur per medium inquantum est forma. forma enim non unitur cuilibet materie
sed proprie sicut autem materia susceptiva forme vel illius per disposiciones proprias que sunt
propria accidencia rei sicut calidum et siccum sunt propria [illegible] ignis ergo forma
unitur materie mediantibus propriis accidentibus sed propria accidencia animatorum sunt po
tencie anime ergo anima unitur corpori ut forma mediantibus potenciis
probatur animal est movens se ipsum movens autem se ipsum dividitur in duas
partes quarum una est movens et alia mota ut probatur in viii physicorum
pars autem movens est anima sed pars mota non potest esse materia sola quia que est
impotencia tantum non movetur ut dicitur in v physicorum et ideo corpora levia et
gravia licet (?) sint in se ipsis mota non tamen movent se ipsa quia dividuntur
solum in materiam et formam que non potest esse mota igitur relinquitur quod aliquod
dividatur in animam et aliquam aliam partem que sit composita ex materia et
forma et sic sequitur quod anima unitur materie corporali mediante alia
forma. probatur in diffinicione cuiuslibet materie forme ponitur propria materia eius sed
in diffinicione anime inquantum est forma ponitur corpus physicum organicum
potencia vitam habens ergo anima unitur materie mediante ali
qua forma primo materiam perficiente. probatur Genesis ii formavit deus
hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite spi
raculum autem vite est anima ergo aliqua formacio precedit in materia unionem
anime et sic anima mediante alia forma unitur materie corporali. probatur forma
unitur secundum exigenciam materie quia materia est impotencia ad eas sed materia per prius
est impotencia ad formas elementorum quam ad alias formas ergo anima et
alie forme non uniuntur materie nisi mediantibus formis elementorum.
probatur corpus humanum et cuiuslibet animalis est corpus mixtum sed in
mixto oportet quod remaneant forme elementorum secundum essenciam alias
esset corrupcio elementorum et non mixtio ergo anima unitur materie me
diantibus aliis formis. probatur anima intellectualis est forma inquantum
est intellectualis sed intelligit et mediantibus aliis potenciis ergo anima
unitur corpori ut forma mediantibus aliis potenciis. probatur anima non
unitur cuilibet corpori sed corpori sibi proporcionato quia oportet proporcionem esse

inter animam et corpus et sic mediante spiritu anima unitur corpori
secundum quod unaquaeque operatur in remota per id quod est maxime proximum. Sed vires
animae diffunduntur in totum corpus per cor, ergo cor esse utrumque [?] animae
et ceteras partes corporis et ita mediante corde unitur corpori. Praeterea in partibus
corporis est invenire dignitatem et ordinem ad invicem. Sed anima est
simplex secundum suam essentiam [?], cum igitur forma proportionato sibi perfectibili
unitur, videtur quod anima primo unitur uni parti corporis et ea media-
te aliis. Praeterea anima est superior corpore, sed inferiores vires animae ligant
superiores; non enim intellectus indiget corpore nisi propter imaginationem et sen-
sum a quibus accipit, ergo ergo [?] corpus unitur animae per ea quae sunt supre-
ma et simpliciora sicut per spiritus et humores. Praeterea illud quo separa-
to solvitur unio aliquorum videtur esse medium inter ea. Sed
subtracto spiritu et calore naturali extracto et humido naturali consumpto
solvitur unio animae et corporis; ergo praedicta sunt medium inter animam et
corpus. Praeterea sicut anima naturaliter unitur corpori ita lux caelo naturaliter uni-
tur corpori. Sed lux corpori est per hoc quod est sub dimensionibus terminata [?], ergo
anima unitur corpori mediantibus dimensionibus. Praeterea distincta non con-
iungitur nisi per medium. Sed anima et corpus videntur esse maxime
distincta cum unum eorum sit incorporeum et simplex, aliud cor-
poreum et maxime compositum; ergo anima non unitur corpori nisi
per medium. Praeterea anima humana est similis in natura intellectuali substantiis sepa-
ratis quae movent caelestia corpora, sed eadem videtur esse habitudo
motoris et mobilis; ergo videtur quod corpus humanum quod est motum ab
anima habeat aliquid simile de natura caelestis corporis quo mediante anima
sibi unitur. Sed contra est quod dicit philosophus in 2 metaphysicae quod forma unitur
materiae immediate. Anima autem unitur corpori ut forma, ergo unitur sibi
immediate. Respondeo dicendum quod inter omnia esse est illud quod immediatius
et verius convenit rebus ut dicitur in libro de causis. Verum est quod cum
materia habeat esse actu per formam, quia forma dat esse materiae, ante omnia intel-
ligitur [?] advenire materiae et immediatius ceteris sibi inesse. Hoc autem
proprium est formae substantialis quod dat materiae esse simpliciter; ipsa enim est per
quam res est hoc ipsum quod est. Non autem per formas accidentales habet
esse simpliciter sed esse secundum quid, puta esse magnum vel coloratum
vel aliquid tale. Si qua igitur forma est quae non dat esse materiae

simpliciter sed adveniat iam constituti in actu per aliquam formam
non erit forma substantialis | ex quo patet quod inter formam substantialem et materiam
non potest cadere aliqua forma substantialis media | sed quidam volunt
ponentes quod secundum ordinem generum quorum unum sub altero ordinatur est
ordo diversorum graduum in materia | puta si dicamus quod materia secundum unam formam
habet quod sit substantia in actu et secundum aliam quod sit corpus et iterum secundum aliam
quod sit animatum corpus et sic deinceps Sed hac positione facta sola illa
forma quae facit esse substantiam actu esset substantialis aliae vero essent accidentales
quia forma substantialis est quae facit hoc aliquid ut iam dictum est
Sed igitur dicendum quod eadem numero forma sit per quam res habet quod sit substantia
et quod sit in ultima specie specialissima et in omnibus intermediis generibus Re
linquitur igitur quod cum formae rerum naturalium sint sicut numeri in quibus
est diversitas specierum addita vel subtracta unitate ut dicitur in viii me
taphysicae Sed igitur intelligere diversitatem formarum naturalium secundum quam res
constituitur in diversis speciebus ex quo una addit perfectionem super aliam
ut puta quod una forma constituit materiam in esse corporali tantum hic enim
oportet esse infimum gradum formarum materialium eo quod materia non est in potentia
nisi ad formas corporales quae enim incorporalia sunt immaterialia sunt
ut superius ostensum est alia autem perfectior forma constituit materiam
in esse corporali et ulterius dat ei esse vitale et ulterius alia forma
dat ei et esse corporale et esse vitale et super hoc addit ei sensibilitatem
et sic est in aliis Sed igitur intelligere quod forma perfectior secundum quod constituit
materiam in perfectione inferioris gradus simul cum materia … intelligatur
ut materiale respectu ulterioris perfectionis et sic ulterius procedendo ut
puta materia prima secundum quod iam constituta est in esse corporeo est materia re
spectu ulterioris perfectionis quae est vita et inde est quod corpus
est genus corporis viventis et animatum sive vivens est differentia nam genus
sumitur a materia et differentia a forma et sic quodammodo una et eadem for
ma secundum quod constituit materiam in actu inferioris gradus est media inter
materiam et se ipsam secundum quod constituit eam in actu superioris gradus materia
autem prout intelligitur constituta in esse substantiali secundum perfectionem inferioris
gradus et per consequens intelligi potest ut accidentibus subiecta nam
substantia secundum illum inferiorem gradum perfectionis necesse est quod habeat

quedam accidentia ipsa que nota est et in esse sicut color quod est
ita constituta in esse corporis per formas statim consequitur ut sunt a ea
dimensiones per quas intelligitur materia divisibilis per diversas partes ut sunt secundum
diversas suas partes possit esse susceptiva diversarum specierum formarum
et ulterius ex quo materia iam intelligitur constituta in esse quodam substantiali
intelligi potest ut susceptiva accidentium quibus disponitur ad ulteriores
perfectiones suscipiendas huiusmodi autem dispositiones preintelliguntur forme
introducende ab agente in materia licet sint quedam accidentia ita ipsa
forme quod non nisi ex ipsa forma causantur in materia unde non preintelligun-
tur in materia forme quasi dispositiones sed magis forma preintelligitur eis
sicut causa effectum sic igitur tam anima sit forma substantialis quod consti-
tuit hominem in determinata specie substantie non est aliqua alia forma substantia-
lis media inter animam et materiam primam sed homo ab ipsa perficitur secundum
diversos gradus perfectionum ut sit scilicet corpus et animatum corpus et animal
rationale sed quod materia sic quod intelligitur ut recipiens ab ipsa anima rationali
perfectiones inferioris gradus puta quod sit corpus et animatum
corpus et animal intelligitur simul cum dispositionibus convenientibus
quod sit materia propria ad animam rationalem secundum quod dat ultimam perfectionem sic igitur
anima secundum quod est forma dans esse non habet aliquid medium inter se et
materiam primam sed quod eadem forma que dat esse materie est etiam operationis
principium sed considerandum est quod secundum gradus formarum in perfectione essendi
est etiam gradus earum in virtute operandi cum operatio sit entis in actu
et ideo quanto aliqua forma est maioris perfectionis in dando esse tanto
est maioris virtutis in operando unde forme perfectiores habent plures
operationes et magis diversas quam forme minus perfecte et inde est quod ad
diversitatem operationum in rebus minus perfectis sufficit diversitas acciden-
tium in rebus autem magis perfectis requiritur ulterius diversitas partium
et tanto magis quanto forma fuerit perfectior videmus enim quod igni
conveniunt diverse operationes secundum diversa accidentia ut ferri sursum
secundum levitatem calefacere secundum calorem et huiusmodi sed tamen quelibet
operationum competit igni secundum quamlibet eius partem in corporibus autem
animalium que habent nobiliores formas diversis operibus deputantur
diverse partes sicut in plantis alia est operatio radicis et stipitis

et remotum et quanto corpus animata perfectiora tanto maiorem necesse
est in membris diversitatem in partibus vero cum anima rationalis sit perfectissima
formarum in nullo in homine invenitur maxima distinctio partium
propter diversas operationes et anima singulis earum dat esse substantiale secundum illum mo-
dum quo appetit operationem ipsarum. Cuius signum est quod remota anima
non remanet neque caro nec oculus nisi equivoce. Sed cum oporteat
ordinem in pluralitate esse secundum ordinem operationum diversarum aut operationum
que sunt ab anima una naturaliter precedit alteram necessarium est quod una pars
corporis moveatur per aliam ad suam operationem. Sic igitur inter animam secundum quod est
motor et principium operationum et totum corpus cadit medium aliquid quia
mediante aliqua prima parte movet alias partes ad suas operationes
sicut mediante corde movet alia membra ad vitales operationes.
Sed secundum quod dat esse corpori immediate dat esse substantiale et specificum
omnibus partibus corporis et hoc est quod a multis dicitur quod anima unitur corpori
ut forma sine medio ut motor autem per medium et hec opinio
secundum sententiam Aristotelis qui animam posuit esse formam substantialem corporis. Sed
quidam ponentes secundum opinionem Platonis animam uniri corpori sicut
unam substantiam alii necesse habuerunt ponere media quibus unirentur
corpori quia diverse substantie et distantes non colligantur nisi sit aliquid quod uni-
at eas et sic posuerunt quidam spiritum et humorem esse medium inter
animam et corpus et quidam lucem et quidam potentias anime vel aliquid
aliud huiusmodi. Sed nullum istorum est necessarium si anima est forma corporis
quia unumquodque secundum quod est ens est unum unde cum forma secundum seipsam det esse
rei secundum seipsam unitur materie prime et non per aliquod aliud liga-
mentum. Ad primum ergo dicendum quod virtutes anime sunt qualitates eius quibus operatur
et ideo cadunt media inter animam et corpus secundum quod anima mo-
vet corpus non autem secundum quod dat ei esse. Dicendum similiter quod liber qui in-
scribitur de spiritu et anima non est Augustini et quod auctor illius opinatus
est quod anima sit sue potentie unde totaliter comparat obiecto. Ad secundum 1
secundum dicendum quod licet anima sit forma in quantum est actus et plus in quantum 2
est motor et ita secundum idem sit forma et motor tamen alius est respectus
eius secundum quod est forma et alius secundum quod est motor et propter
hoc locum habet distinctio. Ad tertium dicendum quod comotore et mobili 3

non sit unum per se inquantum huiusmodi sed ex motore et moto quia cum anima
et hoc mobile quod est corpus sit unum per se inquantum anima est forma
corporis adiuncto eo quod quantum ad illam operationem anime que est communis
non cadit aliquod medium inter animam et quamlibet partem corporis sed cum una
pars corporis per quam primo anima exercet illam operationem que cadit me-
dia inter animam secundum quod est principium illius operationis et omnes partes
corporis que participant illam operationem. Ad videndum est quod dispositiones accidentales
que faciunt materiam propriam ad aliquam formam non sunt medie totaliter
inter formam et materiam sed inter formam secundum quod dat ultimam perfectionem et materiam
secundum quod iam est perfecta perfectionibus inferioribus gradus. Unde materia secundum quod est
sub ipsa respectu inferiorum graduum perfectionis quam materia secundum quod est in
potentia ad esse sensibile corporeum nec adhuc requirit aliquas dispositiones
sed habet perfectionem presuppositam in materia requiruntur dispositiones ad ulteriorem
perfectionem. Item sciendum est quod potentie anime sunt propria accidentia anime
que non sunt sine ea unde non habent dispositionem ad animam secundum quod
sunt eius potentie inferioris partis anime dicuntur dispositiones
ad superiorem partem sicut potentie anime vegetabilis ad animam
sensibilem. Secundum quod exposuimus intelligi potest. Ad videndum est quod hoc illa con-
cludit quod anima vel aliud dividitur in duas partes quarum una sit
sicut corpus mobile et alia sicut motor quod quidem verum est
et ex intellige quod anima movet corpus secundum apprehensionem et appe-
titum. Apprehensio autem et appetitus in homine duplex est: una
quidem que est huius anime non per organum corporale que est partis
intellective, alia que est coniuncta et est partis sensitive. Illa autem
que est partis intellective non movet corpus nisi mediante ea que
est partis sensitive quia cum motus sit secundum aliquid singulare apprehen-
sio universalis que est intellectus non movet nisi mediante particulari
que est sensus. Sic igitur homo vel aliud cum dividitur in partem mo-
ventem et partem motam non est hec divisio in solam animam
et solum corpus sed in unam partem corporis animati et aliam que
non est pars animati corporis cuius operatio est apprehendere et appe-
tere. Sic movet totum corpus sed si supponatur quod habet intellectivam

in mediate moveat ita quod pars movens mediante sit anima
tum adhuc remanebit vel forma praedicta unde anima quantum erit
movens forma id quod est primum in quo stat processus in infinitum mo
tum autem erit non tamen una prima sed una prima forma quod est constitu
ta materia corporali et vitali non per aliam formam nisi per eandem
animam unde non erit necessarium ponere formam substantialem mediam
inter animam et materiam primam sed quod in animali est quidam motus qui non
est per apprehensionem et appetitum sicut motus cordis et etiam motus aug
menti et motus alimenti diffusi per totum corpus quod est commune plantis
enim ad hos motus dicendum est quod non anima animalis non solum dat
id quod est proprium sibi sed etiam id quod est inferioris formae ut ex
dictis patet sicut inferiores formae sunt principia naturalis motus
in naturalibus corporibus ita etiam anima in corpore animalis unde philosophus
dicit in 2o de anima quod anima non est talis corporis et per hoc
operationes animae distinguuntur in animales et naturales ut ille dicantur
animales quae sunt ab anima secundum quod facit effectum inferioris formae
naturalis secundum hoc ergo dicendum quod sicut ignis per formam suam naturalem habet
naturalem motum quo tendit sursum ita aliqua pars corporis
animalis in qua primo invenitur motus qui non est per apprehensionem
sed habet motum naturalem per animam sicut enim ignis movetur naturali
motu per se ipsum licet etiam ad hoc operatur respiratio spirituum
facta ex sanguine quibus cor dilatatur et constringitur ut philosophus
dicit ubi agit de respiratione et expiratione sic igitur prima
pars in qua talis motus invenitur non est movens seipsam sed movetur
naturaliter sicut ignis sed illa pars movet aliam et sicut totum animal
est movens seipsum cum una pars eius sit movens et altera sit
mota ad viiim dicendum quod corpus physicum organicum comparatur ad animam
sicut materia ad formam non quod sit tale per aliquam aliam formam sed quod
hoc ipsum habet per animam ut supra ostensum est Quod dicendum est ad nonum
unde quod in Genesi dicitur formavit deus hominem de limo terrae non
praecedit tempore hoc quod sequitur et inspiravit in faciem eius spi
raculum vitae sed ordine naturae tantum ad xm dicendum quod materia forma accidens
est in potentia ad formas non quod recipiat diversas formas

substanciales ordinatum Sed quia id quod est proprium perfectioris forme non
recipit nisi mediante eo quod est imperfectioris forme sicut compositum
est et per hunc modum intelligitur quod mediantibus formis elementa-
ribus recipit alias formas Ad xiii dicendum quod forme elementares non
sunt actu in mixto secundum sententiam licet hoc Avicenna posuerit nec
enim possunt esse in una parte materie Si autem essent in diversis partibus non
esset mixtio secundum totum que est vera mixtio Sed esset mixtio secundum
partem que est mixtio ad sensum Dicere autem quod forme elementorum
recipiant magis et minus ut Averroys dicit ridiculum est cum sint
forme substanciales recipere non possunt nec aliquid est medium inter substanciam
et accidens ut ipse dicit nec dicendum est quod totaliter corrumpuntur sed quod ma-
neant virtute ut Philosophus dicit et hoc est in quantum manent propria
actiua elementorum secundum aliquem modum in quibus manet virtus
elementorum Ad xv dicendum quod licet anima sit forma corporis secundum
essentiam anime intellectualis non tamen secundum operationem intellectualem Ad xvi
dicendum quod proportio que est inter animam et corpus est in ipsis proportionatis
unde non oportet quod sit aliqua res media inter animam et corpus
Ad xvii dicendum quod cor est primum instrumentum per quod anima mo-
vet ceteras partes corporis et ideo eo mediante anima unitur reliquis
partibus ut motor licet ut forma uniatur unicuique parti corporis
per se immediate Ad xviii dicendum quod licet anima sit forma simplex
secundum essentiam est tamen multiplex virtute secundum quod est principium diver-
sarum operationum et quia forma perficit materiam non solum ad esse sed etiam
ad operandum ideo oportet quod licet sit una forma quod partes corporis
diversimode perficiantur ab ipsa et unaqueque secundum quod competit eius
operationi et secundum hoc oportet esse ordinem in partibus secundum ordinem
operationum ut dictum est sed ille ordo est secundum comparationem corporis ad
animam ut est motor Ad xix dicendum quod inferiores vires anime possunt
intelligi ligate ligare superiores vires corporis quantum ad operationem
sunt sed superiores vires indigent operationibus inferiorum que exer-
centur per corpus et eadem ratione corpus per superiores sunt partes quibus
anime secundum operationem et motum Ad xx dicendum quod sicut forma non
advenit materie nisi sit facta propria per debitas dispositiones ita ets

sensibilibus huius dispositionibus forma in materia remanere non potest
et hoc modo unio ad corpus solvitur remoto calore et humi-
ditate naturali et aliis etiam huiusmodi inquantum huius dispositiones
corporis ad susceptionem anime vel huiusmodi cadunt media inter
animam et corpus ut dispositiones quedam non ut dictum est ad septimum
Ad 8 quod dimensiones non possunt intelligi in materia nisi quia materia
intelligitur constituta per formam substantialem in esse substantiali corporeo quod quidem
non fit per aliam formam in homine quam per animam ut dictum est unde
huiusmodi dispositiones dimensiones non preintelliguntur animam
in materia totaliter sed quedam accidentia consequentes perfectionis ut supra
expositum est Ad 9 dicendum quod corpus et anima non sunt distantia
sicut duo distantia quorum ut spiritus non ventus [illegible] sit in igne vel
ipse ut in superioribus questionibus dictum est sed solum compositum
ex eis sed anima est forma corporis per se ipsam dans ei esse vel per se
et immediate ei unitur Ad 10 dicendum quod corporis humani licet aliquis
convenientia cum corpore celesti non quod aliquod corpus celeste ut lux
interveniat medium inter animam et corpus sed solum quod est constitutum
in quadam equalitate complexionis remote a contrarietate
ut in superioribus expositum est etc.

Decimo queritur utrum anima sit in toto corpore et qualibet
parte eius et videtur quod non quia anima est in corpore sicut
perfectio in perfectibili sed perfectibile ab anima est corpus organicum
est enim anima actus primus corporis organici potentia vitam habentis
ut dicitur 2o de anima ergo anima non est nisi in corpore organico
sed non quelibet pars corporis est organicum corpus ergo anima non est
in qualibet parte corporis 2o forma est proportionata materie sed anima
secundum quod est forma corporis est quedam essentia simplex ergo non respon-
det ei simplici materia multiplex non habentes magnam distantiam
ad invicem non igitur anima est forma cuiuslibet partis corporis
3o extra totum nichil est sumere sed anima est tota in qualibet
parte corporis extra illam partem nichil est de anima ergo
impossibile est quod sit tota in qualibet parte corporis 4o philosophus
dicit in libro de causa motus animalium estimandum est animal constare

quemadmodum legibus rectam civitatem in civitate cum semel sit
stabilitus fuerit ordo nihil opus est separato monarcho quem
non oportet esse presentem singulis eorum que fiunt sed ipse que facit que ipsius
ordinata est et fit hoc post hoc propter consuetudinem In animalibus
autem idem hoc propter naturam fit et quod natum est unumquodque sic constitutum
facere proprium opus ut nihil opus sit in unoquoque esse animam sed in quo
dam principio corporis existente alia vivere quidem eo quod nata sunt
facere autem proprium opus propter naturam non igitur anima est in qualibet parte
corporis sed in una tantum quia philosophus dicit in isto libro quod motor
talis oportet quod sit in centro vel in aliquo signo indifferente quia
hec sunt duo principia in motu circulari et ostendit quod non
potest esse in centro sed in indifferentia quia contingit aliqua sunt propin
quiora indifferentie et remotiora a centro tanto sunt ve
locioris motus ergo apud est quod motor anime sit in illa parte
animalis in qua principaliter apparet motus hec autem est cor ergo anima
est tantum in corde quia omnis forma que est in aliquo toto et
qualibet parte eius denominat totum et qualibet partem sicut patet
de ignis forma nam quelibet pars ignis/ ignis est et quelibet
pars animalis animal est non igitur anima est in qualibet parte
corporis quia intellectus ad aliquam partem anime pertinet sed intellectus
non est in qualibet parte corporis non ergo anima est in qualibet
parte corporis quia philosophus dicit in 2o de anima quod sicut anima se habet
ad corpus ita pars anime ad partem corporis Si igitur anima est in
toto corpore non erit in qualibet parte corporis tota sed pars eius sed
dicebat quod philosophus loquitur de anima et partibus eius in quantum
est motor non in quantum est forma Sed tamen philosophus dicit ibidem
quod si oculus esset animal visus esset anima eius Sed anima est forma
animalis ergo pars anime in corpore est ut forma et non ut mo
tor tantum quia anima est principium vite in animali Si igitur anima esset
in qualibet parte corporis quelibet pars corporis immediate acci
peret vitam ab anima et ita una pars non dependeret ab alia
in vivendo quod est falsum nam alie partes in vivendo dependent
a corde quia anima movetur participantibus ad motum corporis in quo

est quod movente aut quiescente una parte corporis opportet quod anima simul moveatur et quiescat quod videtur impossibile. Item omnes potentie anime radicantur in essentia anime si igitur essentia anime sit in qualibet parte corporis erit quelibet potentia anime sit in qualibet parte corporis quod patet esse falsum nam auditus non est in oculo sed in aure tantum. Item omne quod est in altero est in eo per modum eius in quo est si igitur anima est in corpore oportet quod sit in eo per modum corporis sed modus corporis est ut ubi est una pars non sit altera ergo ubi est una pars anime non est alia et ita non est tota in qualibet parte corporis. Item quedam animalia imperfecta que dicuntur anulosa decisa vivunt propter hoc quod anima remanet in qualibet parte corporis post decisionem sed hec et alia animalia perfecta non vivunt decisa non igitur anima est in eis in qualibet parte corporis. Item sicut homo et animal est totum compositum ex diversis partibus compositum ita et domus sed forma domus non est in qualibet parte domus sed in tota ergo et anima que est forma animalis non est tota in qualibet parte animalis seu corporis sed in toto. Item anima dat esse corpori inquantum est forma eius id est aut forma eius sicut eius essentiam que simul est ergo sicut suam essentiam simpliciter dat esse corpori sed ab uno non est nisi unum esse si igitur sit in qualibet parte corporis sicut forma sequitur quod quelibet pars corporis dat esse uniforme. Item magis intime unitur forma materie quam locatum locato sed unum locatum non potest esse in diversis locis etiam si sit substantia spiritualis non enim conceditur a magistris quod angelus sit in diversis locis simul ergo nec anima potest esse in diversis partibus corporis. Sed contra Augustinus de vi diffinitionibus: anima est tota in toto corpore et tota in qualibet parte eius. Item anima non operatur nisi ubi est sed operatio anime apparet in qualibet parte corporis ergo anima est in qualibet parte corporis. Responsio dicendum quod veritas huius questionis ex predictis dependet ostensum est enim quod anima sic quod est forma corporis non unitur corpori toti mediante aliqua parte sed toti corpori immediate est enim forma et totius corporis et cuiuslibet partis eius et hoc necesse est dicere cum sit corporis hominis aut cuiuslibet alterius animalis

sit quoddam totum naturale dicitur unum eo quod unicam formam
habeat qua perficitur non plurium formarum aggregatarum aut compo-
sitarum ut accidit in domo et in aliis huiusmodi unde dicit quod que-
libet pars hominis vel animalis recipiat esse et speciem ab anima sicut a propria
forma unde philosophus dicit quod recedente anima nec oculus nec caro ne-
que aliqua pars remanet nisi equivoce non est autem possibile
quod aliquid recipiat esse et speciem ab aliquo separato sicut a forma hec
enim fuit positio platonice positionis qui posuit huiusmodi sensibilia
recipere esse et speciem per participationem formarum separatarum si ergo quod
forma aliquid cuius sit dat esse non forma et materia sunt principia
intrinseca constituentia essentiam rei unde ergo si anima dat esse et speciem
ut forma cuilibet parti corporis secundum primum capitulum quod sit in qualibet parte
corporis non et ea ratione si anima esset in toto quod est forma totius
unde si est forma cuiuslibet partis ergo quod sit in qualibet parte et non in
toto tantum neque in una parte tantum et hoc diffinitio anime ostendit
est enim anima actus corporis organici corpus autem organicum est
constitutum ex diversis organis si ergo anima esset in una parte tantum
ut forma non esset actus corporis organici sed actus unius organi
tantum puta cordis aut alicuius alterius et relique partes essent
perfecte per alias formas et sic totum non esset unum quid naturale
sed compositum tantum relinquitur igitur quod anima sit in toto corpore et
in qualibet parte eius sed qua ratione dicitur anima sit tota in toto
et in qualibet parte eius considerandum est qualiter per attributum totalitas
alicui forme quod triplex sive tribus modis conveniunt aliquid tale
partes uno enim modo aliquid habet partes sine divisione quantitatis sicut sit
linea aut magnitudo unde aut forme non competit totalitas nisi
nec magnitudinis nisi forte per accidens ut forte in formis que
per accidens dividuntur divisione continui sicut albedo per divisionem
superficiei alio modo dicitur aliquid totum per comparationem ad partes
essentiales speciei sicut materia et forma dicuntur partes compositi
et genus et differentia partes quodammodo speciei et hoc modo totalitas
attribuitur etiam essentiis simplicibus ratione sue perfectionis
eo quod sicut composita habent perfectam speciem ex quibusdam principiis

essencia aliud ita subiecte et forme simplices habent perfectionem speciei
respectu. Ad rationem dico ad comparationem ad partes virtutis seu potestatis
que quandoque partes accipiunt secundum diversitatem operationum. Si qua igitur
forma accipiatur que dividitur per accidens dimensionum et queratur
de ea utrum sit in qualibet parte superficiei tota si accipiatur totum per com-
parationem ad partes quantitativas que quandoque quantitas pertinet ad albedinem
per accidens non est tota in qualibet parte sed tota in toto et pars in parte
si autem queratur de totalitate que pertinet ad speciem sic tota est in qua-
libet parte nam eque intensa est albedo in aliqua parte sicut in toto
sed virtus est que ad quam secundum virtutem non est tota in qualibet parte non
enim potest tantum disgregando albedo que est in tota superficie sicut
nec eque potest calor ad calefaciendum qui est in parvo igne sicut
calor qui est in magno igne. Suppositio autem ad primum sit quod
una sit tantum anima in corpore hominis de hoc enim postea dicetur unum non
dividitur dimensionum que est una plana est enim quod non dividitur
dimensione que est continui proprie animalium imperfectorum que decisi
a non vivunt partes aut forte est de animalibus animalium anulosis
sunt in quibus est una anima in potentia et plures in actu ut
philosophus dicit. Relinquitur igitur quod in anima hominis et cuiuslibet animalis
perfecti non potest accipi totalitas nisi secundum perfectionem speciei et secundum
potentiam seu virtutem. Dicimus ergo quod cum perfectio speciei pertineat ad
essentiam secundum suam essentiam anima autem secundum suam essentiam est
forma corporis et prout est forma corporis est in qualibet parte
corporis ut ostensum est. Relinquitur ergo quod anima sit tota in
qualibet parte corporis secundum totalitatem perfectionis speciei si autem
accipiatur totalitas quantum ad virtutem et potentiam sic non est
tota in qualibet parte corporis nec etiam tota in toto si loquamur
de anima humana ostensum est enim ex superioribus questionibus quod
anima humana que excedit corporis capacitatem remanet ei virtus
ad operandum operationes quasdam sine communione corporis sicut
intelligere et velle unde intellectus et voluntas non sunt actus ali-
cuius organi corporalis. Et quantum ad alias operationes quas exercet

per organa corporalia tota virtus et potestas eius et in toto
corpore non autem in aliqua parte corporis et diverse partes corporis
sunt proportionate ad diversas operationes anime unde sensus istarum po-
tentiarum non est in aliqua parte que respiciat operationem que per illam
partem corporis exercetur ad secundum ergo dicendum quod non tantum sit ipsius forma
sunt ordinatur ad ipsam operationem oportet quod talis sit tamen unicuique forme
sit competit operationem illius forme sicut materia serre oportet esse fer-
ream quia competit ad opus serre propter suam duritiem cum ergo anima
propter sue virtutis perfectionem possit in diversas operationes necessarium
est quod materia eius sit corpus constitutum ex pluribus corporalibus ad diversas
operationes anime que dicuntur organa et propter hoc totum corpus
cui respondet principaliter anima ut forma est organicum partes
autem sunt propter totum unde anime non respondent partes corporis sed propter
et principaliter perfectibile secundum quod habent ordinem ad totum unde non
est quod queritur propter anime sit corpus organicum licet anima sit forma
eius ad secundum dicendum quod non tantum sit propter formam hoc modo forma dat esse
et speciem vite sed et congruit sue operationi et quia corpus perficitur
ab anima ad hoc quod congruat diversis operationibus anime requirit
diversitatem in partibus ideo licet sit una et simplex secundum suam esse-
ntiam diversimode partes corporis perficit ad tertium dicendum quod non anima
sit in una parte corporis eodem modo quo dictum est nichil anime
est extra animam que est in aliqua parte corporis non tamen sequitur
quod anime nichil sit extra quamvis partem corporis sed quod nichil sit
extra totum corpus quod principaliter perficit ad quintum dicendum quod philosophus
ibi loquitur de anima quantum ad potentiam motivam principium
enim motus corporis est in aliqua parte corporis scilicet in corde et
per illam partem movet totum corpus et hoc patet per exemplum quod ponit
de civitate ad sextum dicendum quod motor celi non circumscribitur loco sicut
tamen subiecto sed philosophus intendit ostendere ubi sit quantum
ad principium movendi et hoc modo quantum ad principium
motus anima est in corde ad septimum dicendum quod centrum in planetis
anima dicitur esse in medio eius quod est simplex et incorporeum

inanimatis est principium quarundam operacionum et plus est in animato
Ad viii^m dicendum quod ideo non sequitur pes animalis est animal sicut aliqua
pars ignis est ignis quia omnes operaciones ignis salvantur in aliqua
parte ignis non autem in animalibus est ita maxime in animalibus
perfectis Ad ix^m dicendum quod ratio illa concludit animam non esse totam in
partibus corporis secundum magnam virtutem quod dictum est esse verum Ad x^m dicendum quod
partes anime accipiuntur aliquando non quantum ad essentiam anime sed quantum
ad eius potestatem et ideo dicit quod sicut anima est in toto corpore
alia pars anime in parte corporis quod sicut totum corpus organicum se habet
ut extimat operacionibus que per corpus exercentur ita se habet unum
organum ad aliquam determinatam operacionem Ad xi^m dicendum quod potencia
anime radicatur in essentia anime et ideo ubicumque est aliqua
potencia anime ibi est essentia anime quod ergo philosophus dicit quod si oculus
animalis esset animal visus esset anima eius non intelligitur de potencia anime
sive eius essentia sicut est forma corporis dicitur anima sensibilis esse forma
respectu materie non per potentiam sensitivam Ad xii^m dicendum quod anima
operatur in alias partes corporis per aliam unam partem principalem corporis autem
supponitur ad hoc quod sit perfeccionatum esse per actionem anime que est causa
sui existencie corporis ut Avicenna dicit 6o de anima necesse est quod de-
proposito istarum partium secundum quas sicut perceptibiles ab anima dependet
et ab una ipsa forma parte scilicet corde et planta vita aliarum partium
dependet a corde quod propter magis depuratum esse in aliqua parte decisa
supposito anima non vivitur et ut forma non autem ipse hoc re
movetur quod anima sit immediate forma cuiuslibet partis corporis
Ad xiii dicendum quod anima non movetur nec quiescit motu per se
quiescente corpore nisi per accidens non autem in [illegible] est sicut
aliquis movetur et quiescit per se sicut non est inconveniens
quod aliquid moveatur per accidens corpore mobili ut puta sicut quod
in navi deportatur cum cursu navis Ad xiv dicendum quod licet omnes
potencie radicantur in essentia anime tamen quelibet pars corporis
recipit animam secundum modum sue potencie et ideo in diversis
partibus est secundum diversas potencias nec oportet quod in una secundum debitas
Ad xv^m dicendum quod cum dicitur ubicumque esse in alio secundum modum

eius in quo est intelligitur quantum ad capacitatem eius medio
non autem quantum ad naturam eius non enim oportet ut id quod est in aliquo
excedat eius capacitatem eius in quo est sed quod recipiat in eo secundum ca-
pacitatem ipsius manifestum est enim quod aqua non habet naturam amphore
tamen nec oportet quod anima excedat illam naturam corporis ut ubi est una pars
eius ibi non sit alia. Ad quintum quod animalia anulosa decisa vi-
vunt non solum quia anima est in qualibet parte corporis sed quia ani-
ma eorum non sit imperfecta et paucarum actionum requirit paucitatem di-
versitatis in partibus que etiam inveniuntur in parte decisa vivente unde
non retineat dispositionem per quam totum corpus est perfectibile ab anima
remanet in eo anima sicut aut in animalibus perfectis. Ad sextum
dicendum quod forma domus sicut et alie forme artificiales est forma
accidentalis tamen non dat esse et speciem toti et cuilibet parti nec to-
tum est unum simpliciter sed unum aggregatione anima autem est forma
substantialis corporis dans esse et speciem toti corpori et partibus et totum
ex partibus constitutum est unum simpliciter tamen non est simile. Ad septimum
dicendum quod anima quamvis sit una et simplex in essentia habet tamen
virtutes ad diversas operationes et quia naturaliter dat esse ipsi
suo perfectibili in quantum est forma corporis secundum essentiam ea et
que sunt naturaliter sunt propter finem. Ideo quod anima constituat in corpore
diversitatem partium prout competunt diversis operationibus et unum est
quod propter quemcumque diversitatem eius id est de compositione et non de
forma tamen in constitutione viventium magis apparet quod natura
operatur propter finem quam in aliis rebus naturalibus in quibus una
forma uniformiter perficit suum perfectibile. Ad nonum dicendum quod
simplicitas anime et angeli non est estimanda ad modum
simplicis puncti quod habet determinatum situm in continuo.
et ideo quia simplex est non potest esse simul in diversis partibus
continui. Sed angelus et anima dicuntur simplicia per hoc quod
omnino carent quantitate et ideo non applicantur ad continuum
nisi per contactum virtutis. Tamen totum illud quod virtute contingit
respondet angelo qui non unitur ut forma nec locum
unus est anime que unitur ut forma ut perfectibile suum

et sicut angelus est in qualibet parte sui loci totus ita et anima est
ita et anima est in qualibet parte sui perfectibilis tota etc.
Redeamus quantum ad primum utrum in homine anima rationalis sensibilis
et vegetabilis sit una substantia et videtur quod non quoniam Con.
cum est actus anime ibi est anima sed in embrione actus vegetabilis
anime precedit actum anime sensibilis et actum anime rationalis ergo in
corpore prius est anima vegetabilis quam sensibilis et sensibilis
quam rationalis et ita non sunt idem secundum substantiam. Si diceretur quod actus
anime vegetabilis et sensibilis non est in embrione ab anima
que sit in embrione sed a virtute in eo relicta ab anima parentis
Contra cum nullum agens finitum agit propria virtute nisi secundum determina-
tam substantiam ut patet in motu proiectorum proiciens cum recessit a
loco determinato perit secundum medium proiecti virtus sed in embrione
apparent motus et operationes anime quantumcumque parens distat
cum tunc virtus finita est non igitur anime sunt in embrione
per virtutem anime parentis. Preterea philosophus dicit in libro de generatione
animalium quod embrio prius est animal quam homo sed animal
non est nisi quod habet sensitivam homo autem est per animam rationalem
ergo ipsa anima sensibilis est prius in embrione quam anima
rationalis et non solum virtus eius. Preterea vivere et sentire sunt
operationes que non possunt esse nisi a principio intrinseco sunt
autem actus anime non igitur embrio vivat et sentiat nisi
habeat animam [illegible] vivere et sentire non erunt ex anima ex-
teriori parentis sed ab anima intra existente. Preterea philosophus dicit 2o
de anima quod anima est causa corporis viventis sed non solum
sicut forma sed sicut efficiens et finis. Sed non esset causa
corporis nisi ad esse corporis quod formatur sed formatur ante
superiorem animam rationalem ergo ante infusionem anime rationalis
est in embrione anima et non solum anime virtus. Si dice-
batur quod formatio corporis sit ab anima non que est in em-
brione sed ab anima parentis. Contra cum corpora viventia

sim motum proprium moveat seipsum sed generatio corporis viventis est quedam
motus anime proprius / sed cum principium proprium sit potentia generativa
ergo sim illud motum racione vna movet seipsum sed movens per se
componitur ex movente et moto ut patet in viii phisicorum ergo prin
cipium generationis quod format corpus vivum est anima que est in
embrione / Item manifestum est quod embrio augetur / augmentum
autem est ~~[illegible]~~ sim locum motus ut dicitur in iiii phisicorum / cum igitur
sim locum moveat seipsum movebit etiam seipsum sim augmen
tum / et ita oportet quod in embrione sit principium talis motus et
non habeat talem motum ab anima extrinseca / Item philosophus expresse dicit
In libro de generatione animalium quod non potest dici quod in embrione non
sit anima / et primo est ibi anima vegetabilis / postea sensitiva / Sed
generabat quod licet dicit philosophus non quod sit ibi anima in actu sed in
potentia / Contra nichil agit nisi inquantum est actu sed in generatione
sunt actiones / relinquitur quod non sit ibi tantum anima
in potentia / Item impossibile est quod idem sit abscisum et continu
um sed anima est ab continuo / vegetabilis et sensibilis
ab intrinseco . i. a principio quod est in semine ut patet per philosophum
in libro de generatione animalium ergo non idem sim substantiam anima
vegetabilis sensibilis et racionalis / Item impossibile est ut quod est
substantia in uno sit accidens in alio / Sed dicit philosophus in pre
dicamentis quod talis non est forma substantialis igitur non sit acci
dens in aliis sed anima sensibilis est substantia in brutis animalibus
ergo ipsa tantum in homine (in potentia) ~~[illegible]~~ sint quedam potestates
et accidencia anime / Item homo est nobilior aliis quam bruta
animalia sed animal dicitur propter animam sensitivam ergo anima sensi
bilis est nobilior in homine quam in brutis animalibus sed in
brutis animalibus est quedam substantia et non tantum potentia anime
ergo multomagis in homine est quedam substantia ~~[illegible]~~ / Item impossibile
est quod idem sim substantiam sit corporale et incorporale sed anima
racionalis est incorporalis anime sensibiles et vegetabiles

corporales ergo impossibile est quod anima sensualis vegetabilis sensibilis
sint idem secundum substantiam. Item dicebat quod anima sensibilis in homine est in-
corruptibilis. Item cum corruptibile et incorruptibile differunt
secundum genus ut dicit philosophus in xº metaphysice sed anima sensibilis in brutis
est corruptibilis, ergo in homine anima sensibilis est incorrup-
tibilis non erit eiusdem generis anima sensibilis in homine et in equo
et ita non aliquod dicetur per animam sensibilem homo et equus non
erunt in genere animalis quod videtur esse falsum. Item impossibile est quod idem
secundum substantiam sit sensuale et intellectuale quia contradictio non verificatur
de eodem sed sensibilis sunt et vegetabilis sunt intellectus ergo non
sunt idem esse in substantia cum anima sensuali. Item corpora et proportionatio
anime sed in corpore sunt diversa principia operationum
anime que vocantur membra principalia ergo non est tantum una
anima sed plures. Item potentie anime valent abstinentia anime
sensitiva ab uno aut vallet non procedit nisi unum sed ergo anima
est una tantum in homine non procedat alia vires affixe
organis et non affixe. Item genus primum anima differentia vero
a forma sed genus hominis est animal differentia vero rationale non
ergo ad dicatur ab anima sensibili videtur quod non solum corpora
sed etiam anima sensibilis se habet ad animam tales per modum
materie ergo non sunt idem in substantia anima sensualis et anima
sensibilis. Item homo et equus conveniunt in animali animal
aut dicitur per animam sensibilem ergo conveniunt in sensibili
sensum non autem intellectum ad xx dicendum quod idem obiectum scilicet intelligibile
in actu comparatur ad intellectum agentem ut scilicet actus ad intellectum
possibilem ut movens ipsum et sic patet quod non sunt eandem
ratione idem comparatur ad intellectum agentem et possibilem etc.

Vndecimo queritur de inmortalitate anime humane
et videtur quod sit corruptibilis dicit enim ecclesiastes iii unus
interitus hominis et iumentorum et equa utriusque condicio sed iu-
menta cum intereunt intereunt eorum anima ergo homo cum interierit
anima eius corrumpetur. Praeterea corruptibile et incorruptibile differunt
secundum genus ut dicitur in x metaphysice sed anima humana et anima iumen-
torum non differunt secundum genus quia nec ipsa animantia genere differunt ergo
anima hominis et anima iumentorum non differunt secundum corruptibile et incor-
ruptibile sed anima iumentorum est corruptibilis ergo etc. Praeterea damascenus dicit
quod angelus est gratia non natura inmortalitatem suscipiens sed angelus
non est inferior anima ergo anima non est inmortalis. Praeterea philosophus probat
in viii phisicorum quod primum movens est infinite virtutis quia movet
tempore infinito si igitur anima habet virtutem durandi tempore infinito
sequitur quod virtus eius sit infinita sed virtus infinita non
est in essentia finita ergo sequitur quod essentia anime sit infinita
si sit incorruptibilis hoc autem est impossibile quia sola essentia
divina est infinita ergo etc. Sed dicebat quod anima humana est
incorruptibilis non per essentiam propriam sed per virtutem divinam. Sed
contra illud quod non convenit alicui per essentiam propriam non est ei essen-
tiale sed corruptibile et incorruptibile essentialiter predicantur de quibus-
cumque dicuntur ut dicit philosophus in x metaphysice ergo si anima est incorruptibilis
oportet quod hoc sit per essentiam. Praeterea omne quod est aut est corruptibile aut
incorruptibile si igitur anima humana secundum naturam suam non est incorruptibilis
sequitur quod secundum naturam suam sit corruptibilis. Praeterea omne incorruptibile
habet virtutem quod sit semper si igitur anima humana sit incorruptibilis
sequitur quod habet virtutem quod sit semper ergo non habet esse post non esse
quod est contra fidem. Praeterea augustinus dicit quod sicut deus est vita anime ita
anima est vita corporis sed mors est privatio vite ergo per mortem
anima privatur et totaliter corrumpitur. Praeterea forma non habet esse nisi in eo
in quo est si igitur anima est forma corporis non potest esse nisi in
corpore peribit ergo perempto corpore. Sed dicebat quod hoc est verum de anima
secundum quod est forma non secundum suam essentiam. Sed contra anima non est forma
corporis per accidens alioquin cum anima constituat hominem si quod est forma
corporis sequitur quod homo esset ens per accidens quicquid autem competit
alicui non secundum accidens competit ei secundum suam naturam [illegible]

ergo est forma simpliciter separatam sed ergo simpliciter quod est forma est corrup-
tibilis et simpliciter separatam est corruptibilis quia quecumque que sunt
ad unum esse ita se habent quod corrupto uno corrumpitur aliud
sed anima et corpus que sunt ad unum esse sed ad esse hominis ergo cor-
rupto corpore corrumpitur anima quia anima sensibilis et anima rationalis
sunt unum secundum substantiam in homine sed anima sensibilis est corruptibilis ergo
et rationalis quia forma dicitur esse una perfectionata sed anima humana
est in corpore ut forma in materia cum igitur corpus sit corruptibile
ergo et anima erit corruptibilis quia si anima sit a corpore separata
erit quod sit aliqua operatio eius sine corpore eo quod nulla forma
est otiosa sed nulla operatio potest esse anime sine corpore etiam nec
intelligere de quo magis videtur quod non est intelligere sine fantasmate
ut philosophus dicit fantasma autem non est sine corpore ergo anima
non potest separata a corpore sed corrumpitur corrupto corpore quia si anima
humana sit incorruptibilis hoc non est nisi quia est intellectus
sed videtur quod intelligere non conveniat quia id quod est supremum in infe-
rioribus videtur imitari aliqualiter actus superioris videtur sed ad eam non
pervenit sicut simia aliqualiter imitatur operationes hominis non tamen
ad eam attingit et philosophus videtur quod cum homo sit supremum in ordine
in aliud causarum imitetur aliqualiter substantiarum separatarum intelligibilium
actus que est intelligere sed ad eam non pervenit nulla igitur neces-
sitas videtur dicere hominis esse immortalem quia ad operationem propriam ipse
pertingit nec anima nec plurima eorum que sunt in ipsa sed pauci
ipsorum hominum pervenerunt ad hoc quod sunt intelligentes ergo intelligere
non est propria operatio anime et ita non erit animam esse incorrupti-
bilem eo quod sit intelligibilis quia philosophus dicit 1o physicorum quod omne
finitum consumitur per ablato quantum sed bonum naturale anime est finitum
bonum anime cum igitur per peccatum minuatur bonum anime huma-
ne naturale videtur quod tandem totaliter tolletur et per consequens humana
anima corrumpitur quia ad debilitatem corporis debilitatur anima ut
patet in maioribus operationibus ergo ad corruptionem corporis anima corrum-
pitur quia manente causa manet effectus sed anima est causa vite
corporis si igitur anima semper manet videtur quod corpus semper vivat
quod potest esse falsum quia omne quod est per se subsistens est hoc aliquid in
genere collocatum vel specie sed anima humana ut videtur non est
hoc aliquid nec collocatur in genere vel tamquam individuum

nec proprie nec per formam alicuius in genere nec per se conveniunt supposito
nec materie vel forme nisi per reductionem ergo anima humana non est per se
subsistens et ita corrupto corpore manere non potest. Sed contra est quod
dicitur sapientie 2o Deus creavit hominem inexterminabilem ad ymaginem
sue similitudinis fecit illum ex quo potest accipi quod homo est inextermina-
bilis .i. incorruptibilis secundum quod est ad ymaginem dei. Est autem
ad ymaginem ut augustinus dicit in libro de trinitate secundum animam ergo anima huma-
na est incorruptibilis. Praeterea omne quod corrumpitur habet contraria vel est
ex contrariis compositum sed anima humana est omnino immunis a contrarietate
quia illa etiam que sunt contraria in se in anima non sunt contraria ratio
enim contrariorum in anima non sunt contraria ergo non est corruptibilis. Praeterea
corpora celestia dicuntur incorruptibilia esse quia non habent materiam
qualitatibus contrariabilibus et corruptibilibus sed anima humana est omnino im-
materialis quod patet ex hoc quod species rerum immaterialiter recipit ergo anima
humana est incorruptibilis. Praeterea philosophus dicit quod intellectus separatur sicut
perpetuum a corruptibili intellectus autem est pars anime ut ipse dicit ergo
anima humana est incorruptibilis. Responsio quod necesse est animam humanam
esse incorruptibilem ad cuius evidenciam considerandum quod id quod per se
competit alicui non potest ab eo removeri sicut ab homine non
removetur quod sit animal nec a numero quod sit par vel impar. Manife-
stum est autem quod esse per se competit forme unumquodque enim habet esse
secundum propriam formam unde esse a forma nullo modo potest separari. Corrumpuntur
igitur composita ex materia et forma per hoc quod amittunt formam ad quam consequitur
esse. Ipsam autem formam per se corrumpi non potest sed per accidens corrupto com-
posito corrumpitur in quantum deficit esse compositi quod est per formam
si forma sit talis que non sit habens esse sed sit solum quo compo-
situm est. Si igitur sit aliqua forma que sit habens esse necesse est
illam formam esse incorruptibilem non enim separatur esse ab aliquo
habente esse nisi per hoc quod separatur forma ab eo. Unde si id quod habet esse sit
ipsa forma impossibile est quod esse separetur ab eo. Manifestum est autem
quod principium quo homo intelligit est forma habens esse et non solum
esse sicut quo aliquid est. Intelligere enim ut philosophus probat in 3o de anima
non est actus completus per organum corporale. Non enim posset inveniri
aliquod organum corporale quod esset receptivum omnium naturarum sensibilium
presertim quia recipiens debet esse denudatum ab eo quod recipit
sicut pupilla caret colore. Omne autem organum corporale habet

naturam aliquam corporalem sensibilem intellectus vero quo intelligimus est co-
gnoscitivus omnium sensibilium licet vero immixtus est quia operatio que est
intelligere exercetur per aliquod organum corporale vero apparet quod in-
tellectus habet operationem per se in qua non communicat corpus unumquodque autem
operatur sicut quod est cum per se habet esse per se operatur que vero non
habet per se esse non habet per se operari non calor calefacit sed calidum
sit igitur patet quod principium intellectivum quo intelligimus habet esse eleva-
tum supra corpus non dependens ab eo propter manifestum est autem quod huius
modi intellectivum principium non est aliquid ex materia et forma
compositum quia species omnino recipiuntur in ipso immaterialiter quod declara-
tur ex eo quod intellectus est universalium que considerantur ab abstractione
a materia et materialibus conditionibus relinquitur ergo quod principium in-
tellectivum quo homo intelligit sit forma habens esse vero necesse est quod sit
incorruptibilis et hoc etiam est quod philosophus dicit quod intellectus est
quoddam divinum et perpetuum ostensum est autem in precedentibus questionibus
quod principium intellectivum quo homo intelligit non est aliqua forma sepa-
rata sed est aliquid formaliter inherens homini quod est anima vel pars anime
vero relinquitur ergo quod anima humana sit incorruptibilis
Hec autem qui posuerunt animam humanam corrumpi moverunt aliqui
premissorum quidam enim ponentes animam esse corpus posuerunt
eam non esse formam sed aliquid compositum ex materia et forma alii vero
ponentes intellectum non differre a sensu posuerunt per consequens quod non habet
operationem nisi per organum corporale et sic non habet esse elevatum supra
corpus vero non est forma habens esse alii vero posuerunt intellectum quo
homo intelligit esse substantiam separatam que omnia in precedentibus ostensa
sunt esse falsa vero relinquitur animam humanam esse incorruptibilem
signum autem huius sit accipi ex duobus primo quidem ex parte in-
tellectus ea enim que sunt ex seipsis intelligibilia sed quod intellectus
recipiuntur incorruptibilia sunt est enim intellectus apprehensivus rerum
in universali secundum quem modum non accidit eis corruptio secundo ex naturali ap-
petitu qui in nulla re frustra sit videmus autem hominibus
appetitum esse perpetuitatis et hoc rationabile quia cum ipsum esse sit
quod sit appetibile oportet quod ab intellectu qui apprehendit esse simpliciter
et secundum omne tempus vero videmus quod ille appetitus non sit in-
anis sed quod homo secundum animam intellectivam sit incorruptibilis Ad primum

Ergo dicendum quod Salomon in libro Ecclesiastes loquitur quasi concionator nunc
in persona sapientum nunc ex persona stultorum. Unde autem inducitur
loquitur ex persona stultorum vel potest dici quod unus sit eorum interitus
hominis et iumentorum quantum ad corruptionem corporum quae utrobique est per
separationem animae a corpore licet post separationem anima humana remaneat
non autem anima iumentorum. Ad secundum dicendum quod si anima humana et anima
iumentorum per se collocarentur in genere sequeretur quod diversorum generum essent
secundum naturalem generis considerationem sicut enim corruptibile et incorruptibile ne
cesse est genere differre licet in alia ratione communi possint convenire
aequivoce et in uno genere esse possint si loquamur generaliter nunc autem
anima non est in genere sicut species sed sicut pars speciei utraque autem composita
est tamen id cuius pars est anima humana tamen id cuius pars est anima iumen
torum et propter hoc nihil prohibet ea esse unius generis. Ad tertium dicendum quod
sicut Augustinus dicit vera immortalitas est vera immutabilitas immuta
bilitate autem quae est secundum electionem sicut de bono in malum mutatur
sicut tamen anima quam angelus per gratiam. Ad quartum dicendum quod esse comparatur
ad formam sicut ea consequens ipsum non autem sicut effectus ad virtutem age
ntis ut puta ad virtutem moventis. Licet ergo aliquis possit movere in
aliquo tempore infinito demonstraret infinitatem virtutis moventis tamen
quod aliquis possit esse tempore infinito non demonstrat infinitatem formae per quam
aliquid est sicut nec hoc quod dualitas semper est par ostendit infinitatem
eius magnam aut hoc quod aliquid est tempore infinito demonstrat virtutem
infinitam eius quod est causa essendi. Ad quintum dicendum quod corruptibile et incorrup
tibile sunt essentialia praedicata quae consequuntur essentiam sicut principium
formale vel materiale sicut principium activum praedicatur aliquod est
accidentaliter et per hoc patet solutio ad propositum. Ad sextum dicendum quod anima licet
virtutem ut sit semper si illam virtutem non semper habuit et ideo non est
quod semper fuerit sed quod in perpetuum numquam deficiet. Ad septimum dicendum quod anima dicitur
forma corporis in quantum est causa vitae sicut forma principium essendi vivendi
enim viventibus est esse ut dicit philosophus in II de anima. Ad octavum dicendum quod
anima est talis forma quae licet esse non dependeat ab eo cuius est forma
quod operatio eius ostendit ut dictum est. Ad nonum dicendum quod licet anima per
suam essentiam sit forma tamen aliquid est ei competens in quantum est talis forma
subsistens quod non competit ei in quantum est forma sicut intelligere non
convenit homini in quantum est animal licet homo sit animal sicut similiter eius essentiam

Ad xi dicendum quod licet anima et corpus conveniant ad unum esse
tamen illud esse est corporis ab anima ita quod anima humana esse suum
in quo subsistit communicat corpori ut in premissis questionibus ostensum
est et ideo remoto corpore adhuc remanet anima Ad xii dicendum quod
anima sensibilis brutorum est corruptibilis sed in homine cum sit eadem
in substantia cum anima rationali est incorruptibilis Ad xiii dicendum quod corpus
humanum est materia anime humane proportionata quantum ad operationes eius
sed corruptio et alii defectus incidunt ex necessitate materie ut supra ostensum
est vel potest dici quod corruptio advenit homini ex peccato non ex prima
institutione nature Ad xiiii dicendum quod licet quod dicit philosophus quod non est intelligere sine
fantasmate intelligitur quantum ad statum presentis vite in quo homo intelligit
per animam alius modus intelligendi erit anime separate Ad xv dicendum quod licet
anima humana non pertingat ad illum modum intelligendi quo superiores
rationales substantie intelligunt tamen pervenit ad intelligendum aliquo modo quod suf
ficit ad incorruptionem eius ostendendam Ad xvi dicendum quod licet parum perve
niat ad recte intelligendum tamen ad aliqualem intelligentiam eius pervenit
ex manifestum est enim quod prima demonstrationis principia sunt operationes et
omnium operationes et intellectum percipiuntur Ad xvii dicendum quod peccatum tollit
gratiam tollit nichil autem removet de natura tamen removet
aliquid de inclinatione sive habilitate ad gratiam et in quantum quodlibet peccatum
ponit dispositionem contrariam dispositionem inducit dicitur quod peccatum aliquid de bono
nature adimere quod est habilitas ad gratiam numquam tamen totum nature bonum tollitur
quia semper remanet potentia sub contrariis dispositionibus licet magis
et magis elongata ab actu Ad xviii dicendum quod anima non debilitatur
debilitato corpore nec etiam sensitiva ut patet per illud quod philosophus dicit
in primo de anima quod si senex acciperet oculum iuvenis videret
utique ut iuvenis ex quo manifestum est quod debilitas actionis
non accidit propter debilitatem anime sed corporis seu organi Ad xix
dicendum quod illud quod est generabile vertibile est in nichilum nisi manu
gubernatoris conservetur sed ex hoc non dicitur aliquid corruptibile sed ex eo quod
habet in se aliquod principium corruptionis corruptibile enim et incorrup
tibile sunt predicata essentialia Ad xx dicendum quod licet anima que est
causa vite sit incorruptibilis tamen corpus quod recipit vitam ab
anima est subiectum transmutationis et per hoc recedit a dispositione
per quam est aptum ad recipiendam vitam et incidit corruptio hominis
Ad xxi dicendum quod anima licet possit per se esse non tamen per se habet

speciem tum sit parti speciei et cetera
Videtur quomodo utrum anima separata a corpore possit in
telligere et videtur quod non nulla enim operatio coniuncti manet in anima
separata sed intelligere est operatio coniuncti dicit enim philosophus in primo de anima
quod dicere animam intelligere est simile ac si dicat quis texere vel edifi
care ergo intelligere non manet in anima a corpore separata. Praeterea philosophus dicit
in iii° de anima quod nequaquam est intelligere sine fantasmate sed fantasmata
non sunt in organicis sensitivis non possunt esse in anima separata ergo non
intelligit. Sed dicebat quod philosophus loquitur de anima secundum quod est unita corpori
non secundum quod est separata. Contra tamen anima separata non potest intelligere nisi per
potentiam intellectivam sed sicut dicit philosophus in primo de anima intelligere vel est fanta
sia vel non est sine fantasia / fantasia autem non est sine corpore
ergo nec intelligere anima igitur separata non intelligit. Praeterea philosophus dicit in iii°
de anima quod ita se habet intellectus ad fantasmata sicut visus ad colores
sed visus non potest videre sine coloribus ergo nec intellectus intelligere sine
fantasmatibus ergo non est sine corpore. Praeterea philosophus dicit in primo de anima quod
quod intellectus corrumpitur quodam interius corrupto sed vel corde vel ca
lore naturali quo quidem anima corrumpitur a corpore separata ergo anima a cor
pore separata non potest intelligere. Sed dicebat quod anima separata a corpore
intelligit quidem non autem isto modo quo nunc intelligit a fantasma
tibus abstrahendo. Sed contra forma unitur materie non propter materiam sed propter formam
nam forma est finis et perfectio materie unitur autem forma materie propter com
plementum sive perfectionem operationis unde illa materia formae requiritur
per quam operatio forme compleri possit sicut forma serre requirit materiam
ferream ad perficiendum opus serrandi anima autem est forma corporis unitur
ergo tali corpori ad complementum sive operationem propriam quae eius operatio
est intelligere ergo non potest sine corpore intelligere quia frustra corpori
uniretur. Praeterea si anima separata intelligere potest nobilius intelligit sine corpore
quam corpori unita nobiliora enim modo intelligunt que fantasmatibus
non indigent ad intelligendum sicut substantie separate quam nos qui per fantasmata
intelligimus. Bonum autem anime est in intelligendo nam perfectio cuiuslibet substantie
est eius propria operatio ergo si anima sine corpore intelligere potest per se fantasmata
necessario non esset ei corpori uniri esset non esset ei naturale. Praeterea potentie
diversificantur per suas obiecta sed anime intellective sunt obiecta fantasmata
ut dicitur in iii° de anima sicut igitur sine fantasmatibus intelligit anima
separata a corpore oportet quod habeat alias potentias quod est impossibile

ue potentie sunt naturales anime inseparabiles ei adherentes
Quarto si anima separata intelligit ergo quod per aliquam potentiam intelligat
potentie autem intellective in anima non sunt nisi due scilicet intellectus
agens et possibilis prout convenit hic et quod anima separata intelligere ut
videtur non operando utrumque intellectu respicit fantasmata intellectus
enim agens facit intelligibilia esse actu intellecta autem possibilis respicit
species intelligibiles a fantasmatibus abstractas videtur igitur quod nullomodo
anima separata intelligere possit Quinto unius rei una est propria operatio et
unius perfectibilis una est perfectio sed perfectio igitur anime sit intelligere
accipiendo a fantasmatibus videtur quod non possit esse hominis operatio intelli-
gere sine fantasmata et ita anima separata a corpore non intelligit Sexto si anima
separata intelligit ergo quod aliquomodo intelligat et intelligere est perfectio nec
rei intellecte in intelligente non potest autem dici quod anima separata intelligat
per essentiam suam sed hoc solius dei est cuius essentia que infinita
est continet in se perfectionem totius plenitudinis omnium rerum est etiam nec per essentias
rerum intellectarum quod intelligeret solum illa que per essentiam sunt in anima
nec etiam per aliquas species ut videtur intelligere potest non per species innatas
tales enim concreatas hic enim videtur redire in opinionem platonis qui po-
suit aut creatas nobis esse naturaliter inditas quia numquam species frustra
inderetur esse anime innate cum per eas intelligere non possit sed est in
corpore species autem intelligibiles ad nichil ordinata videntur nisi ut
per eas intelligatur Et dicebat quod anima quando est corpori potest intelligere per species
innatas sed impeditur a corpore ne per eas intelligere possit Et tunc contra
aliquid est perfectius in sua natura tanto perfectior est in operando sed anima unita
corpori est perfectior in illa natura quam cum est a corpore separata sicut quelibet
pars in suo toto existens est perfectior si igitur separata a corpore per species
innatas intelligere potest multomagis unita corpori potest intelligere per easdem
Preterea nichil naturalium alicuius rei totaliter impeditur per id quod ad naturam pertinet
ad naturam autem anime pertinet quod corpori uniatur eo quod sit forma corporis igitur
si species intelligibiles sunt naturaliter indite anime non impedientur per unionem
corporis quin per eas intelligere possit cum corpori coniungitur nec etiam potest
dici ut dicunt quod anima separata intelligat per species prius acquisitas quod videtur
sequi videtur quod non omnes anime separate intelligant Quinto si anima separata
non intelligit nisi per species prius acquisitas sequi videtur quod non intelligat
nisi ea que prius intellexit dum fuit corpori unita hoc autem non
videtur verum intelligunt enim multa dampnati et dampnatis que nunc
non intelligunt Non ergo anima separata intelligit tantum per species prius acquisitas

quia intellectus efficitur in actu per species intelligibiles in eo consistentes
sed intellectus in actu existens actu intelligit ergo intelligit omnia illa
quorum species intelligibiles sunt actu in ipso unde igitur quod species intelli-
gibiles non conservantur in intellectu postquam desinunt actu intelligere et
ita non remanent in anima post separationem ut per eas intelligere possit
quia habitus acquisiti actibus similes reddunt illis actibus a quibus acquiruntur
ut patet per philosophum in 2 ethicorum edificando enim fit quis edificator
et iterum edificator factus fit edificare sed species intelligibiles acquiruntur
per hoc intellectum quod convertitur ad phantasmata ergo anima per species acqui-
sitas intelligere non potest ut videtur nec etiam potest dici quod intelligat per
species influxas ab aliqua superiori substantia quia unumquodque receptivum
est proprium agentis a quo natum est recipere sed intellectus humanus natus
est recipere a sensibilibus non igitur recipit a substantiis superioribus quia ad ea
que nata sunt causari ab agentibus inferioribus non sufficit sola
actio superioris agentis sicut animalia que sunt nata generari ex semine
non inveniuntur generata ex actione solis sed cum anima humana na-
ta est recipere species a sensibilibus non igitur sufficit ad hoc quod acquirat
species intelligibiles sola influxio substantiarum separatarum quia agens debet
esse proportionatum agenti patienti et influxus recipienti sed intelligen-
tia superiorum substantiarum non est proportionata intellectui humano cum excedant
scientiam magis universales et incomprehensibiles nobis non igitur separata per
species influxas a substantiis superioribus potest intelligere ut videtur et non
relinquitur aliquis modus quo intelligere possit et cum intelligere
est maxime operatio anime si igitur intelligere anime non potest sine cor-
pore nulla operatio ipsius conveniet ei sed si non conveniat ei aliqua
operatio sine corpore impossibile est animam separatam esse [illegible] aut animam
separatam ergo necesse est eam intelligere quia illi qui resuscitati leguntur
in scripturis eandem notitiam habuerunt quam et prius ergo notitia
quam habuerunt in hoc mundo non tollitur per mortem potest igitur anima per species
prius acquisitas intelligere quia similitudo inferiorum inveniuntur in superio-
ribus ut et metaphysica [illegible] pronuntiat continentes similitudines
eorum que hic aguntur in celestibus corporibus sed anima est superior in
natura celestibus corporalibus ergo omnium rerum corporalium similitudo est
in anima et per modum intelligibilem cum ipsa sit substantia intellectiva unde
ergo quod per naturam suam omnia corporalia intelligere possit etiam [illegible]
separata Responsio dicendum quod hanc questionem dubitationem affert quod anima
nostra sic ponitur secundum naturam ad intelligendum [illegible] indigere videtur [illegible]

huiusmodi duplicem indigentiam ratione [illegible] et veritatem huius
questionis estimare possumus cum quidam scilicet platonici quod species
anime nostre sunt necessarie ad intelligendum non propter quod ex sensibilibus causentur
in nobis species sed recipientes in quodammodo excitata anima
nostra ad rememorandum que prius novit et quorum species naturaliter indi-
tam habet et sic dicendum est ad huiusmodi intelligentiam quod ipsi posuerunt species rerum
separatas formales et actu intelligibiles et vocaverunt eas ydeas
per quarum participationem et quodammodo influxionem sicut alia [illegible] et
intelligentes dicit et antequam anima corpori uniretur ipsa species poterat libere
uti sed propter unionem ad corpus in ipso erat perturbata et quodammodo ab
scripta ab eorum que prius noverat et quorum species naturaliter habebat
oblita videbatur sed excitabatur quodammodo per sensus ut in se ipsam rediret
et reminisceretur eorum que prius intellexit et quorum species innatam
habuit sicut etiam nobis nunc accidit quod ex inspectione aliquorum
sensibilium manifesta reminiscimur aliquorum quorum obliti videbamur
hec autem positio destruitur et sensibilium [illegible] positio eius ita quod
natam et creatam vel naturalem non [illegible] naturalem per quas [illegible]
[illegible] in se collocatur [illegible] contemplationem
ydearum [illegible] ita quod agentia inferiora non sunt nisi disponentia
ad participationem substantiarum separatarum et si quod hec opinio te-
neatur hec questio falsa et absoluta est [illegible] si hec anima non
indiget sensibilibus ad intelligendum secundum species naturales sed [illegible] quod quidem tales
sunt eo quod sunt a corpore separata tunc [illegible] cessante aggravatione
corporis [illegible] non indigebit sed ipsa per se ipsam erit quasi vigil et
expedita ad omnia intelligibilia. Sed secundum hanc opinionem non videtur quod
possit assignari rationabiliter causa propter quam anima corpori unitur non enim est
est propter animam cum anima corpori non unita perfecte propriam operationem habere
possit et ex unione ad corpus eius propria operatio impeditur. Similiter etiam
non potest dici quod propter corpus non enim est anima propter corpus sed corpus propter
animam cum anima sit nobilior corpore [illegible] et inconveniens videtur quod anima
ad nobilitatem corporis sustineat in sua operatione detrimentum. Videtur
etiam secundum hanc opinionem quod unio anime ad corpus non sit naturalis
nam quod est naturale aliquid non impedit eius propriam operationem. Si igitur
unio corporis impedit intelligentiam anime non erit naturale anime corpori
uniri sed contra naturam et ita homo qui constituitur ex unione anime ad
corpus non erit aliquid naturale quod videtur absurdum. Similiter experimen-
to patet quod species non deficiunt in nobis ex participatione substantiarum separatarum

vel specierum sed assiduis accipitur quibus deest virtus sensitiva
deest scientia sensibilium que illo sensu apprehenduntur sicut ceci nati
non possunt habere scientiam de coloribus Alia autem propositio est quod sensus
proficit anime humane ad intelligendum non per actus suos sed per accidens operationes
ponunt sed propter hoc non quod ut assiduis accipiamus scientiam sed quod sensus
disponunt animam ad acquirendum scientiam aliunde et hec est opinio Avicen-
ne ponit enim quod est quedam substantia separata quam vocat intellectum
sive intelligentiam agentem etc. quod ab ea effluunt species intelligibiles
in intellectum nostrum per quas intelligimus et quod per operationes sensitive partis
sed ymaginationem et alia huiusmodi preparatur intellectus noster ut convertatur
se ad intelligentiam agentem et recipiat influentiam specierum in-
telligibilium ab ipsa et hoc confirmat ex eo quod ipse affirmat circa
generationem rerum naturalium ponit enim quod omnes forme substantiales af-
fluunt ab intelligentia agente et quod agentia naturalia disponunt solum
materiam ad recipiendum formas ab intelligentia agente secundum hanc autem
opinionem hec questio videtur parum difficultatis habere Cum enim sensus
non sint necessarii ad intelligendum nisi secundum quod disponunt ad recipiendum
species ab intelligentia agente per hoc quod anima nostra convertatur ad ipsam
cum iam erit anima separata convertetur per seipsam ad intellectum agentem
et recipiet species intelligibiles ab eo nec sensus erunt ei necessarii
ad intelligendum sicut navis que est necessaria ad transfretandum vel aliquis
iam transfretavit iam ei necessaria non est Sed contrariam opinionem videtur
sequi quod homo statim acquirat omnium scientiam tam eorum que sensu
percipit quam aliorum Si enim intelligimus per species influxas in nos ab
intelligentia agente et ad huiusmodi influentie receptionem non requiritur
nisi conversio anime nostre ad intelligentiam predictam quandocumque fuerit ad
eam conversa poterit recipere quascumque species intelligibilium influ-
xarum non enim potest dici quod convertatur quantum ad unum et non quantum
ad aliud et ita cecus natus ymaginando sonos poterit accipere
scientiam colorum vel quorumcumque aliorum sensibilium quod patet esse falsum
manifestum est etiam quod potentie sensitive sunt nobis necessarie ad in-
telligendum non solum in acquisitione scientie sed etiam in utendo scientia iam
acquisita non enim possumus considerare etiam ea quorum scientiam habemus
nisi convertendo nos ad fantasmata licet ipse contrarium dicat Unde
enim est quod lesis organis potentiarum sensitivarum per quas conservantur
et apprehenduntur fantasmata impeditur usus anime in considerando
considerando etiam ea quorum scientiam habet manifestum est etiam quod reve-
lationibus que nobis divinitus fiunt per influxum substantiarum superiorum indigemus

aliquibus fantasmatibus vnde dicit dyonisius primo capitulo celestis ierarchie quod
impossibile est nobis aliter lucere diuinum radium nisi varietate sa-
crorum velaminum velatum quod quidem non esset si fantasmata non essent
nobis necessaria nisi ad conuertendum nos ad substancias superiores et ideo
aliter dicendum est quod potencie sensitiue sunt necessarie anime ad intelligendum non
per accidens tamquam excitantes vt plato ponit neque vt disponentes tantum
sicut auicenna sed vt representantes anime intellectiue obiectum proprium vt
cum philosophus dicit in iii° de anima intellectiue anime fantasmata sunt
necessaria sicut sensibilia sensui sed sicut colores non sunt visibiles
nisi per lumen actualiter et hoc confirmat eo quod sicut quia agencia
superiora dant generatori rerum naturalium sicut enim quod agencia
superiora mediantibus agentibus naturalibus causant formas naturales
ita ponimus quod intellectus agens per fantasmata ab eo facta intelli-
gibilia actu causat formas in intellectu possibili vnde nec refert
ad propositum vtrum intellectus agens sit substancia separata vt quidam ponunt
vel sit lumen quod anima vna participat ad similitudinem superiorum sed tamen
hoc manet difficultas quomodo anima separata intelligere possit
non enim erunt fantasmata que indiget ad apprehensionem rerum corrup-
tarum organis corporis destructis aut sublatis vt videtur intelligere non
potest anima sicut nec coloribus sublatis visus potest videre ad hanc igitur
difficultatem tollendam considerandum est quod cum anima sit infima in
ordine intellectiuarum substanciarum infimo et debilissimo modo participat
intelligibile lumen siue intelligibilem naturam hoc in ipso intelligente sed
deo vna intelligibilia et adeo potens quod per vnam formam intelligit
per essenciam suam omnia intelligit inferiores non substancie intellectu
alem per formas multas et quanto vnaqueque earum est alcior tanto
habet pauciores formas et virtutem magis potentem ad intelligendum
per formas magis paucas omnia sunt autem substancie intelligibiles inferiores
haberent formas ita vniuersales sicut superiores cum non adsit ei tanta virtus
in intelligendo remaneret eius sciencia incompleta quia per hoc in vniuersali
res cognosceret et non possit deducere cognicionem suam ad illa
paucis ad singula anima igitur humana que est infima si acciperet
formas in abstraccione et vniuersalitate conformiter substancijs separatis cum habeat
virtutem minimam in intelligendo imperfectam cognicionem haberet vt potest cogno-
sceret res in quadam vniuersalitate et confusione et ideo vt ad hoc vt
eius cognicio perficiatur et distinguatur per singula est quod a singula-
ribus scienciam colligat veritatis lumine tamen intellectus agentis adhuc
necessario existente vt altiora modo recipiantur in anima quod sunt

in ima vel in via adepcione igitur intellectualis operacionis necessaria
sunt etiam corpori unita nec tamen dubium est quin per motus corporeos et oc-
cupaciones sensuum anima impeditur a recepcione influxus substanciarum sepa-
ratarum unde contemplativis et alienatis a sensibus quedam revelaciones fiunt
que non accidunt sensibus utentibus cum igitur anima erit totaliter a corpore
separata plenius percipere poterit influenciam a superioribus substanciis quantum
ad hoc quod per huiusmodi influxum intelligere poterit absque fantasmatibus quod
primus non potest non tamen huiusmodi influxus recipiet equaliter ita perfectam et ita
determinatam ad singula sicut est sciencia quam hic accipimus per sensus nisi in
illis animabus que supra naturalem influxum habebunt aliud supernaturale gracie
ad omnia plenissime cognoscenda et ad deum videndum habebit etiam anima
separata determinatam cognicionem eorum que prius sciverunt hic quorum
species intelligibiles conservantur in eis ad primum ergo dicendum quod philosophus loquitur de opera-
cione intellectualis anime secundum quod est corpori unita sic enim non est sine
fantasmate ut dictum est ad secundum dicendum quod secundum statum presentem quo anima
corpori unitur non participat a substanciis superioribus species intelligibiles sed so-
lum lumen intelligibile et ideo indiget fantasmatibus ut obiectis a
quibus species intelligibiles accipiat sed post separacionem amplius participabit
etiam intelligibiles species unde non indigebit corporalibus obiectis ad tertium
ergo dicendum quod philosophus loquitur secundum opiniones quorundam qui posuerunt intellectum
passivum intellectum corporale sicut et sensum ut patet per ea que ibi premit-
tuntur hoc enim posito anima separata penitus intelligere non posset
vel potest dici quod loquitur de intelligere secundum modum intelligendi quo nunc
intelligimus ad quintum dicendum quod anima unitur corpori propter suam operacionem
que est intelligere non quod sine corpore quoquomodo intelligere possit sed quia
naturali ordine sine fantasmate non intelligit ut expositum est et per hoc pa-
tet solucio ad quintum ad sextum dicendum quod fantasmata non sunt obiecta intellectus
nisi secundum quod sunt intelligibilia actu per lumen intellectus agentis unde quando
species intelligibiles actu recipiuntur in intellectu possibili non habemus
racionem obiecti aliam corporalem preter eas quia obiecta potencias diversifi-
cant ad septimum dicendum quod operacio intellectus agentis et possibilis respicit
fantasmata secundum quod est anima corpori unita sed cum erit anima a corpore
separata per intellectum possibilem recipiet species effluentes a substanciis supe-
rioribus et per intellectum agentem habebit virtutem ad intelligendum ad octavum
dicendum quod operacio propria anime est intelligere intelligibilia actu nec propter hoc
diversificatur species intelligibiles operacionis quod intelligibilia actu sunt
accepta a fantasmatibus vel aliunde ad nonum dicendum quod anima separata
non intelligit res per essenciam suam neque per essenciam rerum intellectarum

sed per species influxas a principiis superioribus in ipsam separatam et non a
principio cum esse accepit ut platonici posuerunt contra philosophum per solu-
cionem ad primum ad 2m dicendum quod anima cum est corpori unita et habet species
innatas per eas posset intelligere sicut intelligit per acquisitas sed licet sit
perfectior in natura sua tamen propter inoticiam corporis et occupaciones sensibilium
retinetur ut non possit ita libere cum superioribus substanciis recipere
dictam influxionem sicut post separacionem ad 3m dicendum quod non est naturale anime
ut per species influxas intelligat cum est corpori coniuncta sed solum postquam
est separata ut dictum est ad 4m dicendum quod anime separate poterunt etiam
intelligere per species prius acquisitas in corpore sed tamen non solum per eas sed etiam
per influxas ut dictum est et philosophus per solucionem ad 5m ad 6m dicendum quod
species intelligibiles quedam in intellectu possibili in potencia tantum et tunc habet se
in aliquo reducente in actum vel per doctrinam vel per inventionem quedam autem
sunt in eo in actu perfecto et tunc intelligit actu quedam autem sunt in
eo medio modo inter potenciam et actum scilicet in habitu et tunc potest intelli-
gere actu quando voluerit per quem modum species acquisite sunt in intellectu
possibili quando actu non intelligit ad 7m dicendum quod sicut iam dictum est opus
eius intellectualis non dependet a specie sive intelligibili actu quod est obiectum
intellectus accipiatur a fantasmatibus sive virtutibus operatis cum potencie
recipit distinctionem ex specie sive obiecto quando ad corporalem tamen ipsa
non sicut quod est naturale in ipso et ideo si per species intelligibiles conservatas
in intellectu acceptas a fantasmatibus anima separata intelligat non quidem
ideo sed ad fantasmata non erit dissimilis specie operacio que ex talibus accipitur
causatur et per talem speciem acquiruntur ad 8m dicendum quod intellectus possibilis non est
natus recipere a fantasmatibus nisi sed quod fantasmata sunt actu per lumen
intellectus agentis quod est quedam participacio luminis substanciarum superiorum et ideo
non removetur quin a principiis superioribus recipere possit ad 9m dicendum quod
species in anima nata est causari a fantasmatibus sive quod est corpori uni-
ta sive quando statum non potest causari a superioribus agentibus tamen potest
autem hoc esse cum anima fuerit a corpore separata ad 10m dicendum quod ex hoc
quod sunt substancie separate non est proporcionata anime nostre non sequitur
quod nullam intelligenciam ab eorum influencia capere possit sed solum quod non
possit capere perfectam et distinctam ut dictum est etc.

Decimo queritur utrum anima coniuncta corpori possit intelligere substancias
separatas et videtur quod sic nulla enim forma impeditur a fine
suo per materiam cum naturaliter uniatur sicut autem anime intellective videtur esse
intelligere substancias separatas que sunt maxime intelligibilia unde ungenuitur
rei finis est ut pertingat ad perfectum in sua operacione non ergo anima

impeditur ab intelligendo substantias separatas propter hoc quod unitur tali corpori
quod et ipsa eius una, quia finis hominis et felicitas ultima aut felici-
tas sua posita in ipso contra consistit in operatione altissime potentie
scilicet intellectus respectu nobilissimi obiecti quod non invenitur nisi substantie separata
ergo ultimus finis hominis est intelligere substantias separatas. Secundo ratione hominis
est quod anima sit corpori unita ergo anima unita corpori potest intelligere
substantias separatas. Quia omnes quiditates pervenient ad aliquem terminum nec
eunt in infinitum manifestum est aut quedam intellectus quiditates sunt
quod de potentia in actum reducuntur prout sunt sit actu scilicet hoc ergo non
procedit in infinitum sed pervenient quidem ad aliquem terminum ut sunt talis
sit factus in actu quod esse non potest nisi omnia intelligibilia intelligat
nisi que proprie sunt substantie separate igitur intellectus humanus ad hoc perve-
nire potest quod intelligat substantias separatas. Quia difficilius videtur separata fa-
cere ea que non sunt separata et ea intelligere quam intelligere ea que sunt
separata sunt separata scilicet intellectus noster et tamen numquam facit ea separata que non
sunt separata sunt sed ideo abstrahit species intelligibiles a rebus materialibus
per quas res materiales intelligit ergo multo fortius potest intelligere substantias
separatas. Quia excellentia sensibilium pro tanto magis percipitur quod corrumpit
armoniam organi sed aut esset aliquod organum sensus quod non corrumperetur
per ab excellenti sensibile quanto sensibile esset excellentius tanto
magis perciperet ipsum intellectus aut ullomodo corrumpitur ab intelligi-
bili sed magis perficitur ergo ea que sunt magis intelligibilia magis
intelligit sed substantie separate que sunt secundum se actu intelligibiles ut po-
te immateriales sunt magis intelligibiles quam substantie materiales que non
sunt intelligibiles nisi in potentia ergo cum anima intellectiva unita cor-
pori intelligat substantias materiales multomagis potest intelligere substantias sepa-
ratas. Quia anima intellectiva etiam unita corpori abstrahit quiditates
a rebus habentibus quiditatem et cum non sit procedere in infinitum necesse
est quod perveniat abstrahendo ad aliquam quiditatem que non sit
res habens quiditatem sed quiditas tantum cum igitur substantie separate
nihil aliud sunt quam quedam quiditates per se existentes videtur
quod anima intellectiva unita corpori intelligere possit substantias separatas.
Quia innatum est nobis per effectus causas cognoscere sunt aut aliquos
effectus substantiarum separatarum in rebus sensibilibus et materialibus cum omnia
corporalia a deo per angelos administrentur ut patet per Augustinum in libro 3
de tri. potest igitur anima unita corpori per sensibilia intelligere substantias separa-
tas. Quia anima unita corpori intelligit seipsam mens autem intelligit
se animam se ut dicit Augustinus in x de tri. sed ipsa est de natura substantiarum

separatarum intelligibilium ergo unita corpori potest intelligere substantias sepa-
ratas patet quia natura nichil agit frustra in rebus frustra autem esset aliquod intelligibile
si a nullo intellectu intelligatur ergo substantias separatas que sunt intelligibiles
intellectus intelligere potest patet quia sicut se habet visus ad visibilia ita intellectus
ad intelligibilia sed visus potest omnia visibilia cognoscere et incorporalia
a quibus ipse sit corporalis ergo intellectus ut videtur dato quod ipse corpora-
lis potest intelligere substantias separatas incorporales que sunt per se intelligibiles
Sed contra primo sine fantasmate nichil intelligit anima ut dicit philosophus in 3o
de anima sed fantasmata non possunt intelligi substantie separate ergo unita cor-
pori non potest intelligere substantias separatas Respondeo dicendum quod hec questio potest
[illegible] si determinatur in 3o de anima licet non inveniatur ab
ipso determinata in libris eius qui ad nos pervenerunt verum [illegible]
tractatus eius sunt [illegible] [illegible] [illegible] ad huius questionis
solutionem eandem enim posuit quod anima nostra unita corpori potest per
unionem adipisci quod intelligat substantias separatas et hec ponunt de veritate
pluralitatem intellectuum [illegible] sed in nostro intelligendi aput nos est diversitas et
[illegible] enim posuit quod anima nostra potest pertingere ad intelligendum substantias
separatas non quidem eo modo quo pervenimus ad intelligendum alia intelli-
gibilia de quibus instruimur in scientiis speculativis per diffinitiones et
demonstrationes sed per continuationem intellectus agentis in nobis ponunt enim
intellectum agentem esse quandam substantiam separatam que naturaliter substantias se-
paratas intelligit verum cum iste intellectus agens fuerit unitus nobis per
ut per eum intelligamus substantias separatas aperte autem quo iste intellectus
agens possit per continuationem nobis ut per eum intelligamus tales assignant
manifestum est enim expositionem in 3o de anima quod quandocumque duorum quorum
unum est [illegible] aliquid duobus [illegible] unum est quasi forma et aliud
quasi materia sicut diversitatis [illegible] [illegible] et corpore verum [illegible]
[illegible] comparatur ad corpus sicut forma ad materiam manifestum est autem
nos intelligere per intellectum agentem et per intelligibilia speculata
veniunt enim in cognitionem conclusionum per principia naturaliter nota
et per intellectum agentem notum est igitur quod intellectus agens comparatur ad
intelligibilia speculata sicut principale agens ad instrumentum
et sicut forma ad materiam vel actus ad potentiam semper enim quod est perfectius
duorum est quasi actus alterius quicquid autem recipit in se id quod est
quasi materia recipit in se id quod est forma sicut corpus recipiens super-
ficiem recipit et colorem qui est forma quedam superficiei et pu-
pilla recipiens colorem recipit et lumen quod est actus coloris
eo enim est visibilis actu sicut igitur intellectus possibilis inquantum
recipit intellecta speculata sicut tunc recipiet in se totaliter

intellectum agentem et per intellectum agentem fiet quod fiat intellectus possibilis
ita quod intelligamus per intellectum agentem non solum omnia naturalia sed etiam
substantias separatas sed utrum hoc contingat dimittatur nunc quousque perfectum
sit aptior consideratio eius ponentes tamen intellectum possibilem secundum Commentatorem di-
cunt quod ultimo per intellectum possibilem intelliget intellectum agentem vel
substantias separatas per ipsum intellectum agentem nos autem in statu illius
continuationis intellectus agentis nobiscum intelligemus ipsum intellectum agen-
tem et alias substantias separatas per ipsum intellectum agentem inquantum unietur
nobis ut forma alii vero ponentes intellectum possibilem esse in corpore
dicunt quod intellectus possibilis potest intelligere intellectum agentem et alias substantias
separatas hoc autem respectu impossibile est et vana et contra sententiam Aristotelis
impossibile quidem quia duo impossibilia ponunt scilicet quod intellectus agens sit quaedam
substantia separata a nobis secundum esse et quod nos per intellectum agentem intelligamus
sicut per formam. Iunctum eum aliquo continuatur ut forma inquantum illo adipi-
scimur aliquid esse actu sicut calidum calore calefacit inquantum est calidum
actu nihil enim agit nisi secundum quod est actu ergo igitur id quo agit aliquid
et operatur formaliter ei unitur secundum esse hoc impossibile est quod duarum rerum
separatarum secundum esse una operetur formaliter per aliam et per impossibile est
quod si intellectus agens est quaedam substantia separata a nobis secundum esse quod eo
formaliter intelligamus possumus autem esse ut intelligamus active sicut
dicimus videre solem ut illuminantem vana etiam est positio praedicta
quia rationes ad ipsam inductae non demonstrative concludunt et hoc patet
in duobus primo quidem quia si intellectus esset substantia separata ut ponunt
comparatio intellectus agentis ad intelligibilia speculata non esset sicut
luminis ad colores sed sicut solis illuminantis hoc intellectus possibilis
per hoc quod recipit species non contingat substantiae eius sed aliud efficit
in eo sicut oculus per hoc quod recipit colores non videt substantiam
solis sed lumen eius secundo quia dato quod per hoc quod recipit intel-
ligibilia speculata contingat intellectus possibilis ipsi substantiae intellectus
agentis aliquomodo non tamen sequitur quod recipiendo omnia intelligibilia
speculata quae abstrahuntur a fantasmatibus et acquiruntur
per principia demonstrationis perfecte contingat substantiae intellectus agentis
nisi hoc esset probatum quod omnia huiusmodi intelligibilia specula-
ta adaequarent virtutem et substantiam intellectus agentis quod patet esse falsum
quia intellectus agens est altioris gradus in entibus per substantiam sepa-
ratam quam omnia quae sunt intelligibilia per ipsum in rebus naturalibus
manifestum est etiam quod ipsi non intellexerunt demonstrationem
quae communes auctores eius ponerent quod primum vel duo vel tria

intelligibilia speculata uniretur nobilissimo non tamen requiritur sicut dictum
quod propter hoc intelligamus omnia alia intelligibilia speculata ma-
nifestum est autem quod multipliciter excedunt substantie intelligibiles separate
omnia predicta que dicuntur intelligibilia speculata quod omnia ea simul
accepta excludat unum vel duo vel quotcumque copulatis quod omnia ista
sunt unius generis et eadem intelligibilia substantie autem separate sunt
alterius generis et altera non intelliguntur vero si coniungitur intellectus
agentis nobilissimo quod est forma et agentis istorum intelligibilium non sequitur
propter hoc quod coniungitur nobilissimo sicut quod intelligit substantias separatas
manifestum est autem quod ista positio est contra intentionem aristotelis qui dicit
in primo ethicorum quod felicitas est quoddam bonum commune quod potest accidere
omnibus non orbatis ad virtutem intellectus autem omnia que dicuntur
ab eis intelligibilia speculata vel est possibile alicui homini vel adeo
separatur quod nulli homini unquam hoc accidit in statu huius vite
nisi Christo qui fuit deus et homo vero impossibile est quod hoc requiratur
ad felicitatem humanam ultimam autem felicitas humana consistit in
intelligendo nobilissima ut dicit philosophus in X ethicorum non requiritur ad intelligen-
dum substantias separatas que sunt nobilissima intelligibilia sed quod in hoc
consistit felicitas humana requiritur quod aliquis intelligat specula-
ta omnia alia etiam non apparet quod predicta positio est contra intentionem
aristotelis dicit enim in X ethicorum quod felicitas consistit in operatione que
est secundum perfectam virtutem et ideo ut appareat in quo determinate consistit
felicitas nostra habemus determinare de virtutibus ut ipsemet dicit
in fine primi ethicorum quarum quedam ponuntur morales ab ipso ut
fortitudo temperantia et huiusmodi quedam intellectuales que sunt quinque
secundum ipsum scilicet sapientia intellectus prudentia scientia et ars inter quas
principaliter ponit sapientiam in cuius operatione oportet consistere ultimam feli-
citatem ut in X apparet sapientia autem est ipsa philosophia prima ut patet in
primo methaphysice vero relinquitur quod ultima felicitas humana que potest
haberi in hac vita sicut aristoteles est cognitio de rebus separatis qualis
potest haberi per principia philosophie ut patet in principio methaphysice et non per modum
continuationis vero sunt alia opiniones quod anima humana per principia physice
demonstrativa potest ad intelligendum ipsas substantias separatas ad quod quidem
avicenna sic procedebat manifestum est enim quod anima humana potest abstra-
here a rebus materialibus quidditates earum et intelligere eas hoc enim
contingit quandocumque intelligimus de aliqua re materiali quid est
si igitur illa quidditas abstracta non est quidditas pura sed est
res habens quidditatem iterum intellectus noster potest intelligere illam

abstrahere et sic possunt procedere in infinitum devenietur ad hoc quod
intelligat aliquas simpliciter quidditates et per eius cognitionem intellectus
noster substantias separatas intelligit quia nichil aliud sunt quam quedam
simplices rerum quidditates. Sed hec ratio omnino est insufficiens primo
quia quidditates rerum materialium sunt alterius generis a quidditatibus separ-
atis et habent alium modum essendi. Unde licet quod intellectus intelligit
quidditates rerum materialium non sequitur quod intelligat quidditates se-
paratas. Item diverse quidditates intellecte differunt specie et inde est
etiam quod qui intelligit quidditatem unius rei materialis non intelligit
quidditatem alterius non enim qui intelligit quid est lapis intelligit
quid est aliud. Unde dato quod quidditates separate essent eiusdem rationis
cum quidditatibus materialibus non sequitur quod qui intelligit tales quid-
ditates rerum materialium intelligat substantias separatas nisi forte secundum
opinionem Platonis qui posuit substantias separatas esse species horum sensibilium.
Et ideo dicendum est aliter quod anima humana intellectiva ex unione ad corpus
habet aspectum inclinatum ad fantasmata. Unde non informatur ad intelli-
gendum aliquid nisi per species a fantasmatibus acceptas et hoc etiam
designat dictum Dionysii in primo capitulo celestis ierarchie dicit enim quod impossibile
est nobis aliter lucere divinum radium nisi varietate sacrorum vela-
minum circumvelatum. Sicut igitur anima dum est unita corpori potest ad co-
gnitionem substantiarum separatarum ascendere in quantum per species a fantasmatibus
acceptas manuducitur. Hoc autem non est ut intelligatur de eis quid
sunt cum ille substantie excedant omnem proportionem horum intelligibilium sed pos-
sumus de eis hoc modo aliqualiter cognoscere quia sunt sicut per effectus defi-
cientes devenimus in causas excellentes ut sciamus de eis tantum quia
sunt et non quid sunt et de causis excellentibus cognoscimus quia sunt
causas excellentes et scimus de eis quod sunt tales quales non sunt
earum effectus et hoc est magis scire de eis quid non sunt quam quid
sunt. Et similiter hoc est aliqualiter quod magis intelligimus quidditates
quas abstrahimus a rebus materialibus intellectus noster considerando se ad il-
las quidditates potest intelligere substantias separatas ut intelligat eas
esse immateriales sicut ipse quidditates sunt a materia abstracte. Et sic per
comparationem nostri intellectus devenimus in cognitionem substantiarum separatarum intelli-
gibilium. Nec est mirum si substantias separatas non possumus in hac vita
cognoscere intelligendo quid sunt sed quid non sunt quia etiam quiddi-
tatem et naturam corporum celestium non aliter cognoscere possumus et sic
etiam notificat ea Aristoteles in primo De celo ostendendo quod non sunt
gravia neque levia neque generabilia neque corruptibilia neque contrarietati subiecta.

Ad primum ergo dicendum quod finis ad quem se extendit naturalis potestas ipsius
anime humane est ut intelligat substantias separatas finaliter modo predicto
et ab hoc non impeditur propter hoc quod corpori unitur et sic etiam in illa
cognitione substantie separate ultima felicitas hominis est ad quam per naturalia perue-
nire potest unde post potentiam ad finem ad tertium dicendum quod intellectus possibilis
continue reducitur de potentia ad actum propter hoc quod magis et magis
intelligit finaliter tamen numquam reducitur per naturalem generationem ut in intelligendo
supremum quod est divina essentia sed ad hoc non potest pervenire per naturalia
sed per gratiam tamen ad quartum dicendum quod sensus recipiens sensibilium excellentium
dupliciter defectum patitur primo quidem quia non potest ipsum comprehendere
propter hoc quod excedit proportionem sensus aliud quia post excellentia sensibilia
non percipit minora sensibilia et hoc ideo quia corrumpitur organum
sensus licet igitur intellectus non habeat organum quod possit corrumpi ab
intelligibilibus excellentibus tamen aliqua excellentia intelligibilia possunt excedere
facultatem nostri intellectus in intelligendo et talia intelligibilia est substantia
separata que excedit facultatem intellectus qui finaliter quod est corpori uni-
tus est natus perfici per species a fantasmatibus separatas sed tamen intellectus ut
intelligit substantias separatas non intelligit minus alia sed magis ad quintum
dicendum quod quidditates abstracte a rebus materialibus non sufficiunt ut per eas
possimus cognoscere de substantiis separatis quod patet ut ostensum est et supra
dicendum est ad sextum non [illegible] destructas ut supra ostensum est non suf-
ficiunt ut per eas cognoscatur de anima quod est ad septimum dicendum quod intellectus
possibilis ut intelligit seipsum non directe apprehendendo essentiam suam sed
per speciem a fantasmatibus separatam unde philosophus dicit in III de anima quod
intellectus possibilis est intelligibilis sicut et alia et hoc est ideo quia intellectus
est intelligibilis finaliter quod est in potentia sed finaliter quod est in actu ut dicitur
IX metaphysice ad intellectum possibilem sit in potentia tamen in esse intelligibili
non potest intelligi nisi per formam suam per quam fit actu que est species
a fantasmatibus abstracta ut etiam quelibet res alia intelligitur
per formam suam et hoc commune est in omnibus potentiis anime quod actus co-
gnoscuntur per obiecta et potentia per actus et anima per suas potentias
sic igitur et anima intellectiva per suum intelligibile cognoscitur species
autem a fantasmatibus accepta non est forma substantie separate ut per eam
cognosci possit sicut per eam aliqualiter cognoscitur intellectus possibilis
ad octavum dicendum quod ratio illa omnino inefficax est propter duo primo quidem quia
intelligibilia non sunt propter intellectus intelligentes ipsa sed magis in-
telligibilia sunt fines et perfectiones intelligibilium unde non sequitur

si esset substantia intellectualis non intellecta ab aliquo intellectu quod
posset esse frustra nam frustra dicitur de eo quod est ad finem quem
non attingit. Dicendum quod si substantie separate non intelligantur ab intellectu
nostro sicut quod est corpori unita intelliguntur tamen ab ipsis separatis ad invicem
sed quia species quarum unus est receptivus sunt de plenitudine formarum
et corporum sive corporalium sive incorporalium secundum quod species a fantasmatibus
abstracte quarum est receptivus intellectus non sunt plenitudines substantiarum
separatarum et ideo non est simile etc.

Vicesimoseptimo queritur utrum anima separata intelligat
substantias separatas. Et videtur quod non, perfectioris enim substantie est
perfectior operatio. Sed anima unita corpori est perfectior quam separata ut
videtur quia quelibet pars perfectior est unita toti quam separata. Si
igitur anima unita corpori non potest intelligere substantias separatas per naturam
aut per gratiam, si per naturam non videtur quod anima que corpori unitur non
impediatur per unionem ad corpus quin substantias separatas cognoscat. Si autem
per gratiam, quia non omnes anime separate habent gratiam non omnes cognoscent
substantias separatas. Preterea anima est unita corpori ut perficiatur in eo scientiis
et virtutibus. Maxima autem perfectio anime consistit in cognitione substantiarum
separatarum. Si igitur posset per se quod separata cognosceret substantias separa-
tas frustra corpori uniretur. Preterea si anima separata cognosceret substantias
separatas oportet quod cognosceret eas per essentiam eius vel per speciem eius. Sed
non per essentiam substantie separate quia non est unum cum anima separata.
Similiter nec per speciem eius quia a nobis separatis non sunt simplices
non potest fieri abstractio speciei. Ergo anima separata nullo modo cognoscit
substantias separatas. Preterea si anima separata cognoscit substantias separatas aut
cognoscit eas sensu aut intellectu. Manifestum est autem quod non co-
gnoscit eas sensu quia substantie separate non sunt sensibiles. Similiter
nec intellectu quia intellectus non est singularium, substantie autem separate
sunt substantie singulares. Ergo anima separata nullo modo cognoscit substantias
separatas. Preterea intellectus possibilis anime nostre plus distat ab angelico quam
imaginatio nostra ab intellectu possibili quia imaginatio et intellectus
possibilis reducuntur in eandem substantiam anime. Sed imaginatio nullo modo
potest intelligere intellectum possibilem ergo intellectus possibilis nullo modo potest
apprehendere substantias separatas. Preterea sicut se habet voluntas ad bonum ita
intellectus ad verum. Sed voluntas quarundam animarum separatarum scilicet dam-
natarum non potest ordinari ad bonum ergo et intellectus earum nullo modo
potest ordinari ad verum quod potissime intellectus consequitur in cognitione
substantie separate. Ergo non omnis anima separata potest cognoscere substantias separatas.

Tertio felicitas ultima secundum philosophos ponitur in intelligendo substantias separatas
ut dictum est. Si igitur anime damnatorum intelligunt substantias separa-
tas quas non possumus hic intelligere videtur quod damnati sunt propin-
quiores felicitati quam nos quod est inconveniens. Quarto una intelligentia in-
telligit aliam per modum substantie sue ut dicitur in libro de causis. Sed anima
separata non potest cognoscere substantiam suam ut videtur quia intellectus possibilis
non cognoscit se ipsum nisi per species a fantasmatibus abstractas ut
dicitur in tertio de anima. Ergo anima separata non intelligit substantias separatas.
Quinto duplex est modus cognoscendi unus secundum quod devenimus a posterioribus
in priora et sic que sunt magis nota cognoscuntur per ea que nobis
sunt minus nota simpliciter. Alius a prioribus ad posteriora et sic que sunt
magis nota simpliciter per prius cognoscuntur a nobis. In animabus autem
separatis non potest esse primus modus cognoscendi. Ille enim modus magis
nobis competit secundum quod cognitionem a sensu accipimus. Ergo anima separata
intelligit modo secundo scilicet descendendo a prioribus in posteriora et sic que sunt
magis nota simpliciter sunt per prius ei nota. Sed maxime notum est essentia
divina. Si igitur anima separata naturaliter cognoscat substantias separatas videtur
quod ex puris naturalibus videre possit essentiam divinam quod est vita eterna.
Sexto inferior substantia separata intelligit aliud secundum quod in ipso superioris
est in inferiora. Sed in ipsa substantie separate est in anima separata nichil
desinet a substantia separata. Ergo non potest eam intelligere. Sed contra per simile
cognoscitur. Sed anima separata est substantia separata. Ergo potest intelligere substantias
separatas. Respondeo dicendum quod secundum ea que fides tenet conveniens videtur dicere
quod anime separate cognoscant substantias separatas. Substantie enim separate dicuntur
scilicet angeli et demones in quorum societate deputantur anime hominum
separate bonorum vel malorum. Non autem videtur probabile quod anime dam-
natorum demones ignorant quorum societati deputantur et quos valde
terribiles esse dicuntur. Magis autem probabile videtur quod anime bonorum
non ignorant angelos quorum societate letantur. Hoc autem quod anime
separate substantias separatas cognoscant convenienter accidit. Manifestum
est enim quod anima humana unita corpori respectum habet ex unione cor-
poris ad inferiora directum. Unde non perficitur nisi ab eis que ab
inferioribus recipit scilicet per species a fantasmatibus abstractas. Unde
neque in cognitionem sui ipsius neque in cognitionem aliorum devenire potest
nisi inquantum ex predictis perductus manuducitur ut supra dictum est. Sed
quando iam anima erit a corpore separata aspectus eius non ordinabitur
ad aliqua inferiora ut ab eis accipiat. Sed erit absoluta potens
a superioribus substantiis influentiam accipere sine conversione ad fantasmata

que sunt omnino non erit et per huiusmodi influentiam recipiet eadem
et sic seipsam cognoscet directe suam essentiam intuendo et non apprehen-
sic unde accidit sua autem essentia pertinet ad genus substantiarum separatarum
intelligibilium et eundem modum subsistendi habet licet sit infima in illo
genere eo quod omnes sunt forme subsistentes sic igitur una aliquam substantiam
separatam cognoscit aliam intuendo essentiam suam in qua est quedam si-
militudo alterius substantie cognoscende vel per illud quod recipit in-
fluentiam suam ab ipsa vel ab aliqua altiori substantia que est causa
sua communis utriusque Ita etiam anima separata intuendo directe essentiam
suam cognoscet substantias separatas per influentiam receptam ab eis non
apprehensam tamen sicut deo tamen ita perfecte cognoscet substantias separatas
naturali cognitione sicut ipse cognoscerent se invicem eo quod anima est
infima inter eas et infimo modo recipit intelligibile lumen et
manationem Ad primum ergo dicendum quod anima unita corpori est quodammodo per-
fectior quam separata scilicet quantum ad naturam speciei sed quantum ad actum intelligendi
habet aliquam perfectionem anima separata quam habere non potest dum est corpori
unita nec hoc est inconveniens quia operatio intellectualis competit anime
secundum quod supergreditur corporis proportionem intellectus non est actus alicuius or-
gani corporalis Ad secundum dicendum quod philosophus loquitur de cognitione anime separa-
te que sibi per naturam competit non de cognitione que sibi debetur per
gratiam loquendo equatur angelis in cognoscendo licet autem cognitio
ut cognoscat predicto modo substantias separatas est sibi naturalis non tamen
sequitur quod separata vel coniuncta unita non competit ei Ad tertium
dicendum quod ultima cognitio perfectionis naturalis anime humane est ut
intelligat substantias sed perfectius ad hanc cognitionem pervenire per hoc
quod magis aptius disponitur per studium et maxime per meritum
unde non frustra corpori unitur Ad quintum dicendum quod anima separata non
cognoscit alias separatas per essentias earum sed per species et simili-
tudines Ad sextum dicendum licet est quod nichil recipitur per modum quo aliquid cognoscitur
est abstracta anima que per speciem cognoscitur sed tunc solum quando cognoscens
accipit speciem a re et tunc licet species accepta est simplicior et imma-
terialior in cognoscente quam in re que cognoscitur si autem fuerit e converso
sic quod res cognita immaterialior sit et simplicior quam cognoscens tunc
species rei cognite non dicitur abstracta sed magis impressa vel influxa
et sic est in proposito Ad octavum dicendum quod singulare non repugnat cognitioni
intellectus nisi inquantum individuatur per hanc materiam species enim in-
tellectus necesse est esse a materia abstractas Si igitur fuerint aliqua singularia
in quibus natura speciei non individuatur per materiam sed unaquaque earum est

quedam natura speciei immaterialis subsistens vnumquodque eorum per se intelligi-
bile est et ita huiusmodi singularia sunt substantie separate Ad xviii dicendum
quod ymaginatio et intellectus possibilis humanus magis conveniunt secundum
quod intellectus possibilis humanus et intellectus angelicus qui tamen
plus conveniunt specie et ratione cum utrumque eorum pertineat ad esse
intelligibile actu cum recipiunt formas sine materia per speciem et non
corpore subiecto [illegible] quantum ad convenientiam in actione magis atten-
denda est convenientia quam formarum [illegible] speciei individui secundum
quam formam determinatur per se in eodem secundo Ad xix dicendum quod demonia
licet sint deordinata ab ultimo fine verum voluntas eorum non est
in bonum secundum huius ordinem tendit tamen in aliquod bonum quod etiam demo-
nes ut dicit dyonisius in iiii capitulo de divinis nominibus bonum et optimum con-
cupiscunt scilicet esse et vivere et intelligere sed hoc bonum non ordinatur
in summum bonum et ideo voluntas eorum perversa est Nichil etiam incon-
veniens prohibet quin [illegible] demonia multa vera intelligant sed non illud
primum verum scilicet deum cuius visione efficiuntur beati Ad xx dicendum quod
ultima felicitas hominis non consistit in cognitione aliarum creaturarum
sed solum in cognitione dei Unde dicit augustinus in libro confessionum beatus est
qui te novit etiam si illas nesciat scilicet creaturas infelix autem
si illas sciat te autem ignorat qui autem te et illas novit
non propter illas beatior sed solum propter te beatus Licet igitur demonia
aliqua sciant que nos scimus sunt tamen a vera beatitudine
remotiores quam nos qui ad eam possumus pervenire illi autem
non possunt Ad xxi dicendum quod anima humana aliquando cognoscet res
per eam cum fuerit separata aliquando autem ut dictum est Ad xxii dicendum
quod anime separate humane licet competat ille modus cognoscendi
quo ea que sunt notiora simpliciter magis cognoscat non tamen sequitur
quod vel anima separata vel quecumque alia substantia separata per sua
naturalia et per suam essentiam possit intueri deum sed cum substantie
separate alterius modi esse habeant quam substantie materiales ita deus al-
terius modi esse habet quam omnes substantie separate In rebus enim materiali-
bus est considerare quorum unum non est aliud scilicet individuum naturam
speciei et esse non enim possumus dicere quod hec linea sit sua quantitas
quia quantitas consistit tamen in speciei principiis sed hec linea super princi-
pia speciei addit principia individuantia secundum quod natura speciei in hac
materia recipitur et individuatur similiter etiam nec quantitas est
ipsum esse eius Sed in hominibus [illegible] aut separatis quia immateriales sunt
natura speciei non recipitur in aliqua materia individuante sed est ipsa

natura per se subsistens unde non est in eis aliud habens quiditatem
et quiditas ipsa sed tamen aliud est esse et aliud quiditas. Deus
autem est ipsum suum esse subsistens unde sicut in cognoscendo quidi-
tates materiales non possumus cognoscere substantias separatas ita nec
substantie separate per cognitionem sue substantie possunt cognoscere divinam essentiam.
Ad 3m dicendum quod licet quantum ad impressiones substantiarum separatarum in anima
separata deficiat recipiunt non sequitur quod eas nullo modo cognoscere
possint sed quod imperfecte eas cognoscunt etc.
Consequenter querebatur utrum anima separata cognoscat
omnia naturalia. Et videtur quod non quia sicut dicit Augustinus demo-
nes multa cognoscunt per experientiam longi temporis quam quidem non
habet anima mox cum fuerit separata. Cum igitur demones sint perfectioris
intellectus quam anima que tamen naturalia nesciunt manifeste cla-
re et lucide ut dicit in libro de ... videtur ergo quod anima
separata non cognoscat omnia naturalia. Preterea anime cum sint unite cor-
poribus non cognoscunt omnia naturalia. Si igitur separate a corporibus
omnia naturalia cognoscant videtur quod post separationem huiusmodi scientiam
acquirant sed aliquem anime aliquorum naturalium in hac vita scientiam
acquisierunt ergo illorum eorundem post separationem dupliciter habebunt
scientiam unam acquisitam hic et aliam in alia vita quod videtur
inconveniens cum due forme eiusdem speciei non sint in eodem subiecto.
Preterea nulla virtus finita potest super infinita sed infinita sunt naturalia
intellecta nam species numerorum et figurarum et proportionum infinite
sunt ergo anima separata non cognoscit omnia naturalia. Preterea omnis cogni-
tio est per assimilationem cognoscentis et cogniti sed impossibile videtur quod
anima separata cum sit immaterialis assimiletur naturalibus cum sint materialia
ergo impossibile videtur quod anima separata omnia naturalia cognoscat. Preterea
intellectus possibilis se habet sicut materia prima in ordine sensibilium
sed materia prima secundum ordinem unum non est receptiva nisi unius
forme cum igitur intellectus separatus possibilis non habeat nisi unum
ordinem cum non trahatur ad diversa corpora videtur quod non possit re-
cipere nisi unam formam intelligibilem et ita non potest cognoscere omnia
naturalia. Sed contra ea que sunt diversarum specierum non possunt
esse unum et eadem species secundum speciem cognitionem autem sit per assimilationem
speciei ergo una anima separata non potest cognoscere omnia naturalia
cum sint specie diversa. Preterea si anime separate cognoscunt omnia na-
lia oportet quod habeant omnes formas que sunt similitudines rerum
naturalium aut igitur quantum ad genera et species tantum et sic non

cognoscit individua et per consequens non omnia naturalia quia
individua maxime videntur esse in natura vel etiam quantum
ad individua et sic tot individua sunt infinita sequitur quod in
anima separata sunt pluritudines infinite quod videtur impossibile
non igitur anima separata cognoscit omnia naturalia Et dicebat quod
in anima separata sunt tamen pluritudines specierum et spacium et applica
tio earum ad singularia cognoscit per singularia Et tamen intellectus
ubique cognitivus quod habet species sic non potest applicare nisi ad particula
ria que iam novit per eum scio quod omnis anima est sterilis non
non possunt applicari nisi adhuc quod cognoscit cognitiva eum particu
laris que precedit naturalem applicationem unde ad particulare non eum
applicatio hujusmodi potest esse causa particularium cognitionis et sic
particularia anime separate remanebunt ignota Preterea ubicumque est
cognitio ibi est aliquis ordo cognoscentis ad cognitum sed anime
dampnatorum non habent aliquem ordinem dicitur enim Job x in inferno
nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat igitur adminus anime
dampnatorum non possunt cognoscere naturalia Preterea Augustinus dicit in libro de
cura pro mortuis agenda quod anime mortuorum ea que hic fiunt
omnino scire non possunt naturalia autem sunt ea que hic fiunt ergo
anime mortuorum non habent cognitionem naturalium Preterea omne quod est
in potentia reducitur in actum per id quod est actu manifestum est autem
quod anima humana quamdiu est corpori unita est in potentia respectu
omnium vel plurimorum que naturaliter scita sunt non enim omnia scit actu
ergo si post separationem scit omnia naturalia oportet quod per aliquid reducatur in
actu hoc autem non videtur esse nisi intellectus agens qui est anime
sicut ut dicitur in iii de anima sed per intellectum agentem non potest reduci
in actum omnium intelligibilium que non intellexit comparatur enim sicut
in iii de anima intellectus agentis lumen fantasmata ut colores
lumine autem non sufficit ad faciendum visum in actu omnium visibilium
nisi et colores assint ergo nec intellectus agens posset facere intellectum
possibilem actu respectu omnium intelligibilium cum fantasmata non sint
ad esse anime separate cum non sit in organis corporeis si dicebat quod
non reducitur in actum per intellectum omnium naturalium scibilium sed per aliquas
superiores substantias Et tamen quandocumque aliquid reducitur in actum per agens
extrinsecum sine quod non est talis reductio non est naturalis sicut si
aliquis sanabilis sanetur per artem vel per virtutem divinam est sanatio
artificialis et miraculosa non autem naturalis nisi quando sanatio sit
per principium intrinsecum scilicet id autem agens et naturale respectu intellectus

possibilis quantum est intellectus agens Et igitur intellectus possibilis
reducatur in actum per aliquod agens proprium et non per intellectum agen-
tem non erit cognitio naturalis de qua nunc loquimur et sic non
accidit animabus animalibus separatis ad impossibilia naturalia anime separate
conveniat omnes Preterea si anima separata reducatur in actum omnium
naturalium intelligibilium aut hoc erit a deo aut ab angelo non
aut ab angelo ut videtur quia angelus non est causa nec
ipsius anime vel nec naturalis anime cognitionis videtur et per amorem
angeli plus etiam inconveniens videtur quod anime dampnatorum
a deo recipiant tantam perfectionem per mortem ut cognoscant omnia
naturalia nullo igitur modo videtur quod anime separate omnia naturalia cogno-
scant Preterea ultima perfectio uniuscuiusque existentis in potentia est ut
reducatur in actum quantum ad omnia que sunt in potentia sed intel-
lectus possibilis quantum in se est in potentia naturali nisi omnium intelligi-
bilium naturalium que naturali cognitione intelligi possunt si ergo anima se-
parata intelligit omnia naturalia videtur quod omnis anima separata ex
sua separatione habeat suam ultimam perfectionem que est felicitatem
frustra igitur sunt alia adiumenta ad felicitatem consequendam
adhibita si sola separatio animam perficere sit hoc autem quod videtur
inconveniens Preterea ad separationem sequitur delectatio si ergo omnes anime
separate cognoscunt omnia naturalia videtur quod anime dampnatorum
maximo gaudio perfruantur quod videtur inconveniens Preterea super illud
Ysaie lxiii Abraham nescivit nos etc. dicit glossa nesciunt mortui
etiam sancti quid agunt vivi etiam eorum filii sed ea que inter vivos
hic aguntur sunt naturalia ergo anime separate non cognoscunt omnia
naturalia Sed contra anime separate intelligunt substantias separatas sed in substantiis
separatis sunt species omnium naturalium ergo anima separata intelligit omnia
naturalia sed dicebat quod non est necessarium quod qui videt substantiam separatam
quod videat omnes intellectus existentes in ea contra Gregorius dicit quid enim
est quod non videat qui videntem omnia videt videntes igitur deum
vident omnia ea que deus videt ergo eadem ratione et videntes
angelos vident ea que angeli vident Preterea anima separata
cognoscit substantias separatas inquantum sunt intelligibiles non autem videt
ea visu corporeo sed sicut sunt intelligibiles substantie separate ita etiam
species in intellectu eius existentes ergo anima separata non solum in-
telligit substantias separatas sed etiam species intelligibiles in ipsa existentes
Preterea intellectus in actu est forma intelligibilitatis et est unum
cum intelligente sed ergo anima separata intelligit substantiam separatam in-
telligentem omnia naturalia videtur quod ipsa omnia naturalia intelligat

Secundo quicumque intelligit intelligibilia maiora intelligit etiam mino-
ra ut dicitur in 3o de anima. Sed igitur anima separata intelligit substantias
separatas que sunt maxime intelligibiles ut supra dictum est videtur
sequi quod intelligat omnia alia intelligibilia. Tertio quia aliquid est in potentia
ad multa reducitur ad actum quantum ad omnia illa ab activo quod habet
omnia illa in actu sicut materia que est in potentia calida et frigida
ab igne fit actu calida et frigida. Sed intellectus possibilis anime separate
est in potentia ad omnia intelligibilia activum autem a quo accipit in-
fluentiam substantia separata est in actu respectu omnium illorum ergo vel reducit
eam de potentia ad actum quantum ad omnia vel quantum ad nullum. Sed ma-
nifestum est quod nunquam quantum ad nullum quia anime separate aliqua intelli-
gunt que etiam hic non intellexerunt ergo quantum ad omnia intelligi-
bilia separata intelligit omnia naturalia. Quarto Dionysius dicit in 7o cap de divi-
nis nominibus quod superiora in entibus sunt exemplaria inferiorum substantie autem
separate sunt superiores substantiis separatis videtur quod cognoscat omnia naturalia.
Quinto anime separate cognoscunt rationes formarum influxarum sed forme
influxe dicuntur esse forme ordinis universi ergo anime separate
cognoscunt totum ordinem universi et sicut cognoscunt omnia naturalia.
Sexto quicquid est in inferiori natura totum est in superiori sed anima sep-
arata est superior rebus naturalibus ergo omnia naturalia quodammodo in anima
sed anima cognoscit seipsam ergo omnia naturalia. Septimo quod narratur in Luca
xvi de lazaro et divite non est parabola sed res gesta ut Gregorius
dicit quod patet per hoc quia propria persone nominum ipsius exprimuntur ibi etiam
dicitur quod dives in inferno positus abraham cognovit quem ante
non cognoverat ergo pari ratione anime separate etiam dampnatorum
cognoscunt que hic non cognoverunt et sic videtur quod cognoscant
omnia naturalia. Respondeo dicendum quod anima separata secundum quid intelligit omnia
naturalia sed non perfecte ad cuius evidentiam considerandum est quod talis est
ordo rerum ad invicem ut quecumque inveniuntur in inferiori natura in-
veniantur excellentius in superiori sicut ea que sunt in istis genera-
bilibus et corruptibilibus sunt nobiliori modo in incorruptibilibus celestibus sunt
in causis generalibus calidum enim et frigidum et alia huiusmodi
que sunt in istis inferioribus sicut quedam qualitates particulares
et forme sed in corporibus celestibus sunt velud quedam universales virtu-
tes a quibus derivantur in hec inferiora. Similiter et quecumque sunt in natura
corporali sunt eminentius in natura intelligibili forme enim rerum
corporalium in istis inferioribus corporalibus sunt materiales et particulares
in ipsis vero substantiis immaterialibus et intellectualibus sunt immateriales
et universales unde in libro de causis dicitur quod omnis intelligentia est

plena formis vltimis autem que sunt in tota creatura rerum vniuersaliter
sunt in ipso deo in creaturis enim sunt forme rerum et non multiplic(iter)
et diuisim sed in deo simpliciter et vnitate et illud triplex esse re-
rum distinguit Aug(ustinus) 2° super Gen(esim) per hoc quod productio rerum tripliciter exprimitur
primo enim dixit deus fiat firmamentum per quod intelligitur esse firma-
menti rerum in verbo dei secundo dicit et fecit deus firmamentum per quod
intelligitur esse firmamenti in intelligentia angelica tertio dicit et
factum est ita per quod intelligitur esse firmamenti in propria natura ut aug(ustinus)
exponit et sicut dealiis sicut enim profluxerunt res a diuina sa-
pientia ut in propria natura subsisterent ita a diuina sapientia profluxerunt
forme rerum in substantias intelligibiles quibus res intelligerent vnde
considerandum est quod eo modo quo aliquid est superioris nature eo modo ad
superiores intelligibiles pertinet singularia nam non sunt superioris
nature ipsi sed ipsi aliud ut in eis salvetur species quas natura intendit
natura enim intendit generare hominem non hunc hominem nisi in quan-
tum homo non potest esse nisi hic homo et inde est quod philosophus dicit
in libro de animalibus quod in appropinquando causis accidentium species est
nobis reducere in causam finalem accidentia non individuum nisi in quan-
tum efficienter nec materialiter quod solum id quod est speciei sunt de intentione
nature et cognoscere species rerum pertinet ad superiores intelligibiles non
autem cognitio individuorum nisi forte per accidens licet igitur superiores
intelligibiles cognoscant omnia substantiis intellectualibus apprehendunt non tamen
eodem modo nam in superioribus sunt forme intelligibiles rerum magis
vnite et vniuersales in inferioribus multiplices et sunt minus vniuersales sicut
quod magis recedunt ab vno primo simplici et appropinquant ad pro-
prietatem rerum ad particularitatem rerum naturalium et quia in superi-
oribus est potentior vis intellectiva substantie superiores in paucioribus
formis vniuersalibus obtinent superiores intelligibiles ut cognoscant naturas
rerum usque ad vltimas species si autem in inferioribus substantiis essent
forme adeo vniuersales sicut sunt in superioribus cum habent que habent
inferiorem virtutem intellectivam non consequerentur ex huiusmodi
formis vltimam perfectionem intelligibilem ut cognoscerent usque ad
individuales species sed remaneret eadem cognitio in quadam
vniuersalitate et confusione que est cognitionis imperfecte manifestum
est enim quod quanto intellectus fuerit excellentior tanto magis ex paucis
potest multa colligere cuius signum est quod rudioribus et tardioribus
oportet singillatim omnia exponere et exempla particularia ex pro-
mere seu inducere ad singula manifestum est autem quod anima

humana est infima inter omnes substantias intelligibiles nec omnis
capacitas naturalis est ad recipiendum species rerum consonant rebus
materialibus et ideo anima humana unita est corpori ut ex rebus materi-
alibus possit recipere species intelligibiles secundum intellectum possibilem nec est
ei maior virtus ad intelligendum quam secundum ut huiusmodi formas
per abstractionem in cognitionem intelligibilium perficiat. Unde et lumen
intelligibile quod recipit quod dicitur intellectus agens habet comparationem licet ut huius-
modi species intelligibiles faciat actu quaedam. Igitur anima unita
corpori ex propria conversione corporis licet apparitio ad inferiora a quibus
accipit species intelligibiles proportionatas suae intellectivae virtuti est
in sua perfectione. Et cum fuit a corpore separata licet apparitio ad supe-
riora a quibus recipit influentiam specierum intelligibilium universaliter et li-
cet unumquodque recipiant ab anima quae sunt in substantiis superioribus tamen
non est tanta efficacia virtutis intellectivae ut per hoc genus specierum
intelligibilium possit perfectam cognitionem consequi intelligendo specialiter
et determinate unumquodque sed in quadam universalitate et confusione sicut
cognoscitur ex his in principiis universalibus habet aut cognitionem acquirunt
animae separatae subito per modum influentiae et non successive per modum
instructionis ut Origenes dicit. Sic igitur dicendum est quod animae separatae naturali
cognitione in verbo cognoscunt sicut omnia naturalia non autem specialiter
unumquodque determinata cognitione aut quod sunt animae sanctorum per gratiam alia
et non naturae secundum illam angelis adaequantur sicut vident omnia in verbo
unde est ergo ad utramque obiectionem. Ad primum ergo dicendum quod angeli et de-
mones triplici ratione cognoscunt quaedam per revelationem bonorum
angelorum quae scilicet sunt supra cognitionem naturalem sicut mysteria Christi
et ecclesiae et alia huiusmodi quaedam vero cognoscunt acumine
sui intellectus scilicet quae sunt naturaliter scibilia quaedam vero per experi-
entiam longi temporis scilicet eventus futurorum contingentium in particularibus
quae non per se pertinet ad cognitionem intelligibilem ut dictum est unde
de eis ad propositum non agitur. Ad secundum dicendum quod in illis qui scientiam aliquam
cum naturalium scibilium in hac vita acquisierant erit determinata co-
gnitio in speciali eorum quae hic acquisierant aliorum vero universalis
et confusa unde non inutile erit eis scientiam acquisivisse nec incohe-
rens est utramque scientiam eorum scibilium accipit eadem cum non sunt
ambae eiusdem rationis. Ad tertium dicendum quod ratio illa non pertinet ad proposi-
tum eo quod non proponimus quod anima separata cognoscat omnia naturalia
in speciali unde non repugnat eius cognitioni infinitas specierum
quae est in numeris et figuris et proportionibus quae tamen cognosci posse

concludere habet vero cum cognitionem angelicam. Ad 8m quod species innumerae
singularium et huiusmodi non sunt infinitae in actu sed in potentia
tantum nec est inconveniens quod virtus substantiae intellectualis finitae ad
huiusmodi infinita se extendat sicut prima etiam virtus intellectiva
est quodammodo infinita inquantum non est terminata per materiam unde et vis
cognoscitiva habet quod quodammodo est infinita inquantum secundum rationem
potentia continet infinita. Ad nonum dicendum quod formae rerum materialium
sunt in substantiis immaterialibus immaterialiter et propterea est applicatio inter utrasque
quantum ad rationem formarum non quantum ad modum essendi. Ad decimum dicendum
quod materia prima non se habet ad formas nisi dupliciter vel in potentia pura
vel in actu perfecte eo quod formae naturales statim ut sunt
in materia habent statim operationes suas nisi sit aliquod impedimentum
eo quod forma naturalis non se habet nisi ad unum unde statim cum
forma igitur est in materia facit motum suum. Sed intellectus possibilis
se habet ad species intelligibiles tripliciter. Quandoque enim se habet in potentia
pura sicut ante addiscere, quandoque autem in actu perfecto sicut cum actu considerat,
quandoque autem medio modo inter potentiam et actum sicut cum
est scientia in habitu et non in actu considerat. Igitur forma intellectiva ad
intellectum possibilem sicut forma naturalis ad materiam, sed sicut est intellectus
in actu non sicut est habitualis, et manifestum est quod materia prima
simul et semel non informatur nisi una forma, ita intellectus non
intelligit nisi unum intelligibile, potest tamen scire multa habitualiter.
Ad undecimum dicendum quod substantiae cognitae per aliquem applicari dupliciter aut secundum
esse naturale et sic non applicantur eis diversa secundum speciem nec ipsa sunt
unius speciei aut secundum esse intelligibile et sic secundum quod habet diversas
species intelligibiles sic sunt eis applicata diversa secundum speciem. Ad 12m
dicendum quod animae separatae non cognoscunt solum species sed etiam individua
diversa non tamen omnia sed aliqua et ideo non oportet quod sint in ea
species infinitae. Ad 13m dicendum quod applicatio vel cognitio ad singu-
laria non est causa cognitionis singularium sed consequens. Ad 14m
quomodo autem anima separata singularia cognoscat quaeretur infra.
Ad 15m dicendum quod cum bonum consistit in modo specie et ordine secundum
Augustinum in libro de natura boni, ubi inveniuntur in aliqua re de
ordine inquantum de bono inveniuntur ibi in determinatis aut non
est bonum gratiae sed naturae unde non est ibi ordo gratiae sed naturae qui sufficit
ad huiusmodi cognitionem. Ad 16m dicendum quod Augustinus loquitur
de singularibus quae futura sunt de quibus dubium est quod non pertinet
ad cognitionem intelligibilium. Ad 17m dicendum quod intellectus possibilis non est

reducitur in actum cognitionis circa naturalia per intellectum possibilem agentem
sed per aliquam superiorem substantiam cui in actu adest cognitio circa naturalia
Et si aliquis recte consideraret intellectum agentem secundum ea que philosophus
tradit de ipso non est actus respectu intellectus possibilis directe sed magis
respectu fantasmatum que facit intelligibilia actu quo intellectus
possibilis reducitur in actum cum appetitus eius inclinatur ad inferiora
ex unione corporis et eadem ratione cum appetitus eius inclinatur
ad superiora propter separationem a corpore fit in actu per species actu intelligibiles
que sunt in substantiis superioribus quasi per agentem proprium et per illas cognitio-
nem naturalium unde patet solutio ad primum. Ad secundum dicendum quod huiusmodi
perfectiones recipiunt anime separate a deo mediantibus angelis licet
igitur substantiam anime creet a deo immediate tamen perfectiones intelligibiles
proveniunt a deo in eam mediantibus angelis non solum naturales sed
etiam que ad misteria gratie pertinent ut patet per Dionysium in celesti hierarchia.
Ad tertium dicendum quod anima separata licet habeat universalem cognitionem naturalium
non est perfecte reducta in actum quia cognoscere aliquid in universali est co-
gnoscere in potentia unde non attingit ad felicitatem etiam naturalem
unde non sequitur quod alia auxilia quibus pervenitur ad felicitatem
etiam naturalem sint superflua. Ad quartum dicendum quod demones deficiunt ab ipso
bono cognitionis quod tamen consistit in quantum cognoscunt per defectu-
m esse summo bono ad quod naturalia bona ordinabantur. Ad quintum dicendum
quod glossa illa loquitur de particularibus que non pertinent ad perfectionem
intelligibilem ut dictum est. Ad sextum autem quod in contrarium obicitur dicendum quod
anima anima separata non perfecte comprehendit substantiam separatam et ideo
non oportet quod cognoscat omnia que in ipsa sunt perfectibiliter. Ad septimum
dicendum quod verum est quod virtutem licet quantum ad virtutem obiecti intelligi-
bilis quod est deus quod quantum est de se representat omnia intelligibilia
non tamen necesse est quod quicumque videt deum videat omnia que ipse
facit nisi comprehendat eum sicut ipse comprehendit se. Ad octavum dicendum
quod species que sunt in intellectu angeli sunt intelligibiles intellectui
eius cum sint forme non autem intellectui anime separate. Ad nonum
dicendum quod licet intellectus sit forma substantie intelligentis non tamen oportet quod anima
separata intelligens substantiam separatam intelligat intellectum eius quia
non comprehendit ipsam. Ad decimum dicendum quod licet anima separata aliquo
modo cognoscat substantias separatas non tamen oportet quod omnia alia perfecte
cognoscat quia ipsas substantias separatas perfecte cognoscit. Ad undecimum dicendum

quod anima separata reducit speciem superiorem in actum cum intelli-
gibilem naturalem non perfecte sed velut ut dictum est ad quintum. Ad quod licet
substantie separate sint quodammodo exemplaria omnium rerum naturalium
non tamen sequitur quod sit cognitiva cognoscat nisi quod perfecte complete
damus ipse substantie separate. Ad sextum dicendum quod anima separata cognoscit
per species influxas que tamen non sunt forme eiusdem ordinis sicut in
speciali sicut in superioribus sed inequali tamen ut dictum est. Ad decimum
dicendum quod res naturales sunt quodammodo in substantiis separatis in actu et
in anima sed in substantiis in actu in anima vero in potentia sed quod est
in potentia ad omnes formas naturales intelligendas. Ad undecimum dicendum quod anima
abrahe erat substantia separata tamen et anima divitis poterat
eam cognoscere sicut et alias substantias separatas etc.

Queritur nono utrum vires potentie sensitive remaneant
in anima separata. Et videtur quod sic quia potentie anime vel
essentialiter insunt ei vel sunt proprietates naturales eius sed neque
essentialia sunt separata a re dum ipsa res manet neque proprieta-
tes naturales eius ergo in anima separata manent potentie sensitive.
Sed dicebat quod manent in ea sicut in radice. Sed tamen esse in ali-
quo sicut in radice est esse in eo ut in principio quod est esse in
aliquo virtute non actu. Contraria autem rei et proprietates naturales
eius cum quod sunt in re actu et non virtute tamen ergo potentie
sensitive non manent in anima separata non solum ut in radice. Preterea
Augustinus dicit in libro de spiritu et anima: anima recedens a corpore trahit
secum sensum et imaginationem concupiscibilem et irascibilem que sunt
tamen potentie sensitive ergo potentie sensitive remanent in anima separa-
ta. Preterea non est integrum cui deficit aliqua partes eius sed potentie
sensitive sunt partes anime per igitur non essent in anima separata
non esset integra. Preterea sicut est homo per rationem et intellectum ita est ani-
mal per sensum nam rationale est differentia hominis constitutiva et sensibile
constitutiva animalis si ergo non idem sensus non erit idem animal. Si ergo po-
tentie sensitive non remanent in anima separata non erit idem animal
in hora resurrectionis quod non est verum quia in [illegible] credit non
potest resurgere idem numero. ergo homo resurgens non erit idem animal et per
consequens idem homo quod est contra id quod dicit Job xix quem visurus
sum ego ipse et non alius. Preterea Augustinus xii super Genesim ad litteram dicit
quod pene quas anime in inferno patiuntur sunt similes visis dor-
mientium id est sunt similitudines rerum naturalium. Sed [illegible] visa dor-

inventum sunt sive imaginatio que pertinet ad spiritualem ergo
potentie spirituales sunt in anima separata. Patet in magistro de quo gaudi-
um et incorruptibilis et ita incapabilis sed in animabus bonorum
separatis est gaudium et in animabus est dolor (est enim ita fletus
et stridor dentium) ergo corruptibilis et capabilis sunt in parte
spirituali ut dicit patet in libro de anima videtur ergo quod potentie spirituales
sunt in anima separata. Patet dupliciter et [illegible] non quod malum
demonis est furor irrationalis concupiscentia amentia fantasia et
proterva sed hec pertinet ad potentias spirituales ergo potentie spirituales
sunt in demonibus multo magis igitur in anima separata. Patet augustinus
de spiritu et anima: quod anima quedam sentit sine corpore scilicet
gaudium et tristitiam sed que conveniunt sine corpore anime est in anima
separata ergo sensus est in anima separata. Patet in libro de causis dicitur
quod in omni anima sunt res sensibiles sed res sensibiles percipiunt
que sunt in anima ergo anima separata sentit res sensibiles et ita
est in ea sensus. Patet etiam et quod dives narrat luce xvi dicitur
iuxte opulente non est parabola sed res gesta dicit autem ibi quod
dives in inferno positus non est dubium quod sit anima separata
vidit lazarum et audivit abraham sibi loquentem ergo anima
separata videt et audit et sic est in ea sensus. Patet eorum que
sunt idem secundum substantiam et secundum esse unum non potest esse sine altero
sed anima sensibilis et rationalis in homine sunt idem secundum substantiam et
secundum esse ergo non potest esse quin sensus remaneat in anima solum
separata. Patet quod recedit in intellectu non remanet idem nunc sed pote-
ntie spirituales non remanent in anima separata contra quod recedunt in
intellectu ergo sensibiles et sole non erunt eadem nec tota homo
non erit idem iterum quod est inconveniens. Patet premium et pena re-
spondent merito et demerito sed meritum et demeritum
hominis consistit ut plurimum in actibus spiritualium potentiarum sicut vel
passiones precipue vel etiam rationalium ergo iuxta hoc indi-
get quod actus spiritualium potentiarum sunt in animabus separatis que
premiantur vel puniuntur. Patet potentia intellectus aliud est quam prin-
cipium actionis vel passionis anime aut est principium operationis
[illegible] spiritualium ergo potentie sunt in anima sicut in subiecto et ita non
potest esse quin remaneat in anima separata nam accidentia
[illegible] non corrumpuntur nisi corrupto subiecto
Patet memoria est in parte spirituali secundum philosophum sed memoria

est in anima separata quod patet per id quod dicit dives epulo ad a-
braham recordare quod recepisti bona in vita tua ergo potencie
sensitive sunt in anima separata. Preterea virtutes et vicia remanent
in animabus separatis sed virtutes et vicia sunt in parte sensitiva dicit
enim philosophus in 3o ethicorum quod temperancia et fortitudo sunt irraciona-
bilium parcium ergo potencie sensitive manent in anima separata. Preterea
demonibus qui respectu illi leguntur legitur in pluribus histo-
riis sanctorum quod quedam ymaginabilia se induisse representaverunt
puta domos campos flumina et huiusmodi ergo anime separate
ymaginacione utuntur que est in parte sensitiva. Preterea philosophus dicit
in 1o de anima quod si senex acciperet oculum iuvenis videret
utique sicut iuvenis ex quo videtur quod debilitatis organis
non debilitantur potencie sensitive ergo nec destructis destruuntur
et sic videtur quod potencie sensitive remaneant in anima separata.
Sed contra est quod philosophus dicit in 2o de anima de intellectu loquens
quod hoc solum separatur sicut perpetuum ab corruptibili ergo potencie sen-
sitive non remanent in anima separata. Preterea philosophus dicit in xvi de
animalibus quorum principiorum non est sine corpore operacio non sunt sine
corpore sed operaciones potenciarum sensitivarum non sunt sine corpore exer-
centur enim per organa corporalia ergo potencie sensitive non sunt sine
corpore. Preterea damascenus dicit quod nulla res destituitur propria operacione si ergo
potencie sensitive remanerent in anima separata haberent proprias
operaciones quod est impossibile. Preterea frustra est potencia que non redu-
citur ad actum nichil autem est frustra in operibus dei ergo po-
tencie sensitive non remanent in anima separata in qua non possunt
reduci in actum. Respondeo dicendum quod potencie anime non sunt de essencia
anime sed proprietates naturales que fluunt ab anime essencia ut supra
dictum questionibus. Accidencia autem dupliciter corrumpitur
uno modo a contrario sicut frigidum corrumpitur calidum aliquando per
corrupcionem sui subiecti non enim accidens remanet post corrupto sub-
iecto quecunque igitur accidencia seu forme contrarium non habent
non destruuntur nisi per destruccionem subiecti. Manifestum autem quod
potenciis anime nichil est contrarium et ideo si corrumpuntur non
corrumpuntur nisi per corrupcionem sui subiecti. Restat investigandum utrum
dicte potencie corrumpantur corrupto corpore vel remaneant
in anima separata. Principium investigacionis est accipere ut di-
cebamus quod sit potenciarum subiectum. Manifestum est
autem quod subiectum potencie est id quod secundum potenciam dicitur

potens nec omnis actus sed solum secundum denotat idem autem est quod est
potens agere vel pati et quod est agens vel patiens unde sequitur ut id
sit solum potentie quod est solum activus vel passivus nunc potentia
est principium et hoc est quod dicit Philosophus in libro de sompno
et vigilia quod cuius est potentia eius est actus vel actio circa
operacionem autem secundum quod dicta sunt optime patet eius propter quod
anima intellectiva per se habet propriam operacionem propter quod anima intellec-
tiva est movens se ipsam et quod non movet corpus nisi prout est a
se mota sciendum igitur in proposito est duplex operacio una qua
anima movet se ipsam alia qua movet corpus unde Plato
diffinivit quod se ipsam est mota anime principia et propter quandam
huius opinionis peripatetici distinguunt duciter duplices
operaciones partis intellective quasdam scilicet interiores quibus anima
sentit seu ad se ipsam movet quasdam exteriores sive quod
movet corpus dicit ergo quod sicut etiam duplices potentie
intellective quedam sunt que sunt in ipsa anima principium actuum
interiorum et ille manent in anima separata corpore destructo tamquam
principia actuum quedam vero sunt principia exteriorum actuum que
sunt in anima simul et corpore et pereunte corpore pereunt sed hec
positio stare non potest manifestum est enim quod unumquodque sic operatur
sicut quod est eius et ipse habet esse per se operatur sicut individua
substancie forme autem que non habent per se esse sed dicuntur entia in
quantum eis aliquid est non habent per se operacionem sed dicuntur entia in
eis aliquid est non habent per se operaciones sed dicuntur operari inquantum
substantia per eas operantur sicut enim calor non est id quod est calidum
sed id quo est aliquid calidum ita non calefacit sed est id quo
calidum calefacit si igitur anima intellectiva habet per se operacionem sepa-
ratur quod habet per se subsistenciam et per hoc non corrumpitur corpore cor-
rupto unde et brutorum anime essent immortales quod est im-
possibile et hic Plato hoc dicit manifestum est ergo quod nulla operacio
partis intellective est esse anime huius ut operantis sed est compositi per
animam sicut calefaciendo est calidi per calorem compositum autem est
videns et audiens et omnia sentiens sed per animam unde et id
compositum est potens videre audire et sentire sed per animam etiam
manifestum est igitur quod potentie partis intellective sunt in composito
sicut in subiecto sed sunt ab anima sicut a principio destructo

igitur corpore destructo potencie sensitive sed remanent in anima
sicut in principio et hoc est quod alia dicit opinio quod potencie
sensitive remanent in anima separata solum sicut in radice. Ad
primum ergo dicendum quod potencie sensitive dicuntur non sunt de essencia anime
sed sunt proprietates naturales compositi compositi quidem ut subiecto anime
vero ut principii. Ad secundum dicendum quod huiusmodi potencie dicuntur
in anima separata remanere ut in radice non quia sunt actu in ipsa
sed quia anima separata est talis virtutis ut si uniatur corpori iterum
possit causare has potencias in corpore sicut et vitam. Ad tercium dicendum
quod illam auctoritatem non oportet nos recipere cum liber iste falsum habeat
auctorem in titulo non enim est Augustini sed cuiusdam alterius. posset tamen
illa exponi ut dicatur quod anima trahit secum huiusmodi potencias
non actu sed virtute. Ad quartum dicendum quod potencie anime non sunt partes
essenciales vel integrales sed potenciales ita tamen quod quedam earum
sunt anime sine corpore quedam vero compositi. Ad quintum dicendum quod sensus dicitur
dupliciter. Uno modo ipsa anima sensitiva que est huiusmodi potenciarum
principium et sic per sensum animal est animal sicut per propriam formam. Hoc enim
modo anima sensibile primum sicut et racionale constitutiva animalis et
hominis. Alio modo sensus ipsa potencia sensitiva que cum sit proprietas naturalis
ut dictum est non est constitutiva speciei sed consequens speciem. Hoc igitur
sensus non remanet in anima sed sensus primo dictus. Unde in homine
eadem essencia est anime sensibilis et racionalis unde nichil prohi-
bet homines resurgentes esse idem animal numero. Ad sextum dicendum quod sicut aliquid
idem numero sufficit quod principia essencialia sint eadem numero non autem
requiritur quod proprietates et accidencia sint eadem numero. Ad septimum dicendum quod
hoc Augustinus videtur retractasse in libro retractacionum. Dicit enim
enim in primo super eo quod dixit quod pene inferni sunt similes imagi-
nariis visionibus et quod locus inferni non est corporeus sed imagi-
narius unde videtur racionem reddere quare infernus dicitur esse sub ter-
ra (?) quare inferni dicuntur esse sub terra. Et hoc ipsemet re-
prehendit de inferis dicens magis videor in Deo debuisse docere
quod sub terris sint quam racionem reddere quod sub terris esse credantur
sive dicantur quasi non ita sit. Hoc autem retractato quod de loco
inferni dixerat videtur etiam alia retractare que ad hoc pertinent.
Ad octavum dicendum quod in anima separata non est gaudium neque ira secundum
quod sunt actus irascibilis et concupiscibilis in sensitiva parte sed secundum
quod hiis designatur motus voluntatis qui est in ipsa sensitiva (?) intellectiva

Ad xv[m] dicendum quod quia malum demonis est secundum Dionysium liber [?] sunt fan-
tasias proteruam et quia est principium irascendi concupiscentiam amentem
et irrationalem furorem propter hoc dicunt malum demonis consistit
esse secundum quam male desiderat non ut intelligatur in demonibus esse
fantasia aut irascibilis aut concupiscibilis que sunt in parte
sensitiva sed aliqua hiis proportionata sunt quod competit vite intellective
Ad ix[m] dicendum quod per illa verba Augustini non intelligitur quod anima aliqua sen-
tiat absque instrumentis corporalibus sensibilia ut potest metum et tristiciam
aliqua vero per propria corpora ut potest calidum et frigidum Ad x[m]
dicendum quod omne quod est in aliquo est in eo per modum recipientis unde res
sensibiles sunt in anima separata non per modum sensibilium sed per modum intelli-
gibilium Ad xi[m] dicendum quod nichil prohibet in narracionibus rerum gestarum
aliqua inveniri dicta figurative quod dicitur in evangelio de lazaro et divite
sunt rerum gesta non tamen invenire dicitur quod lazarus vidit et audivit
sic invenire dicitur quod linguam habuit Ad xii[m] dicendum quod substancia anime sen-
sibilis in homine manet post mortem non tamen manent potencie
sensitive Ad xiii[m] dicendum quod sic sensus prout nominat potenciam non est
forma totius corporis sed anima sensitiva sensus aut est perfectio
corporis ita eciam potencia visiva non est actus oculi sic
eciam anima sensitiva est actus totius corporis potencia aut visiva
est perfectio corporis unde non oportet quod aliqua sint actus corporis
sed alia potencia sensitiva Ad xiiii[m] dicendum quod premium non respondet
merito sic premiando sed sic ei per quod aliquid premiatur unde non
oportet quod omnes actus remunerentur in remuneracione quibus aliquis
meruit sed sufficit quod sunt in divina recordacione alias oporteret
meritum status anime quod est absurdum Ad xv[m] dicendum quod principium sen-
tiendi non est sic sentiens sed sic id quo sentiens sentit unde po-
tencie non sunt in anima sicut in subiecto sed sunt ab anima sicut a principio
Ad xvi dicendum quod anima separata recordatur per memoriam non que
est in parte sensitiva sed que est in parte intellectiva sicut Augustinus ponit
eam partem imaginativam Ad xvii[m] dicendum quod virtutes et vicia que
sunt in moralibus primo non manent in anima separata nisi in suis
principiis cum eius virtutum semina sint in voluntate et racione
Ad xviii[m] dicendum quod principium sentiendi non est quod sentiat eo quod sepa-
ratus sit anima separata a corpore non enim eodem modo se habet [?]
sentiendi non est in corpore [?] igitur que apprehendit anima

separata secundum modum proprium sibi absque fantasmatibus manet
cognoscendo in ea propter quod ad proprium statum redit corpori unita cogno-
scit secundum modum hunc et convenientem sed non convertendo se ad fantasma-
ta et ideo que intelligibiliter videt imaginabiliter narrat ad
primum secundo quia intellectus indiget auxilio sensuum secundum statum istum
cognoscendi sunt sicut accipit a fantasmatibus non autem secundum per-
fectiorem cognoscendi modum quem recipit anime separate sicut
lac indiget lacte in pueritia non tamen in perfecta etate tertio
secundo quia potentie sensitive non debilitantur secundum se debilitatis or-
ganis sed solum patiuntur vim et patiuntur corrumpuntur corruptis organis
Iterum queritur utrum anima separata singularia cognoscat
et videtur quod non quia de potentiis anime in anima separata
remanet solum intellectus sed intellectus obiectum est universale et non sin-
gulare ergo etc. et universaliter sensus autem singulare ut dicitur in primo
de anima ergo anima separata non cognoscit singularia sed tantum universalia
probatur si anima separata cognosceret aut hoc esset per species prius acqui-
sitas vel formas quas per sensus acquirit dicendum quod in corpore
quedam sunt interiores individuales que sunt in potentiis sen-
sitive et sicut remanere non possunt in anima separata cum huiusmodi
potentie non maneant in ea ut ostensum est quedam autem intel-
lectuales sunt universales que sunt in intellectu unde hee sole manere
possunt sed per intellectuales universales non possunt cognoscere singularia ergo anima
separata non potest cognoscere singularia per species quas accepit in
corpore similiter etiam nec per species influxas quia huiusmodi species equa-
liter se habent ad omnia singularia ergo sequitur quod anima separata
omnia singularia cognosceret quod non videtur esse verum preterea cogni-
tio anime separate impeditur per locum distantiam et etiam Augustinus
in libro de cura pro mortuis agenda quod anime mortuorum ibi
sunt ubi ea que hic fiunt omnino scire non possunt cognitionem
autem que fit per species influxas non impedit loci distantia
ergo anima non cognoscit singularia per species influxas preterea species
influxe equaliter se habent ad presentia et futura si igitur anima
separata cognosceret singularia per species influxas videtur quod non
solum cognosceret presentia vel preterita sed etiam futura quod etiam non
est cum cognoscere futura solius dei sit proprium unde dicitur Ysaie
xli° annunciate que futura sunt nobis et dicam quod dii estis
vos preterea singularia sunt infinita species influxe non sunt infinite

non ergo anima separata per species influxas potest cognoscere singula-
ria. Probatur: id quod est indistinctum non potest esse principium
distincte cognoscendi cognitionem aut singularium, sed distincta
forme influxe sunt indistincte ut pote universales existentes.
videtur ergo quod per species influxas anima separata singularia non
cognoscat seu non possit cognoscere. Probatur: omne quod recipitur
in aliquo recipitur in eo per modum recipientis, sed anima
separata est immaterialis, ergo formas influxas recipit immateria-
liter, sed quod est immateriale non potest esse principium cognitionis
singularium que sunt individuata per materiam, ergo anima separata
per formas influxas non potest cognoscere singularia. Sed dice-
bat quod per formas possunt cognosci singularia que sunt similitu-
dines rerum idealium quibus deus omnia videt et singula-
ria cognoscit. Sed cum deus per rationes ideales cognoscit singula-
ria inquantum sunt factrices materie que est principium individua-
tionis, sed forme influxe anime separate materie non sunt factrices
quia non sunt creatrices, hoc enim solius dei est, ergo anima
separata per formas influxas non potest cognoscere singularia.
similitudo enim creature ad deum non potest esse per univocationem sed
solum per analogiam, sed cognitio que fit per analogiam est imper-
fectissima sicut per alias cognoscitur, patet enim inquantum convenit
cum illo in virtute. Si igitur separata cognoscit singularia per species
influxas inquantum sunt similes rationibus idealibus videtur quod im-
perfectissime singularia cognoscat. Hoc dictum est impertinentibus quod
anima separata non cognoscit singularia per formas influxas nisi
in quadam confusione et velut hoc autem non est cognoscere singula-
ria, ergo anima separata non cognoscit singularia per formas vel
species influxas. Probatur: species ille influxe per quas anima separata
ponitur singularia cognoscere non causantur a deo immediate quia
sicut dicit Dionysius lex divinitatis est infima per media reducere, nec ita
causantur per angelos quia angeli huiusmodi species creare non possunt,
nec creando cum nullius rei creator, nec transmutando quia oportet
esse aliquod medium corporale, ergo videtur quod anima separata non
habeat species influxas per quas singularia cognoscat. Probatur: si
anima separata cognoscit singularia per species influxas hoc non
potest esse nisi dupliciter, vel applicando species ad singularia vel
convertendo se ad ipsas species. Si applicando ad singularia
constat quod huiusmodi applicatio non potest accipiendo aliquid

a singularibus cum non habeant potentias sensitivas que nate
sunt a singularibus accipere relinquitur quod si habet applicatio-
nem sit ponendo ad rerum singularia et sic non cognoscat ipsa
singularia si autem per species creatas cognoscit singularia con-
tinendo sicut ad ipsas sequitur quod non cognoscat singularia nisi
inquantum sunt in ipsis speciebus sed in predictis speciebus non sunt
singularia nisi universaliter ergo anima separata non cognoscit sin-
gularia nisi universaliter. Preterea nullius finiti virtus super infinita est sed
singularia sunt infinita cum igitur virtus anime separate sit fi-
nita videtur quod anima separata non cognoscat singularia. Preterea
anima separata non potest aliquid cognoscere nisi per species intelligibi-
i les sed angeli ut dicitur super eorum videlicet qui per species intelligibiles non
cognoscuntur nec corpora nec plenitudines cum igitur singularia
sint corpora videtur quod ab anima separata cognosci non possunt.
Preterea ubi est eadem ratio et idem modus comprehendi sed anima sep-
arata et eandem rationem [illegible] anima coniuncta corpori sed coniuncta cor-
pori non potest cognoscere singularia per intellectum videtur quod nec
separata. Preterea potentie distinguuntur per obiecta sed quanto
aliquid magis quod obiecta magis sunt distincta quam potentie
sed sensus magis sunt intellectus ergo singulare quod est sensibile magis
sunt intelligibile. Preterea potentia cognitiva superioris ordinis
magis multiplicatur respectu eorundem cognoscibilium quam
potentia inferioris ordinis sensus enim qui est cognoscitivus
eorum que per quinque sensus exteriores apprehenduntur et plus an-
gelus una potentia cognoscitiva scilicet intellectu cognoscit universali-
a et singularia que tamen sensus et intellectum apprehendunt
sed magis potentia inferioris ordinis potest apprehendere id quod
est alterius potentie que ab ea distinguitur sicut virtus magis
potest apprehendere obiectum auditus ergo intellectus hominis magis
potest apprehendere singulare quod est obiectum sensus. Sed contra intellectus
angeli cognoscit [illegible] et in libro de causis dicitur quod in-
telligentia cognoscit res inquantum est causa eius vel inquantum
regit eas sed anima separata neque causat singulare neque
regit ea ergo non cognoscit ea. Sed contra secundum philosophum non
est nisi intellectus sed anima etiam coniuncta corpori [illegible]
cum [illegible] et singulare et [illegible] ut [illegible] dicit
[illegible] quod non [illegible] nisi cognoscat singulare et corpo-
[illegible] ad [illegible] ergo etiam anima separata [illegible]
cognoscit singularia. Preterea anima est inferior [illegible]

omnibus angelis, sed angeli inferioris ierarchie recipiunt illu-
minationes singularium effectuum et ita adhuc distinguuntur
ab angelis medie ierarchie qui recipiunt illuminationes secundum
rationes universales effectuum et ab angelis supreme qui recipi-
unt illuminationes secundum rationes universales existentes in causa, cum igitur
tanto sit magis particularis cognitio quanto substantia cognoscens
est inferioris ordinis, videtur quod anima separata intellectiva
singularia cognoscit, patet consequentia quia sicut virtus inferior sic superior
sed sensus sic cognoscit singulare qui est inferior intellectu
ergo et anima separata secundum intellectum sic singularia cognoscere.
Responsio dicendum quod necessarium est dicere quod anima separata quedam singula-
ria cognoscat, non tamen omnia cognoscit, aut singularia quedam
quorum prius cognitionem accepit dum esset corpori unita, aliter
enim non recordaretur eorum que gessit in vita et sic periret
ab anima separata conscientie vermis; cognoscit etiam quedam
singularia quorum cognitionem accepit post separationem a corpore,
aliter enim non affligeretur ab igne inferni et ab aliis corporali-
bus penis que in inferno esse dicuntur. Sed aut non omnia
singularia cognoscat anima separata secundum naturalem cognitionem ex
hoc manifestum est quia anime mortuorum nesciunt que hic a-
guntur ut Augustinus dicit libro de cura agenda hic, que secundum duas differen-
tias unam communem et aliam propriam. Communis quidem differen-
tia est eo quod intellectus non videtur esse cognoscitivus sin-
gularium sed universalium tamen cum deo et angelis et anime separate
non competit aliqua cognoscitiva potentia nisi solus intellectus
difficile videtur quod eis singularium cognitio assit. Tamen quidam
in hoc erraverunt ut deo et angelis cognitionem singularium
subtraherent quod est omnino impossibile, nam hoc posito et providen-
tia divina excluderetur a rebus et iudicium dei de humanis
actibus tolleretur, auferretur etiam ministeria angelorum quos de salu-
te hominum sollicitos esse credimus secundum illud apostoli Omnes sunt
administratorii spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem
capiunt salutis. Et ideo alii dixerunt deum quidem et ange-
los necnon et animas separatas singularia cognoscere per co-
gnitionem causarum universalium totius ordinis universi, nichil enim est
in rebus singularibus quod ex illis causis universalibus non derivetur,
et ponunt exemplum sicut si aliquis cognosceret totum ordinem
celi et stellarum et mensuras motuum eorum sciret per intellectum

omnes futuras eclipses et quante et quibus locis et tem-
poribus future erunt sed hoc non sufficit ad necessariam cognitionem sin-
gularium manifestum est enim quod quicumque cognoscit ordinationem
solis excepto in diversis aut singulare perfecte est enim omnia hec
adiunctiva simul conveniunt ubi qui cognoscit omnes causas
in universali ipsum non sicut hoc cognosceret aliquem singularem
effectum nec ille qui cognoscit totum ordinem celi cogno-
scit hanc eclipsim futuram esse in isto situ solis et lune et
in tali hora et quecumque contingit in eclipsibus observantur cum sit
talem eclipsim perfecte est plures eveniunt et ideo alii ut Avicenna
singularium angelis et animabus separatis cognitionem ascribere
dixerunt quod horum cognitionem a singularibus accipiunt sed hoc
est omnino inconveniens non enim maxima sit distantia inter
esse intelligibile et esse materiale sensibile non statim for-
ma rei materialis ab intellectu accipitur sed per multa media ad
eum deducitur puta forma alicuius sensibilis prius sit in me-
dio ubi est spiritualior quam in re sensibili et postmodo in or-
gano sensus et exinde derivatur ad fantasiam et alias inferi-
ores vires et ulterius tamen perducitur ad intellectum hec autem
media non sunt esse perfecte ut competat angelis et anime
separate et ideo est aliter dicendum quod forme rerum per quas angeli
cognoscunt duplicem sunt habent ad res quasdam enim sunt factive
rerum quedam que sunt a rebus accepte et ille quidem
que sunt rerum factive in his dicuntur in cognitione rei
in quantum cuius factive existerent sicut artifex qui ar-
tificiato tradit formam vel dispositionem materie per formam artis
cognoscit artificiatum quantum ad id quod in eo causat et
quia nulla ars humana facit materiam sed accipit eam iam preexisten-
tem que est individuationis principium ideo artifex per
formam artis puta edificator cognoscit domum in universali non
autem hanc domum ut est hec nisi in quantum sensus notitiam
accipit per speciem domus aut per intellectum suum non producit so-
lum formam quia sunt res vel sed etiam materiam que est individu-
ationis principium unde per formam artis cognoscit universalia et
singularia sic enim ad omnia a arte effluunt res materiales ut
subsistant in propriis naturis ita ab eadem arte effluunt
in substantias intelligibiles separatas similitudines rerum in illis

quibus res cognoscunt secundum quod producuntur actu et ideo
substantie separate cognoscunt non solum universalia sed etiam singularia
in quantum species intelligibiles in eas a divina arte emanantes
sunt similitudines rerum et secundum formam et secundum materiam nec est inconve-
niens formam que est similitudo rei quamvis sit immaterialis esse simili-
tudinem rei quantum ad formam et materiam quia semper in altiori aliquo est
aliquid uniformius quam sit in inferiori natura verbi gratia licet in natura sensibili
sit aliqua forma et materia tamen id quod est altius et causa utriusque
unum existens se habet ad utramque propter quod superiores substantie causa-
liter materialia cognoscunt et uniformiter. Sed ipsa ut dicit Dionysius
in .7. c. de di. no. formae autem intelligibiles a rebus accepte
per quandam abstractionem a rebus accipiuntur unde non ducunt in cognitio-
nem rei quantum ad id a quo fit abstractio sed quantum ad id quod ab-
strahitur tantum. Et sic cum forme recepte in intellectu nostro a rebus
sint abstracte a materia et ab omnibus conditionibus materie non ducunt
in cognitionem singularium sed universalium tantum. Hec igitur est causa quare substantie
separate sunt per intellectum cognoscentia singularia cum tamen intellectus noster
cognoscat universalia tantum. Sed ista cognitio singularium aliter se habet in
intellectu angeli aliter anime separate. Diximus enim in superioribus
quod efficacia virtutis intellective que est in angelis est proportio-
nata universalitati formarum intelligibilium in eis existentium et ideo
per huiusmodi formas universales cognoscunt omnia ad que se extendunt
unde sicut cognoscunt omnes species rerum naturalium sub generibus
suis existentes ita cognoscunt omnia singularia rerum naturalium que
sub speciebus continentur. Efficacia autem virtutis intellective anime sepa-
rate non est proportionata universalitati formarum influxarum sed magis
est proportionata formis a rebus acceptis propter quod naturale est anime
uniri corpori ut supra dictum est. Et quia anima separata non cognoscit
omnia naturalia etiam secundum species determinate et complete sed in quadam
universalitate et confusione unde nec species influxe sufficiunt eis ad
cognitionem singularium et sic possent cognoscere omnia singularia
sicut et angeli cognoscunt sed tamen huiusmodi species influxe deter-
minantur in ipsa anima ad cognitionem aliquorum singularium ad
que anima habet aliquem ordinem specialem vel inclinationem sicut
ad ea que patitur vel ad ea ad que afficitur vel quorum ali-
que impressiones vel vestigia in ea remanent. Omne enim
receptum determinatur in recipiente per modum recipientis. Et propter
hoc anima separata cognoscit non omnia sed quedam singularia

Ad 3m quod est quod intellectus ut cognoscit nunc species a rebus
abstractas que abstracta anima et a bonum corporibus conditionibus nunc sed
et ideo non potest cognoscere singularia quorum principium est materia
sed aliud tunc sed intellectus anime separate habet formas influxas per
quas formas potest singularia cognoscere ratione iam dicta Ad 2m
est quod anima non cognoscit singularia per species prius acquisitas dum
erat corpori uncta sed per species influxas non tamen sequitur quod cogno
scat omnia singularia ut dictum est Ad 3m est quod anime separate
non impeditur a cognoscendo ea que sunt hic per locorum distantiam
sed quia non est in eis tanta efficacia intellectiue virtutis ut per species
influxas omnia singularia cognoscere possint Ad 4m est quod nec
etiam angeli anima secundum communem cognoscunt per species eis in
fluxas singularia cognoscunt nisi quando pertinent per eis ipsum secundum
que nec pertinent per ipsum nisi quando secundum sunt ab eis non cognoscuntur
Et sic potius magis in sunt futura in prius causis Ad 5m est quod ange
li qui cognoscunt omnia singularia naturalia non habent lex species in
telligibiles que sunt singularia ab eis cognita sed per unam speciem
cognoscunt multa ut in superioribus ostensum est anime vero separa
te cognoscunt omnia singularia vero quando ad ea non concludit
Ad 6m est quod species influxa quamvis sit immaterialis est tamen plenitudo
rei et quando ad materiam ut ostensum est Ad 7m est quod quamvis spe
cies intelligibiles non sint causatiue rerum sed sunt tamen plures formis
causantibus non quod in virtute creandi sed in virtute representandi
res creatas aliquis enim artifex potest artem tradere aliquid
faciendi tamen tunc non adest virtus ut perficiat illud Ad 8m est quod
forme influxe non sunt formis ydealibus in mente consistentibus
tamen dimittitur in sui proportionalitate ideo separatas non habere ydeales
cognoscere sunt non tamen sequitur quod per eas impresse cognoscunt
res quarum sunt formas ydeales sicut eius res intellectas
sicut formis influxis sed econtrario per species influxas per se
considerandi sunt Ad 9m est quod forme influxe determinantur ad
cognitionem quorundam singularium et anima separata ex ipsius di
spositione anime ut dictum est Ad 10m est quod species influxe tamen
sunt in anima separata mediantibus angelis nec obstat quod
quedam anime separate sint superiores quibusdam angelis non
enim nunc loquimur de cognitione glorie secundum quam anima potest esse
angelis equalis vel etiam superior sed loquimur de cognitione
naturali a qua deficit anima ab angelis comparatur et cetera

forme in anima separata per angelum vel per modum creationis
sed sicut id quod est actu reducit aliquid sui generis de potentia ad
actum et cum huiusmodi actio non sit actualis non est quin sit me
dium differens spirituale sicut id quod creatur ordo necesse quod in cor
poralibus ordo spiritus. Ad xi dicendum quod anima separata per species influxas
cognoscit singularia inquantum sunt similitudines singularium per modum
iam dictum applicatio aut et corpus de quibus in ... sit
materia magis huiusmodi cognitionem determinat quam eam causat
Ad xii dicendum quod singularia non sunt infinita actu sed in potentia nec
intellectus angeli aut anime separate prohibetur cognoscere infinita
singularia unum post unum cum etiam sicut hoc possit et in
tellectus noster cognoscat infinitas species numerorum sicut enim in
finitum non est in cognitione nisi successive et sicut actu quan
tum potentie sic etiam ponitur infinitum esse in intellectibus naturalibus. Ad xiii
dicendum quod angelus non intelligit quod corpora et similitudines corporum non cogno
scantur intellectu sed quod intellectus non movetur ipsa ipsorum corporibus
sicut sensus nec a similitudinibus corporum sicut ymaginatio sed ab in
telligibili virtute. Ad xiiii dicendum quod in anima separata per species influ
xas cognoscat licet anima separata sit eiusdem speciei cum anima
unita corpori tamen postquam separata est a corpore habet aspectum liberum ad spiritus
superiores ut possit per eas recipere influxionem intelligibilium specierum
per quas singularia cognoscat quod non potest dum est unita cor
pori ut in superioribus ostensum est. Ad xv dicendum quod singulare inquantum
est sensibile scilicet sub corporali materia non est intelligibile
sed sicut quod forma in ... ea ... sit ut ostensum est.
Ad xvi dicendum quod anima separata per modum intellectum recipit species intel
ligibiles per modum superioris substantie in qua una virtute cognoscitur
quod hic diversis virtutibus scilicet sensu et intellectu cognoscit et ideo
anima separata utraque cognoscit. Ad xvii dicendum quod anima separata
non regit res nec causat eas sed tamen causas per eas regentia
et causata non ... causantis et regentis cognoscit quod regit et cau
sat nisi inquantum eius similitudinem habet ... non quia ...
... ... etiam ... ... ad quorum
... dicendum quod anima coniuncta corpori per intellectum cognoscit singula
re non quidem directe sed per quandam reflexionem inquantum scilicet ex
hoc quod apprehendit suum intelligibile revertitur ad considerandum suum
actum et speciem intelligibilem que est principium sue operationis ut eius
speciei originem sicut venit in considerationem fantasmatum et sin

gloriam quedam sunt fantasmata sed hec reflexio com-
pleri non potest nisi per adminiculum virtutis cognoscitive et yma-
ginative que non sunt in anima separata unde per medium
istorum singularia anima non cognoscit. Ad secundum dicendum
quod angeli inferioris ordinis per se illuminantur de rationibus
singularium efficacius non propter species singulares sed rationes
universales ex quibus cognosci possunt singularia per efficaciam
virtutis intellectiue in quo excedunt animam separatam
et licet rationes ab eis percepte sint universales simplici-
ter tamen dicuntur particulares per comparationem ad rationes universales
quas angeli superiores percipiunt. Ad tertium dicendum quod id quod
potest virtus inferior potest et superior non tamen eodem
modo sed excellentiori modo nam easdem res quas sensus
percipit materialiter et singulariter intellectus immaterialiter et universaliter cognoscit

Decimo septimo queritur utrum anima separata possit pati
penam ab igne corporeo et videtur quod non nichil patitur
nisi secundum quod est in potentia sed anima separata non est in pote-
ntia nisi secundum intellectum quia potentie sensitive in ea non manent
ut ostensum est ergo anima separata non potest pati ab igne corporeo
penam. Preterea agens et patiens communicant in materia ut dicitur in primo de genera-
tione anima autem cum sit immaterialis non communicat in materia cum igne
corporeo ergo anima separata non potest pati ab igne corporeo. Preterea quod
non tangit non agit sed ignis corporeus non potest tangere animam
neque secundum ultima quantitatis cum anima sit incorporea neque secundum
tactum virtutis cum virtutes corporis non possint imprimere in
substantiam incorpoream sed magis e contrario ergo nullomodo anima
separata potest pati ab igne corporeo. Preterea dupliciter aliquid dicitur
pati vel sicut subiectum ut lignum patitur ab igne vel si-
cut contrarium ut calidum a frigido sed anima non potest
pati ab igne corporeo sicut subiectum passionis quia
oporteret quod forma ignis fieret in anima vel seque-
retur quod si anima calefieret ignireretur quod est impossi-
bile similiter non potest dici quod anima patitur ab
igne corporeo sicut contrarium a contrario tum quia
anime nichil est contrarium tum quia sequeretur
quod anima ab igne corporeo pateretur. Preterea inter
agens et patiens oportet esse aliquam proportionem
sed inter animam et ignem corporeum non videtur

esse aliqua proprio cum sint diversorum generum ergo
anima non potest pati ab igne corporeo probatur omne
quod patitur movetur anima non movetur cum non sit
corpus ergo anima non patitur vel non potest pati praeterea
anima est dignior quam corpus quinte essentie sed
corpori quinte essentie pati est impossibile ergo multo
magis anime praeterea augustinus dicit xii super genesim ad litteram quod agens
nobilius est patiente sed ignis corporeus non est no
bilior tamen anima ergo ignis non potest agere in animam sed
dicebat quod ignis non agebat virtute sua et naturali
sed inquantum est instrumentum divine iustitie sed con
sapientis artificis est uti convenientibus instrumentis
ad finem suum sed ignis corporeus non videtur esse co
veniens instrumentum ad puniendum animam cum hoc
non conveniat ei ratione sue forme per quam instrume
tum adaptatur ad effectum ut dolabra ad dolandum
et serra ad serrandum ergo multo magis deus qui est sa
pientissimus utitur igne corporeo ad puniendum animam
praeterea deus cum sit auctor nature nihil contra naturam
facit ut dicit quedam glosa in romanos xi sed contra na
turam est ut corporeum in incorporeum agat ergo hoc
deus non facit probatur deus non potest facere quod contra
dictoria sint simul vera hoc autem sequeretur si subs
traheretur alicui quod est de essentia eius puta si
homo non esset rationalis sequeretur quod homo simul
esset homo et non homo ergo deus non potest facere
quod aliqua res careat eo quod est ei essentiale sed
esse impassibile est essentiale anime convenit enim
ei inquantum immaterialis ergo deus non potest facere
quod anima patiatur ab igne corporeo probatur unaqueque
res habet potentiam agendi que sibi non competit sed
magis alteri rei nisi ipsa natura limitatur in aliam
naturam sicut aqua non calefacit nisi fuerit ab igne
transmutata sed habere potentiam agendi in res spi
rituales non competit nature ignis corporei ut o
stensum est si igitur aliquo hoc habet ut instrume

tum diuine iusticie quod in animam separatam agere
possit videtur quod iam non sit ignis corporeus sed al-
terius nature probatur id quod per virtute diuina habet
propriam et veram rationem rei in natura existe-
tis Cum enim virtute diuina oculus illuminatur reci-
pit visum secundum propriam et veram rationem
naturalem visus Si igitur anima virtute diuina
patiatur ab igne prout est instrumentum diuine iusti-
cie sequetur quod anima non poterit pati secundum
propriam naturam passionis pati autem dicitur du-
pliciter Vno modo secundum quod pati dicitur recipere tantum
sicut intellectus patitur ab intelligibili Alio modo prout
quod abicitur aliquid a substantia patientis sicut cum li-
gnum abicitur ab igne Si igitur anima separata patiatur
ab igne corporeo diuina virtute prout ratio passionis
consistit in receptione tantum receptio sit incorpora-
le secundum modum cuius sequitur quod anima separata re-
cipiet ab igne corporeo immaterialiter et incorporaliter
secundum modum suum et talis receptio non anime puni-
tiua sed magis perfectiua ergo hec non erit ad pe-
nam anime similiter etiam non potest pati anima
ab igne corporeo prout passio abicit a substantia quia
sic substantia anime corrumperetur ergo non potest esse
quod anima patiatur ab igne corporeo et prout est
instrumentum diuine iusticie probatur nullum instrumentum
agit instrumentaliter exercendo operationem propriam
sicut serra agit instrumentaliter ad perfectionem arche
secando sed ignis non potest agere in animam acti-
one propria et naturali non enim potest calefacere animam
ergo non potest agere in animam ut instrumentum di-
uine iusticie Sed dicebat quod ignis habet actione
propria agit in animam inquantum scilicet detinet eam
ut sibi alligatam Sed contra si anima alligatur
igni et ab eo detinetur apparet quod ei aliquo mo-

Donatur non autem ei vinctus ut mortis quia sic
magis pateretur ignis ab anima quam e corpore non
est autem alius modus quo substantia incorporea
corpori iuncta possit ergo anima separata non potest alli-
gari ab igne corporeo probatur id quod est alligatum
alteri non potest ab eo separari sed spiritus damp-
nati separantur aliquando ab igne corporeo infernali nam
demones dicuntur esse in aere caliginoso anime etiam
dampnatorum interdum aliquibus apparuerunt non
ergo patitur anima ab igne corporeo ut ei alligata probatur
quod alligatur alteri si deprecatur ab eo impeditur se-
cundum ipsum a propria operatione sed propria operatio anime est intel-
ligere aqua impediri non potest per alligationem ad aliquod
corpus semper enim intelligibilia prima ipse habet ut
in 3o de anima dicitur unde non apparet ut ea [?] tollat
ergo anima separata non vincitur per alligationem ad
ignem corporeum probatur sicut ignis per modum istud
potest tenere animam ita et anima corpora vel etiam
magis inquantum sunt grossiora et graviora ergo anima
non punitur nisi per detentionem et alligationem cuius pena
non magis deberet attribui sibi igni quam magis aliis corporibus
probatur Augustinus dicit xii super Genesim ad litteram quod substantia inferorum
non est credenda esse corporalem sed spiritualem Damascenus
etiam dicit quod ignis infernus non est materialis ergo videtur
quod anima non patiatur ab igne corporeo probatur sicut dicit Gregorius
in 4o dialogorum / delinquentes servi ad hoc puniuntur adhuc ut cor-
rigantur et illi qui sunt dampnati in inferno incorrigi-
biles sunt ergo non debent dampnati puniri per ignem infer-
ni corporalem probatur punitores per corporeum sicut si anima peccat
per affectum subdendo se corporalibus rebus ergo non dicit pati
quia corporalia puniri si magis comparatur incorporalibus probatur
sicut ex divina iustitia redduntur pene peccatoribus ita et
pena spiritualia [illegible] sed quia pena corporalia iniuste
reddenda in scriptura dicuntur intelliguntur metafore [illegible]

Sicut dicit luce xxii ut edatis et bibatis etc quo et pecca-
ta non infligentur pene corporales sed spirituales tamen ut
ea que dicemus corporalibus instrumentis dicuntur tunc me-
taphorice intelligenda et sic anima non patietur ab igne
corporeo Sed contra idem ignis est quo puniuntur corpora
dampnatorum et demones ut patet per illud math xxv ite ma-
ledicti etc sed corpora dampnatorum necessarium est ut pu-
niantur igne corporeo pari ergo ratione anime separate puni-
untur igne corporeo Respondeo dicendum quod circa passiones anime
ab igne multiplex aliquorum fuit sententia Quidam enim dixe-
runt quod anima non pateretur penam ab aliquo igne cor-
poreo sed est spiritualis afflictio que metaphorice in scripturis
ignis nomine designatur et hec fuit opinio origenis sed hec
probatio non videtur sufficiens quia ut ait aug xxi
de ci. dei oportet intelligi ignem esse corporeum quo crucia-
buntur corpora dampnatorum quo etiam igne demones
et anime cruciantur secundum sententiam domini inductam Et ideo a-
lii vero fuerunt quod ignis ille est corporeus sed non ab eo imme-
diate anima patitur penam sed ab eius similitudine secundum yma-
ginariam visionem sicut accidit dormientibus quod ex visione a-
liquorum terribilium que sibi videntur affliguntur tamen non sunt
vera corpora sed similitudines corporum sed hec positio stare non potest
quia supra ostensum est quod potentie sensitive partis inter
quas est vis ymaginativa non manent in anima separata
Et ideo oportet dicere quod ab ipso igne corporali patitur anima separa-
ta sed quomodo non patitur videtur difficile assignare Quidam
enim dixerunt quod anima separata patitur ignem hoc ipso
quod videt quod tangit Gregorius in iiii dialogorum dicens igne-
hoc ipso patitur anima quo videt sed cum videre sit perfectio
videntis omnis visio est delectabilis sed non inquantum apprehen-
ditur ut nocivum Et ideo alii dixerunt quod anima videns
illud ignem et apprehendens ut nocivum sibi ex hoc ipso
affligitur quod tangit Gregorius in iiii dialogorum dicens quod ignis
quod anima se cremari conspicit crematur sed tunc accidit
restat utrum ignis ille secundum rei veritatem sit nocivus anime
vel non et si quidem non sit nocivus anime secundum rei veritatem

sequitur quod decipiatur ymaginativa estimativa que apprehendit
ignem nocivum et sic videtur inopinabile proprie quando
de demonibus quia dicta intellectus videt ignem naturalem
cognoscendo eius et quod dicitur quod sicut veritatem ipse ignis corporeus
est nocivus anime ut dicit Gregorius in iiii dialogorum concludit dicens
colligere ex dictis evangelicis possumus quod incendium anima non solum
videndo sed experiendo patiatur. Adhuc respondetur quod quando ignis
corporeus anime vel demoni nocivus esse possit quomodo
est quod nocumentum aliquid non inferendo sicut quod recipit id quod
perficitur sed quo aliquo contrario impeditur. Prima passio anime ab
igne non est sed recipiendo. Unde sic patitur intellectus ab intelligibili
et sensus a sensibili sed sicut quod aliquid patitur ab altero per viam con-
trarietatis et obstaculi. Hoc autem contingit dupliciter. Impeditur
enim aliquid aliquo contrario quantum ad esse suum quod sibi ex aliqua
contrarietate et sic patitur aliquid aliquo contrario per alterationem et cor-
ruptionem sicut lignum ab igne comburatur. Aliquid autem impeditur
ab aliquo obstante vel contrariante quantum ad suam inclinationem
sicut naturalis inclinatio lapidis est ut feratur deorsum impeditur
autem ab aliquo obstante et unum inferente ut per violentiam
quiescat vel per violentiam moveatur. Neutrum autem modorum pas-
sionis penalis inest cum cognitionis certitate. Unde vere non potest
esse dolor et tristicia nisi competit id affliccionem et pene sed in
ente cognitivo contrarium non passionibus gravius affliccio
et pena sed dupliciter non passio que est sicut alterationem contrario
infert affliccionem et penam sicut sensibilem dolorem sicut non sensibile
excellens corrumpit. A violencia sensus et ideo excellencia
sensibilia et maxime tangibilium dolorem sensibilem inferunt. Ex hoc
enim corpora dolent propter convenienciam [illegible] sed secunda passio non
infert penam et dolorem sensibilem sed sicut interiorem tristiciam que
oritur in homine vel animali ex eo quod aliquid interiori aliqua vi a-
pprehenditur ut repugnans voluntati et appetitui affligunt
enim magis interius quam ea que sunt dolorosa secundum sensum per-
cipiunt cum aliquis libertatem et [illegible] sicut ipsum affligi quam
vituperatus contumelia vel aliqua huiusmodi que voluntati
repugnat. Sicut ergo primo modo passionis anima non potest
pati penam ab igne corporeo omnino cum per illa est quod ab
eo alteratur et corrumpatur et ideo non eodem modo ab igne
affligitur ut ex eo dolorem sensibilem patiatur sed

aut animam pati ab igne corporeo sub modo passionis
inquantum per contingentiam igneam impeditur anima inclinatio-
ne vel voluntate quia sic patitur anima eius et quelibet incor-
poralis substantia quantum est de sua natura non obligatur alicui loco
sed transit totum ordinem corporalium quia ergo alligatur a-
licui et detinetur ad aliquem locum per quandam necessitatem
est contra eius naturam et contrarium appetitum naturalem
et hoc dico non inquantum coniungitur cui est forma
naturalis in quo aliquam perfectionem consequitur quia autem anima vel
substantia alicui corpori obligatur non est ex virtute cor-
poris potentis substantiam incorpoream detinere sed ex
virtute alicuius superioris substantie alligantis substantiam
spiritualem corporali corpori sicut eciam per artes magicas
permissione divina virtute superiorum demonum ali-
qui rebus alligantur ut anulis vel imaginibus et
consimilibus et per hunc modum anime et demones alligan-
tur virtute divina in sui penam corporeo igni Unde Augustinus
xxi de civitate dei dicit cur non dicamus quamvis miris tamen
veris modis eciam spiritus incorporeos posse pena corpora-
lis ignis affligi si spiritus hominum ipsi profecto incorporei et sic
potuerunt includi corporalibus membris et tunc poterunt
corporum suorum vinculis insolubiliter alligari adhe-
rebunt ergo demones licet incorporei corporalibus ignibus
cruciandi accipientes ex ignibus penam non dantes ignibus
vitam et sic verum est quod ignis ille inquantum virtute divina
detinet animam alligatam et agit in animam ut est instrumentum
divine iusticie inquantum anima apprehendit illum ignem ut sibi
nocivum interiori tristicia affligitur que quidem maxima est cum
consideat se infimis rebus subdi que nata fuit deo perfrui
est ergo maxima igitur afflictio dampnatorum erit ex eo quod
adeo reprobabuntur et ideo ex eo quod rebus corporalibus subduntur
in infimo et abiectissimo loco et pluries sic solum adhe-
rere que primo debentur nec eius dicitur quod anima patiatur
ab igne corporeo vel recipiendo ipsum vel sui alteracionem aut quo-
sunt secundum obiciencium procedunt ad unum dico quod instrumentum
non agit in virtute propria sed virtute principalis agentis
et ideo cum ignis agat in animam sicut est instrumentum

diuine iusticie non est attendenda dignitas ignis sed
diuine iusticie Ad 10m dicendum quod corpora sunt tormenta iusti-
ticia ad puniendum dampnatos requirebantur cum est ut qui
se superiora sunt deo subdi noluerunt quasi rebus inferiori-
bus subdantur per penam Ad 11m dicendum quod deus et si non fa-
ciat contra naturam operatur tamen supra naturam dum facit quod
natura non potest Ad 12m dicendum quod esse impossibile impassibile esse anime cor-
porali pronodum alteracionis anime competit secundum vero suarum esse-
re hoc autem modo non patitur anima virtute sed prout dictum est
Ad 13m dicendum quod ignis non habet potentiam agendi in animam ut vir-
tute sua agat sicut ea que naturaliter agunt sed instrumenta-
liter tamen et ideo non sequitur quod interficiant animam natura
Ad 14m dicendum quod neutro istorum modorum anima a corporeo igne
patitur sed prout dictum est Ad 15m dicendum quod ignis corporeus
et si non calefaciat animam habet tamen aliam operationem vel similitudinem
